
Digitized by Google

N° 170



Digitized by Google

F. Th. 2420

Digitized by Google

Tur. 4. st. 3. n. 9.
Th. 646

Digitized by Google

BREVIARII

SECVNDVM VSVM ECCLESIÆ METRO-POLITANAE.

Strigonieñ:

PARS

SECVNDA DE DIEBVS Feſtis.

VIENNÆ AVSTRIÆ, EXCV-debat Raphaël Hofhalter.

ANNO,

M. D. LVIII.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

INCIPIT SECVNDA PARS BREVIARII: SCILICET

de feſtiuitatibus. ¶ De ſancto Silueſtro ad ve-
ſperas añ. Sancte Silueſter Confeſſor. P ſa. Lau- 88
date pue: cum alijs Cap. Plures facti ſunt. ℞. Iu-
ſtum deduxit. Hym. Iſte Confeſſor. ℣. Amauit
eum. Ad magn. añ. Iſte homo quære in com-
muni. Oratio.

DA QVÆSVMVS Omnipotens Deus: vt beati Silueſtri Confeſſoris tui atque pontificis veneranda ſolennitas & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per. Complet. de natiuit. domini. Hiſtoria de communi.

In Miſſa præfa. Quia per incarnati. cum ſuo. Communicantes. propter octauam natiuitatis.

Lectio prima.

SAnctus Silueſter cum eſſet infantulus à vidua matre ſua Iuſta nomine: traditus eſt Cyrino Presbytero: cuius & vitam & mores imitatus: ſummum apicem Chriſtianę religionis attigit. Factus autem iuuenis hoſpitalitatem tota animi diligentia exhibebat: quam non diuitiæ terrenæ: ſed bonæ voluntatis theſauri adimplebant.

Lectio ſecunda.

Tantamq; ei gratiam Deus dedit: vt non ſolum

a Chriſtianis ſed etiam ab Ethnicis nimio diligeretur affectu. Trigeſimo namq; ætatis ſuæ anno a ſancto Melchiade vrbis Romæ Epiſcopo Diaconus factus: non multo poſt: omnis populus Chriſtianorum in vrbe Presbyterum eum ſibi expoſcit fieri.

Lectio tertia.

Sancto igitur Silueſtro Presbytero ordinato: tantã ei gratiam dominus cõtulit: vt nullus eſſet qui non illum ex affectu diligeret: & verum Dei eſſe famulum acclamaret. Erat autem aſpectu Angelicus: ſermone nitidus: opere ſanctus: corpote integer ingenio optimus: conſilio magnus: fide Catholicus: ſpe patientiſsimus charitate diffuſus.

Lectio quarto.

Sancto itaq; Melchiade Epiſcopo migrãte ad dominum ab omni populo Silueſter eligitur: ita vt nullus inueniretur: qui non eius electione acclamaret. Sanctus vero Silueſter ætatis ſuæ excuſationem opponens quantum ſe excuſabat indignum: tantum dignius ab omnibus clamabatur. Quid multa? His & huiuſcemodi aſſertionib9 populorũ artatus: auctore Deo leuatur vrbis Romæ Epiſcopus.

Lectio quinta.

Appropinquante vitæ eius termino: conuocauit omnes Sacerdotes & leuitas omnemq; clerum: benedixitq; eos: & oſculans ſingulos taliter allocutus eſt. Iam me filij chariſsimi ætas compellit ad tranſitum. Commendo vobis omnibus ampliſsimam charitatem. Commendo Eccleſiam Dei Apoſtolicis fundatum doctrinis. Tu.

Lectio vi.

Qui

Digitized by Google

Qui dũ iſta & alia multa diceret: inter diuina colloquia ſpiritũ cœlo reddidit: Sepultus itaq; eſt in cimiterio via ſalaria: ab vrbe miliario tertio. Vbi dñs noſter Ieſus Chriſtus ad declarãda inſignia eius ſanctitatis plurima beneficia his qui fideliter ſuffragia petunt ad laudem ſui nominis præſtare dignatur. Tu. Hom. Vigilate quia neſcitis. ¶ In feſto ſancti Hilarij Confeſſoris. Oratio.

DEus fidelium remunerator animarum præſta quæſumus: vt beati Hilarij Confeſſoris tui atq; pontificis: cuius celebrandam veneramur feſtiuitatem: precibus indulgentiam conſequamur. Per. ¶ In feſto Sancti Pauli primi Heremitæ. Oratio.



SAncti Pauli primi heremitæ tui maieſtati tuæ nos quæſumus domine tibi commendet oratio & pro nobis ipſo inueniente: ad gaudia æterna perducas. Per. ¶ In feſto ſancti Fælicis martyris Cap. Iuſtus ſi morte. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens Deus: vt ad meliorem vitam ſancti Fælicis martyris tui exempla nos prouocent quatinus cui⁹ ſolennia agimus: etiam actus imitemur. Per dominum. Lectio prima.

APud Nolã Campaniæ beatus fœlix Presbyter â Maximiano Nolane vrbis Epiſcopo Presbyterij honore præditus eſt. Cum aũt

Digitized by Google

Imperatorum decreta Chriſtianos inſequi præcepiſſent: beatus Fælix Presbyter captus: & vinculis aſtrictus eſt. Tu autem. Lectio ſecunda.

Vnde ante preſidē Draccum adduct⁹ fuiſſet: multaq; ante ipſum de portentis Deorū quod nihil eſſent diſputaſſet: eūq; præfectus impelleret: vt immolaret: reſpōdit: inimici eſtis deorū veſtrorū: ad quæcunq; enim me deorū veſtrorū tēpla adduxeritis hoc eis eueniet: qđ euenit illis ad quæ fratrē meū Fælicem duxiſſe vos pœnitet. Mox impius Iudex compreſsis auribus ſuis: iuſsit eum fuſtib⁹ cedi: deinde eculei tormentis applicari. Lect. iij.

Inde beatus Confeſſor carcerem includitur in quo nō mediocribus vinculis aſtrictus: cocleis ac teſtis ſuppoſitus extenditur. Et ecce media nocte Angelus domini confractis cathenis eum abire iubet. Tu. Lectio iiij.

POſtmodum vero apud Nolam pontificē dęmoniorum ad Chriſtum conuertens: templum Apollinis: prius dæmone qui reſponſa dabat expulſo: virtute diuina deiecit. Lect. v.

Virtutibus itaq; â Deo illuſtris cum vellet vniuerſus populus Nolanus vt leuaretur Epiſcopus: non conſenſit: ſed alterum in ſede pontificali delegās: ipſe poſt duodecim annos quod apud Nolam ceſſante perſecutione fecerat: dominica die myſterijs confectis data pace omnibus: ſe in pauimentum oraturus proiecit: moxq; beati viri anima de carnis ergaſtulo egreſſa eſt.

Lectio ſexta.

Poſt

Poſt grauia pro Chriſto tormenta quæ patienter tulerat: fælicia regna ipſe vere fælix conſcendit. Sepultusq́; eſt iuxta vrbē in loco qui dicitur Pincis ab Elpidio venerabili & ſancto Presbytero: vbi claret ſemper virtutibus. Hom. Si quis vult. vel. Niſi grauum. ¶ In feſto ſancti Mauri Abbatis Cap. Dilectus Deo. Oratio.



Deus qui hodiernā diem beati Mauri Confeſſoris tui atq́; Abbatis ſacro tranſitu conſecraſti: concede nobis propitius in offenſis per eius inſtituta greſsibus pergere: vt eiuſdem in regione viuentium mereamur gaudijs admiſceri. Per.

Lectio prima.

Beatus Maurus clariſsimo Senatorum genere exortus: omnipotēti Deo ſub regulari inſtitutione nutriendus: duodenis ſancto Benedicto à parentibus eſt traditus. Qui cum adhuc iunior bonis polleret moribus: ſicut etiam ipſi vidim⁹: magiſtri cœpit adiutor exiſtere: ac eius miraculorum cooperator eſſe. Tu autem domine.

Lectio ſecunda.

Hunc enim ſanctus Benedict⁹ præ omnibus charius dilexit & inſtruxit: atq́; ita in omnipotentis Dei informauit ſeruitio: vt nemini poſt ipſum in cœnobiali ſacroſancta obſeruatione fieret ſecundus. Tu autem. Lectio tertia.

Quis vnquam auſterius corpus proprium ieiu-

niis: abſtinentia: ac vigiliis: ſqualoribus quoq; & nimiis edomuit frigoribus. Frequenter enim eũ vidimus in ſanctæ quadrageſimæ diebus: nec tunica nec cuculla niſi ſolummodo ſacco vti cilicino: & duabus tantum vicibus in hebdomada paruiſsimum potius prægustare quam ſumere cibũ. Iſte quippe mos in omni vita fuit ſancto benedicto.

Lectio quarta.

BEatus Maurus exemplo magiſtri ſui prouocatus afflictione perualida carnem macerabat: inquantum illi eiuſdem patris ſui permittebat licentia. Nam reliquo totius anni tempore ſub Monachali tunica â ſcapulis vſq; renes ſemper aſperrimo induebatur trogulo. In ſtratu vero ſuper aggeſtum calcis & ſabuli: excepto quadrageſimali tempore ſemper vtebatur cilicio. T.

Lectio quinta.

Nemo beatum Maurum vnquam vidit de lectulo cũ cęteris ſurgere fratribus: ſed ſemper nocturnos vigilando præuenire hymnos. Plerumq; nonnunquam totum ex ordine Pſalterium ante nocturnalem conſumabat ſynaxim. Lectio vi.

Duobusq; annis ac dimidio in contritione ſpiritus & maceratione corporis completis: dolor lateris eum inuaſit. Quo ingraueſcente ante altare beati Martini ſuper cilicium decubans exitum ſuum viuificorum ſacramentorum perceptione muniuit. Deinde fœliciter ad dominum migrauit. Homelia. Vigilate. vel. Ecce nos reliquimus omnia. quære in commemoratione ſancti Pauli.

¶ In

In feſto ſancti Marcelli martyris. Capitulum.
Beatus vir qui. Oratio. 450

PReces populi tui quæſumus dñe clementer exaudi vt beati Marcelli martyris tui atque pontificis meritis adiuuemur cuiꝰ paſsione lætamur. Hiſtoria de vno martyre. Lectio i. 451

MAximianus auguſtus præcepit vt die proceſsionis ſuæ Cyriachus ad exemplũ Chriſtianorum nudus cathenis obligatus ante hedam eius traheretur. Tu. Lectio ij.

In die autem proceſsionis ſuæ veniens Marcellꝰ vrbis Romæ epiſcopus obtulit ſe Maximiano auguſto: dicens ei. Pietati tuæ ſuggero ſeruos dei qui orant pro regno tuo & pro republica quare trucidas. Lectio iij.

Tunc iratus Maximianus auguſtus: præcepit vt fuſtibus cederetur: & expelleretur Marcellus Archiepiſcopus. Poſt hæc Maximianus Auguſtus iuſsit omnes vinctos qui erant in cuſtodia vna cũ Cyriaco capite truncari. Quorum corpora collegit noctu Ioannes presbyter: & ſepeliuit. Tu.

Lectio iiij.

POſt dies octo veniens beatus Marcellus epiſcopꝰ: cum Lucina matrona Chriſtianiſsima condiuit corpora ſanctorum cum aromatibꝰ & lintheaminibus: & tranſtulerunt ea in prediũ eius hoſtienſe: miliario ſeptimo ab vrbe Roma: vbi requieſcunt in ſarcophagis lapideis: quos manu ſua recondidit beata Lucina in pace: octauo die menſis auguſti. Lectio v.

Eodem tempore beata Lucina fecit donatiuū de facultate ſua eccleſiæ catholicę. Hoc audiēs Maximianus Auguſtus indignatus: ꝓſcriptione eam damnauit. Beata autem Lucina rogauit Marcellū epm̄ vt domum eius eccleſiam cōſecraret: quod & cum om̄i diligentia fecit beat⁹ Marcellus ep̄s. Tu autem domine. Lectio vi.

At vbi frequenter in eadē domo miſſas celebraret in medio via lata: iuſsit Auguſtus Marcellū epm̄ ad ſeruitiū aīalium duci cum cuſtodia publica vbi etiam poſt multos annos ſeruiēdo requieuit in pace. Homelia. Nihil opertū quod non reueletur. ¶ In feſto ſancti Sulpitij confeſſoris. Cap. Iuſtus cor ſuum. Oratio.

PRæſta nobis quæſumus op̄s deus btī Sulpitij confeſſoris tui atq; pontificis p̄cibus pctōrū indulgentiā cōſequi: & ab oībus noxijs incurſibus liberari. Per. Lectio i.

BEatus Sulpitius claris parentibus ortus: Bituricæ vrbis fuit paſtor egregius: & nūc glorioſo exceſſu effectus eſt patronus. Qui in flore primeuę ætatis & in ſeculari habitu poſitus cepit clareſcere ſignis & virtutū miraculis diuinitus adornari. Lectio ij.

Beato autē Auſtregeſilo Bituricę vrbis antiſtite migrante ad dn̄m: ex petitione populorū fideliū: & conſenſu Datarij regis beatus Sulpitius promotus eſt in eādem epiſcopatus ſedem ſupradictę ciuitatis. Tu autem. Lectio iij.

Cui venerabilis vir & deo dignus: vt eſſet purita-

te

te vitæ & animę virtutibus clarus: non honorem ſed onus pontificale nactus: oĩa omnibus eſt effectus: nõ quęrens quę ſibi vtilia eſſent ſed quæ multis vt ſalui fierent augens quotidie prædicationem & ſalutaria ſemina verbi dei. Tu aũt. Lc. iiij.

NAm dæmones verbo fugabat: & ægros oratione curabat cęcis viſum: ſurdis auditum: mutis locutionem reddebat: vitã mortuis: mancis dextrum: claudis greſſum reſtituebat: & alia quamplura quæ longum eſt enarrare per ſingula. Lectio v.

Cum ſupradictis virtutũ beatus vir fulgeret miraculis: beatæ conſumationis glorioſum tempus aduenit. Itaq; plenus dierũ ætatis ſuę tpe cõſumato: meritorum ſplendore coruſcans: terrena terris membra cõmendans ſpũ vero cœleſtibus choris angelorũ inter exiſtẽte cõſcendit ad altũ. L. vi.

Talem antiſtitẽ vrbs Biturica ꝓmeruit: & patronũ ſe habere plebs vniuerſa congaudet: præſtante dño noſtro Ieſu Chriſto: qui cũ patre & ſpũſctõ viuit & regnat deus per oĩa ſecula ſeculorũ amẽ. Tu. Homel. Hõ q̃dã pegre. ¶ In ſcti Antonij cõfeſſoris. Cap. Dilectus deo homi. Oratio.



DEus qui glorioſi cõfeſſoris tui Antonij merita ignis inuiſibilis ardorẽ extingui voluiſti cõcede propitius vt eius meritis & interceſſione ab ęterno incẽdio liberemur. Per. Lectio i.

Beatus

Digitized by Google

Beatus Antonius Abbas cum eſſet in ciuitate Patras in monaſterio nō valebat ſeruitiū dei facere quō ipſe cupiebat: quia ad ſe quotidie multas gentes ſeculares venire videbat. Lect. ij.

Et cogitans & gemens in corde ſuo dicit. Fratres quid faciemus quia conturbant me cogitationes? quia non eſt hic locus quiet⁹ vt poſſimus ſaluare aīas noſtras? Hoc aūt dicebat illis quos ſciebat in dei amore pfectos: & p ſingulos dies hortabatur eos. Tu autem. Lectio iij.

Dicebatq; illis. Quid faciemus. Illi aūt dicebant. Quid tu iubes pater. Tunc ſanctus Antonius dixit. Venite recedamus de iſto loco: & eamus in locum illū vbi fideliter & firmiter deo ſeruiam⁹. Illi aūt q aīo ſuo in timore dei poſiti erāt: dixerūt. Si ſic oportet facere: nō te derelinquimus pater.

Lectio iiij.

Tunc beatus Antonius dixit. Filij mei vocauit nos deus in ordinē monachorū & ſacerdotum: ſed tamen videamus ne ſit falſum in nobis huiuſmodi nomen: ſi ſecundum ſcripturas præceptis dei obedire & ea adimplere in oīb⁹ volumus. Lectio v

Cum autem ſol ad occaſum veniſſet: intrauerūt eccleſiam: & ceperūt laudes dicere deo ſicut moris erat. Lectio vi.

Et cum completum eſſet offīn & omnes qeſcerent in lectulis ſuis: ille proſtrauit ſe in terrā deprecans dominum dicens. Deus cœli & terræ q cunctorum es cognitor: in cuius voluntate cuncta

Digitized by Google

cta ſunt poſita: & non eſt qui poſsit reſiſtere voluntati tuæ qui reuocas errantes vt non pereant: cuſtodi clementer ſeruos tuos & oñde eis locum in quo tibi mundo corde & caſto corpore ſeruiamus: quia non eſt hic locus conuerſationis niſi amatoribus huius ſeculi. Tu. Homelia. Vigilate.

¶ In feſto ſanctę Priſcæ virginis. Cap. Cõfitebor.

Oratio.



DA quæſumus o͞ps de⁹: vt qui beatę Priſcę virginis & martyris tuæ natalicia colimus: & annua ſolennitate lætemur: & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per dominum. Lectio i.

Beata Priſcis ciuis Romana clariſsimo patre nata: tẽporibus claudij imperatoris per martyrium meruit coronari. Hæc autem vndecimo ſuæ anno ætatis: dum in eccleſia oraret: tenta eſt ab apparitoribus & ad Claudium feſtinanter adducta. Cuius pulchritudinem Claudius vehemẽter admirans ait. Magnus es deus Apollo & glorioſus: qui hanc virginem genere præclaram: vultu decoram: mente ſerenam cõpoſuiſti. Et hæc dicens interrogauit eam de cultu & de religione deorum ſuorum. Cui beata Priſca ait. Ego quotidie ſine ſanguine immolo deo. Imperator hæc audiens & quæ dixerat non intelligens iuſsit eam in templũ appollinis ingredi: vt ei ſacrificiorũ feditatem offerret.

Lectio

Lectio ij.

Cunq; imperator & copioſa multitudo pariter introiſſent: & quæ ab ea fieri ſperabãt attentius expectarent: beata Priſca dixit. Gloria tibi pater glorioſe: te inuoco: te deprecor: pcipita hoc ſimulacrũ immundũ: vt cognoſcat imperator iſte quia non debemus adorare niſi te ſolum. Hæc ea orante ſtatim terremotus factus eſt magnus: & ciuitas concuſſa eſt: & apollo cecidit & cõminutus eſt & quarta pars templi ruit: & oppreſsit paganorũ multitudinẽ: cũ ſacerdotibus idolorũ. Tu.

Lectio iij.

Pauefactus imperator fugã arripuit. Et intelligẽs qđ per diuinam potentiam idolũ eſt comminutum: iuſsit alapis faciem eius cedi. Et cum cederetur deficiebãt cedentes. Sancta vero Priſca reſpiciens in cœlum dixit. Benedictus es dñe Ieſu Chriſte: qui æternam gratiam das eis q in te credunt. Et ecce lumen ſplendidũ circundedit eam: & venit vox de cœlo confortãs eã. His dictis imperator amens factus: præcepit eam vſque in craſtinum cuſtodiri.

Lectio iiij.

ALio vero die iuſsit imperator eam ſibi iterum exhiberi: cui dixit. Conſenti mihi & ſacrifica dijs. At illa reſpondit. Ceſſa hominum ſceleratiſsime mihi talia dicere. Non erubeſcis à puella ſuperari & magis conculcari cum me minime potes inclinare ad ſacrificandum idolis? Tunc imperator iuſsit eam expoliari: & iterum cedi. Beata Priſca cum cederetur dicebat.

Digitized by Google

bat. Voce mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me in certamine paſsionis meę.

Lectio v.

Poſt hæc imperator clauſit in templo eam & ianuas templi annulo ſuo ſignauit vt ibi famę deficeret. Sed deus omnipotens ancillam ſuam non deſerens eam & angelico ſolatio releuauit: & idolum quod erat in templo ſua virtute eiecit. Die autem tertia ingreſſus imperator in templum vidit ſimulachrum deiectum & comminutum nimis iratus iuſsit eam capite puniri. Educta autem via oſtienſi miliario decimo ab vrbe: ibi decollata eſt. Cuius corpus Chriſtiani occulte tulerunt: & ibidem facto ſepulchro ſepelierunt. Tu autē.

Lectio vi.

Completum eſt autem martyrium ſanctę Priſcę virginis: octauodecimo die menſis Ianuarij. Poſt non multum tempus illic fabricata eſt eccleſia: & ibi fideles dño ſeruierunt. Poſtea vero labentibꝰ annis Eleutherius vrbis Romæ eṗs (ſicut ei per reuelationem oſtenſum fuerat) ſuſtulit corpus ſanctę Priſcæ virginis & martyris & cum multitudine cleri & populi honorifice ad vrbem Romam perduxit: & iuxta arcum Romanum in eccleſia ſanctorum Aquilę & Priſcę in pulchro ſarcophago ſepeliuit. Tu. Hom̄. Simile eſt reg. cc. decem vir. ¶ In feſto ſancti Marij Martyrij. Cap. Iuſtorum animæ in manu dei. Oratio.

Exaudi dñe populū tuū cū ſctōrū tuorū tibi patrocinio ſupplicātē: vt & tēporalis vitę nos tribuas

tribuas pace gaudere: & æternæ reperire ſubſidium. Per.

Lectio i.

TEmporibus Claudij venit quidã vir de Perſide partibus ad orationẽ apoſtolorum noĩe Marius cum vxore ſua Martha & duobus filijs ſuis Audifax & Abacuch. Venientes aũt Romam ceperunt corpora ſctõrum per carceres & ſepulturas conquire.

Lectio ij.

Et dum frequenter ſolicite & curioſe quærerent venientes in caſtrum trans Tyberim: inuenerunt ibi intra carcerẽ hominem venerabilẽ noĩe Quirinũ qui iam multa verbera pro noĩe Chriſti perpeſſus fuerat: & facultate ſua nudatus. Ad quẽ venientes miſerũt ſe ad pedes eius Marius & Martha vxor eius cum duobus filijs Audifax & Abacuch: petentes vt oraret pro eis. Et manſerunt ibi dies octo. Et ceperunt de facultatibus ſuis miniſtrare beato Quirino: & lauare pedes eorum q̃ in vinculis erant conſtricti: & in capita ſua vel filiorum ſuorum aquam effundere. Tu autem do.

Lectio iij.

Eodem tpe iuſsit Claudi⁹ vt ſi q̃ Chriſtiani inuẽti fuiſſent: vel in vulgo vel in cuſtodia ſine interrogatione punirentur. Dũ aũt multos cepiſſet inter cæteros tenuit Marium. Martham: Audifax & Abacuch: quos iuſsit ſuis aſpectibus pñtari. Et cum præſentati fuiſſent eſtimãs Claudius qđ pecunia cumulati fuiſſent: ſic eos aggreditur dicẽs. Vnde eſtis? Rñdit Audifax filius eorũ maior: & dixit. De perſida. Claudius dixit. Quã generoſitatem

tem inter vos conuertitis? Rñdit Audifax. Ego & Abacuch quantũ in carne filij eorum ſumus. Tu.

Lectio iiij.

CLaudius tradidit eos Muſciano vicario dicens. Si non ſacrificauerint & reliquerint ſuperſtitionem hanc: diuerſa in eos tormenta exerce. Eadem die Muſciamus iuſsit ſibi in tellure gremium parari: & omnia genera tormentorum deferri. Et cum adducti fuiſſent ſcti in conſpectu eius: furore repletus dixit. Intimatũ eſt vobis qđ iuſſerũt principes noſtri. Rñdit Audifax. Neſcimus. Muſcianus vicarius dixit. Ergo vultis ſcire decretũ? Rñderũt Marius & Martha. Deſideram⁹ ſcire quod tibi iuſſum eſt. Muſcianus vicarius dixit. Deferantur tormenta. At vbi allata ſunt dixit. Oia genera tormentorũ in vobis expendentur. Quapropter accedite & ſacrificate dijs & eſtote amici principum. Tu. Lect. v.

Et dum non acquieſcerẽt iuſsit eos expoliari & fuſtibus cedi. Martham vero ſtare ante eos. Et cũ cederentur ſub voce præconia dicente: præcepta principum contẽnere nolite: Martha dicebat. Filij mei conſtantes eſtote. Marius vero laudabat dñm dicẽs. Gloria tibi dñe Ieſu Chriſte. Tu. L. vi.

Eodem die dedit ſententiam vt decollarentur. Qui ducti via cornelia: miliario tertiodecimo ad lymphas cathabaſsi in eodem loco decollati ſunt Marius Audifax & Abacuch. Martham vero in Lympha necare præcepit quorũ corpora iterum iuſsit ne ſepulturam haberẽt. Matrona vero no-

mine Felicitas: rapuit corpora eorũ ſemiuſta: &
in p̄dio ſuo ſepeliuit. Martham vero leuauit de
puteo & iunxit corporibus ſc̃tis ſub die tertiode-
cimo Kalendarũ februariũ. Tu. Hom. Cũ audie-
ritis. ¶ In feſto ſanctorũ Fabiani & Sebaſtiani ad
reſp. an. Elegit dñs virum de plebe: & claritatem
viſionis æternę dedit illi: celebremus ſolennitatẽ
88 ſancti Sebaſtiani martyris. Pſal. Laudate pueri.
Cap. Sc̃ti per fidẽ. ℟. Egregie dei martyr Seba-
ſtiane princeps ac propagator ſanctiſsimorũ præ
ceptorum: ecce nomen tuũ in libro vitę cœleſtis
aſcriptum eſt. Et memoriale tuũ non derelinque
tur in ſecula. ℣. Socius enim factus es ſupernarũ
virtutum quæ in cœlis ſpiritum tuum ſuſcepe-
runt. Et. Hym. Sanctorum meritis. ℣. Lætami-
ni in domino &. Ad magnifi. añ. Vt vidit beatus
Sebaſtian⁹ athletas dei immẽſo certaminis pon-
dere fatigari dixit ô fortiſsimi milites Chriſti: no
lite per miſera blandimenta coronam deponere
ſempiternam. Oratio.



INfirmitatem noſtram reſpice omnipotẽs deus: & quia pondus proprię actiõis nos grauat: beati Fabiani martyris tui atque pontificis interceſsio glorioſa nos protegat. Alia oratio ſub vna concluſione.

Deus qui beatum Sebaſtianũ martyrem tuum virtute conſtantiæ in paſsione roboraſti: ex eius nobis imitatione tribue pro amo-

re

Digitized by Google

re tuo proſpera mundi deſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. Per. Ad matut. inuit. Regem martyrum dominum. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Sebaſtianus Mediolanenſium partium ciuis quē perfuderat deus gratia vt ab om̄ibus amaretur. Pſ.
Beatus vir. Añ. Erat enim in ſermone verax in iu 1
dicio iuſtus. Pſal. Quare fre. Añ. Chriſto quoti- 1
die ſedulum exhibebat officium: erat enim ve-
rus dei cultor. Pſal. Cum inuoca. ℟. Lætamini in 2
domino.

Lectio i.

IN diebus illis Sebaſtianus vir Chriſtianiſsim⁹: Mediolanenſium partium ciuis Narbonenſium genere: Diocletiano & Maximiano imperatoribus ita charus erat in omnibus vt principatum ei primæ cohortis traderent: & ſuis eum conſpectibus iuberent ſemper aſtare. Erat enim vir totius prudentiæ: in ſermone verax: in iudicio iuſtus: in conſilio prouidus in commiſſo fidelis: in interuentu ſtrenuus: in bonitate conſpicuus: in vniuerſa morum honeſtate præclarus. ℟. Sebaſtianus dei cultor ſtudioſe curabat ſub abſconſo clamidis ſanctorum animas cōfortare. Spem ꝓmittens & gloriam conſequi ſempiternam. ℣. Erat enim in ſermone verax: in iudicio iuſtus.

Lectio ij.

Cum ergo eſſet cognitus Chriſti miles dignißimus: q̃ ante ſub clamide latuerat tectus ſuggeſsit de eo præfectus Diocletiano imperatori. Quem Diocletian⁹ ad ſe vocans ait. Ego te inter primos in Palacio meo ſemper habui: & tu contra ſalutē

meam & in deorum iniuriam hactenus latuiſti? Tu. ℟. Sebaſtianus vir Chriſtianiſsimus quem occultabat militaris habitus. Et clamidis ſuę obumbrabat aſpectus. ℣. Quē perfuderat deus gratia ab omnibus amabatur. Et cla. Lectio iij.

Cui Sebaſtianus dixit. Pro ſalute tua ſemp Chriſtum colui: & pro ſtatu vrbis Romanę illum qui in cœlis eſt ſemper adoraui. Conſiderabam enim auxilium â lapidibus petere: inſani capitis eſſe & vani: iratus Diocletianus iuſsit beatum Sebaſtianum duci in medium campum & ligari quaſi ſignum ad ſagittandum. Iuſsitq́ vt ſagittarij in eū irruerent. Tu autem. ℟. Erat nanq́ in ſermone verax: in iudicio iuſtus: in conſilio prouidus: in bonitate conſpicuus. In vniuerſa morum honeſtate præclarus. ℣. In commiſſo quoq́ fidelis: & in interuentu ſtrenuus. In ſecundo noctur. Añ.

Ad hoc tantum ſub clamide Chriſti militiā agebat abſconditam: vt deo redderet animas quas
3 diabolus conabatur auferre. Pſal. Verba mea auri. Añ. Sebaſtianus vir Chriſtianiſsimus quem occultabat militaris habitus & clamidis obumbrabat aſpectus. Pſal. Domine dominus noſter. Añ. Clariſsimis quotidie viris Marcelliano & Marco ſuadebat ſeculi blandimenta reſpuere: & momentanea tormentorum genera non timere.
7 Pſal. Dñs qs ha. ℣. Exultēt iuſti ī cōſpectu. L. iiij.

Tvnc poſuerunt eum milites in medio campo: & hic inde ita repleuerunt eū ſagittis vt quaſi ericius ita eſſet inſitus ſagittarū ictib⁹.

Eſtiman-

Eſtimantes autem illum mortuum abierũt. Tũc relicta matris Caſtuli *Zecharij* vxor nomĩe Herena: abijt in nocte vt corpus eius tolleret & ſepeliret. Et inueniens eum viuum duxit ad ſuam domum vbi manebat intra palatium. Ibi ergo infra paucos dies in omĩbus membris recuperauit integerrimam ſalutem. ℟. Chriſto quotidie ſedulum exhibebat officium. Vt Chriſtianorum animas quas in tormẽtis videbat deficere confortaret. ℣. Ad hoc tantum ſub clamide terreni imperij: Chriſti militiam agebat abſconditam. Vt Chriſtia.

Lectio iiij.

Cumq; omnes Chriſtiani ad eum conuenirent: hortabantur eum abſcedere. Ille autem oratione facta aſcendit: & ſtans ſuper gradꝰ Eliogabuli venientibus imperatoribus dixit. Iniquis ſurreptionibus animos imperij veſtri templorum pontifices obſidebant: ſuggerentes de Chriſtianis falſa cõmenta: dicẽtes eos reipublicę aduerſarios: quorum orationibꝰ ipſa reſpublica melioratur & creſcit qui pro imperio veſtro & pro ſalute Romani exercitus orare non ceſſant. Cũ hæc & talia diceret: Diocletianus ait: Tu ne es *Sebaſtianus* quem nos dudũ ſagittis interfici iuſsimꝰ? *Sebaſtianꝰ* ait Ad hoc me dñs meus Ieſus Chriſtus reſuſcitare dignatus eſt: vt conueniã & cõteſter vos corã omni populo: iniuſto iudicio perſecutionẽ veſtrã in Chriſti famulos ebullire. Tu. ℟. Zoe vxor Nicoſtrati dixit beato *Sebaſtiano*: beatus es tu: & bñdictus ſermo oris tui. Per Ieſum Chriſtũ dñm

Digitized by Google

noſtrum. ℣. Benedicti qui in omnibus quæ locu-
tus es credunt. Per. Lectio vi.
Iuſsit ergo Diocletian⁹ beatum Sebaſtianum in
Hypodromium palatij duci: & tamdiu fuſtigari
donec ſpiritum exhalaret. Quod cum feciſſent:
tulerũt corpus eius nocte: & in cloacam magnam
miſerũt dicentes: ne forte Chriſtiani eũ ſibi mar-
tyrẽ faciant. Chriſtiani vero inde eleuantes cum
omni diligentia ſepelierunt. Tu autem. ℟. Egre-
gie dei martyr Sebaſtiane princeps ac propaga-
tor ſanctiſsimorum præceptorum: ecce nomen
tuum in libro vitæ cœleſtis aſcriptũ eſt. Et me-
moriale tuum nõ derelinquetur in ſecula. ℣. So-
cius enim factus es ſupernarum virtutum: quæ in
cœlis ſpiritum tuum ſuſceperunt. In iij. noct. añ.
Sebaſtianus dixit Marcelliano & Marco: non vos
8 ſeducant blandimenta mulierum. Pſal. Conſerua
me. Añ. Nolite timere: non ſeparabuntur à vo-
bis ſed vadunt in cœlũ parare vobis ſidereas man-
15 ſiones. Pſal. Domini eſt terra. Añ. Sebaſtianus
dixit ad Nicoſtratum: ſaluator noſter pro pec-
catorib⁹ dignatus eſt ſuam exhibere præſentiam
20 Pſal. Beati quorum. ℣. Iuſti autem in per. Ho-
melia. Deſcendens Ieſus. ℟. Elegit dominus vi-
rum de plebe: & claritatem viſionis æternæ de-
dit illi: celebremus ſolẽnitatem ſancti Sebaſtia-
ni martyris. Gaudium ſit in cœlo & in terra pax
hominibus bonę voluntatis. ℣. Beatus es & be-
ne tibi erit egregie dei martyr Sebaſtiane. Gau-
dium. ℟. In iſto loco promiſsio vera eſt: & pec-
catorum

Digitized by Google

catorum remiſsio ſplendor & lux perpetua: & ſine fine lætitia. Quam meruit Chriſti martyr Sebaſtianus. ℟. Nolite timere: non ſeparabuntur à vobis: ſed vadũt in cœlum parare vobis ſidereas manſiones. Quam. ℣. Beatus es tu & bene tibi erit egregie martyr Sebaſtiane. Quia cum ſanctis gaudebis: & cum angelis exultabis in æternũ ℣. Beatus es Chriſti martyr Sebaſtiane: & benedictus ſermo oris tui. Te deum. Ad Laudes Añ. 118
Sebaſtianus dei cultor ſtudioſe curabat ſub abſconſo clamidis ſanctorum animas confortare: ſpem promittens & gloriam conſequi ſempiternam. Pſalmus. Dominus regna. Cum cæteris añ 69
Si ego verus Chriſti ſeru' ſum & ſi vera ſunt hæc omnia quæ ex ore meo hæc mulier audiuit & credidit: aperiat os eius qui aperuit os Zacharie prophetæ ſui. Añ. Ad hanc vocem Chriſti martyris Sebaſtiani ilico apertum eſt os vxoris Nicoſtrati. Añ. Zoe vxor Nicoſtrati dixit beato Sebaſtiano: beatus es tu & benedictus ſermo oris tui. Añ. Multitudo languentium veniebat ad eum: & ſanabãtur omnes alleluia. Capitulum vt ſupra Hymnus. Rex glorioſe mar. ℣. Iuſtorum animæ. Ad benedictus Añ. Beatus es & bene tibi erit egregie dei martyr Sebaſtiane: quia cum ſanctis gaudebis: & cum angelis exultabis in æternum. Orationes vt ſupra. Ad ſecundas veſperas Añ. Sebaſtianus Dei cul. Pſalm de martyribus Capitulum. Sancti per fidem vicerunt. ℟. Beatus es tu & bene. Hymn'. Sanctorũ

meri. ℣. Lætamini in domino. Ad magnifi. añ: Egregie dei martyr Sebaſtiane princeps ac propagator ſanctiſsimorũ præceptorũ: ecce nomen tuum in libro vitæ cœleſtis aſcriptum eſt: & memoriale tuũ nõ derelinquetur in ſecula. Oratio. Deus qui beatum Seba. Iſta oratio dicitur tantũ.

¶ In feſto ſanctę Agnetis virginis ad veſp. añ. Veni electa mea. Pſ. Laudate pue. Cap̃. Cõfitebor. ℞. Pulchra facie ſed pulchrior fide btã es Agnes reſpuens mundum lætaberis cũ angelis. Intercede ꝓ omibus nobis. ℣. Spetie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna. In Hym. Virginis proles. ℣. Spetie tua &. Ad magnifi. Añ. Chriſti virgo nec terrore cõcutitur: nec blandimento ſeducitur. Oratio.



Omnipotens ſempiterne de⁹ q̃ infirma mũdi eligis: vt fortia quęq̃ cõfundas cõcede ꝓpiti⁹ vt qui beatę Agnetis virginis & martyris tuę ſolennia colim⁹: ei⁹ apud te patrocinia ſentiam⁹. Per. Ad mat. inuit. Agnũ ſpõſum virginũ. Venite adorem⁹ dñm Ieſum. Pſ. Venite. In i. noct. añ. Diſcede à me pabulũ mortis: q̃a iã ab alio amato-
4 re p̃uenta ſum. Pſ. Dñe dñs noſter. Añ. Dexterã meã & collũ meũ cinxit lapidib⁹ p̃cioſis tradidit
11 aurib⁹ meis ineſtimabiles margaritas. Pſ. Cœli enar. añ. Poſuit ſignũ in faciẽ meã: vt nullũ p̃ter
15 eũ amatorẽ admittã. Pſ. Dñi ẽ ter. ℣. Specie tua

Lectio

Lectio prima.

AGnes virgo prudentiſsima: vt teſtatur Ambroſius qui eius paſsionem conſcripſit: tredecimo ætatis ſuæ anno mortem perdidit & vitam inuenit quia ſolum vitæ dilexit auctorē. Infantia quidem computabatur in annis: ſed erat Senectus mentis immenſa. Corpore quidem iuuencula ſed animo cana. Pulchra facie ſed pulchrior fide. Tu. ℟. Diem feſtum ſacratiſsimę virginis celebremus: qualiter paſſa ſit beata Agnes ad memoriam reuocemus: tertiodecimo ætatis ſuæ anno mortem perdidit & vitam inuenit: quia ſolum vitæ dilexit auctorem. ℣. Ingreſſa Agnes turpitudinis locum Angelum domini præparatum inuenit.

Lectio ſecunda.

QUæ dum â ſcholis reuertitur â præfecti vrbis filio adamatur. Cuius parentes dum requiſiſſet & inueniſſet: plurima cœpit offerre: & ampliora pro mittere: ſi virgo conſenſum ſuum eius coniugio non negaret. ℟. Dexteram meam & collum meum cinxit lapidibus pretioſis: tradidit aurib⁹ meis ineſtimabiles Margaritas. Et circundedit me vernantibus atq; corruſcātibus gēmis. ℣. Induit me dominus ciclade auro texta & immenſis monilibus ornauit me. Et.

Lectio iij.

AD hæc beata Agnes taliter reſpondit. Diſcede â me fomes peccati: nutrimentū facinoris pabulum mortis: quia iam ab alio amatore præuenta ſum qui mihi ſatis meliora tuis obtulit ornamenta: & annulo fidei ſuæ ſubarrauit me. Audiēs

hæc inſanus iuuenis amore corripitur cæco & inter anguſtias animi: anhelo cruciatur ſpiritu. Inter hæc lecto proſternitur: & per alta ſuſpiria amor â medicis aperitur. Tu autem. ℟. Amo Chriſtum in cuius thalamum introiuit: cuius mater virgo eſt cuius pater fœminam neſcit: cuius mihi organum modulatis vocibus cantat. Quem cum amauero caſta ſum cum tetigero munda ſum: cum accepero virgo ſum. ℣. Mel & lac ex eius ore ſuſcepi: & ſanguis eius ornauit genas meas Quem. In ij. noct. an. Induit me dominus ciclade auro texta & immenſis mo-

31 nilibus ornauit me. Pſal. Eructauit cor meũ ver. An. Mel & lac ex eius ore ſuſcepi: & ſanguis eius

32 ornauit genas meas. Pſal. Deus noſter re. An. Cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur ipſi ſoli

64 ſeruo fidem. Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt gratia.

Lectio quarta.

Funt nota patri quæ fuerunt inuenta â medicis. Et cum præfectus cognouiſſet ab infantia eam eſſe Chriſtianã lætus efficitur & ſuis tribunalibus eam ſiſti præcepit. Cui furore repletus ait. Vnũ tibi e duobus elige: aut deæ Veſtæ ſacrifica: aut cum meretricibus ſcortaberis. Cui Agnes. Nec ſacrificabo diis nec ſordibus polluar alienis. Tu autem domine. ℟. Ipſi ſum deſponſata cui Angeli ſeruiunt: cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur. Ipſi ſoli ſeruo fidem ipſi me tota deuotione committo. ℣. Propter veritatem & mãſuetudinem & iuſtitiam. Ipſi.

Lectio quinta.

Tunc

Tunc præfectus iuſsit eam expoliari & nudam ad lupanar duci. Ingreſſa autem turpitudinis locum: Angelum domini præparatum inuenit. Cū igitur præfecti filius eam contingere vellet: præfocatus à diabolo expirauit. Tu autē. ℟. Induit me dominus veſtimento ſalutis: & indumento lætitiæ circundedit me. Et tanquam ſponſam decorauit me corona. ✱ Induit me dominus ciclade auro texta: & immenſis monilibus ornauit me. Et tanquam. Lectio ſexta.

Vicarius vrbis Romæ Caſpaſius nomine: iuſsit eam in copioſum ignem iactari ſed in duas partes flamma diuiſa ſeditioſum populū exurebat. Tūc Caſpaſius populi ſeditionem non ferens in gutture eius gladiū immergi præcepit: atq; hoc exitu roſeo ſanguinis ſui colore perfuſam Chriſtus ſibi ſponſam martyrem dedicauit. Parentes vero eiꝰ nullam penitus triſtitiā habentes cum omni gaudio abſtulerunt corpus eius: & poſuerunt illud in prædio ſuo: non longe ab vrbe via quæ dicitur momentana. ℟. Omnipotens adorande colende tremende benedico te: quia per filium tuum vnigenitum. Euaſi minas hominum impiorum: & ſpurcitias diaboli impolluto colle tranſiui. ✱ Gratias tibi ago domine quia per filium tuum. Euaſi. In iij. noct. añ. Chriſtus circundedit me vernantibus atquu corueruſcantibus gemmis præcioſis. Pſalm. Cantate. i. añ. Ipſi ſum deſponſata. cui angeli ſeruiunt: cuius pulchritudinē ſol & luna mirantur. Pſ. Dn̄s reg. ex. añ. Ipſi ſoli ſeruo fidem: ipſi me tota deuotione committo. Pſal. Cantate. ij. ✱.

70 71

Digitized by Google

Adiuuabit eam. Homelia. Simile eſt reg. cœlo de
virgi. ℞. Iam corpus eius corpori meo ſociatum
eſt & ſanguis eius ornauit genas meas. Cuius ma-
ter virgo eſt: cuius pater fœminam neſcit. ℣. Ipſi
ſum deſpoſata cui Angeli ſeruiunt: cuius pulchri
titudinem ſol & luna mirantur. ℞. Mel & lac ex
eius ore ſuſcepi. Et ſanguis eius ornauit genas
meas. ℣. Cuius pulchritudinem ſol & luna miran-
118 tur: ipſi ſoli ſeruo fidem. Et. ℞. Pulchra facie ſed.
vt ſup. in veſp. Te Deum. Ad laud. añ. Ingreſſa A-
71 gnes turpidinis locum Angelum Dei præparatũ
inuenit. Pſal. Dominus reg. Añ. Mecum enim ha
beo cuſtodem corporis mei Angelum dominĩ.
Añ. Annulo ſuo ſubarrauit me dominus meus Ie-
ſus Chriſtus: & tanquam ſponſam decorauit me
corona. Añ. Benedico te pater domini mei Ieſu
Chriſti quia per filium tuum ignis extinctus eſt â
latere meo. Añ. Congaudete mecum & congratu
lamini: quia cum his omnibus lucidas ſedes acce-
pi. Cap̃. Confitebor. Hymnus. Ieſu coro. Ad bñs
añ. Ecce quod concupiui iam video: quod ſpera-
ui iam teneo: illi ſum iuncta in cœlis quem in ter
Supra. ris poſita tota deuotione dilexi. Ad ſecund. veſp.
añ. Ingreſſa Agnes. Pſal. de virginibus. Cap. Confi-
tebor: ℞. Pulchra fa. Hymnus. Virginis proles. ℣.
Specie tua et. Ad magn. añ. Beata Agnes in me-
dio flammarum expanſis manibus orabat: te de-
precor venerande colende pater metuende: quia
per ſanctum filium tuum minas euaſi ſacrilegi ty
ranni: & carnis ſpurcitias immaculato calle tran-
ſiui:

Digitized by Google

ſiui: & ecce venio ad te quem amaui: quem quæſiui: quem ſemper optaui. ¶ In feſto ſancti Vincentij martyri. ad veſp. añ. Iſte cognouit. Pſalm. Laudate. Cap. Beatus vir qui in ſapien. ℞. Agnoſce o Vi. Hymnus. Deus tuorum mili. ℣. Gloria & honor. Ad magn. añ Sacram huius diei ſolennitatem humili celebremus deuotione: quia inuictus Chriſti martyr Vincentius tyranno deuicto inſignem victoriæ palmam cœlo gaudens intulit. 89

Oratio.



ADdeſto domine ſupplicationib⁹ noſtris: vt qui ex iniquitate noſtra reos nos eſſe cognoſcim⁹: beati Vincentij martyris tui interceſsione liberemur. Per. Ad matut. inuit. Vincentem mundum adoremus dominum. In quo preſſuras mundi martyr vicit Vincentius. Pſal. Venite. In i. nocturn. añ. Sanctus Vincētius â pueritia ſtudijs literarum traditus: ſuperna ſibi prouidente clemētia: gemina ſcientia efficaciſsime claruit. Pſalm. Beatus vir. Añ. Sanctitate quoq; inſignis Diaconij arce ſuſcepta: vices pontificis diligenter exequebttur. Pſalm. Quare fre. añ. Valerius itaq; Epiſcopus & leuita Vincentius ſpe fruendi victoria diuinitus ſubiunxit: in confeſsione deitatis alacriter cucurrerunt. Pſalm. Domine quid multip. ℣. Gloria & honor.

Lectio prima.

Vincen-

Vincentius nobilis genere ſed fide ac religione nobilior: beati Valerij Epiſcopi Diaconus fuit. Cui Epiſcopus qui impeditioris erat linguæ vices ſuas commiſit: ipſe vero orationi & contemplationi vacabat. Iuſſu igitur Daciani præſidis Valentiam trahuntur & diro carceri mancipantur. Cumq; eos quos præ fame pene defeciſſe crederet ſanos cerneret & gaudentes: iratus in hanc vocem prorupit. Quid dicis tu Valeri: qui ſub nomine religionis contra decreta principum facis? ℟. Sacram præſentis diei ſolennitatem humili celebremus deuotione: qua inuictus Chriſti martyr Vincentius tyranno deuicto. Inſignem victoriæ palmam cœlo gaudẽs intulit. ℣. Peracto igitur paſsionis ſuæ venerando triũpho: Angelorum cœtibus comitatur. Inſignem. L. ij.

Cum autem beatus Valerius lenius reſponderet dixit ei Vincentius. Noli pater venerabilis quaſi mente timida ſubmurmurare: ſed libera voce exclama. Si ergo iubes pater ſancte: reſponſis iudicem aggrediar? Et beatus Valerius dudum inquit fili chariſsime: diuini verbi tibi curam commiſeram: ſed & nunc pro fide qua aſtamus reſponſa committo. ℟. Sanctus Vincentius Chriſti martyr prouidente ſuperna clementia quæ ſibi eum præuidebat vas electionis futurũ: Gemina ſcientia efficaciſsime claruit. ℣. Sanctitate quoq; inſignis Diaconij arce ſuſcepta: vices pontificis diligenter exequebatur. Ge. Lectio tertia.

Tunc Vincentius dixit ad Dacianum. Hactenus

à te

ſermõ de neganda fide perorauit: ſed Nepharium apud Chriſtianorum prudentiam eſſe cognoſce Deitatis cultum abnegando blaſphemare. Tunc iratus Dacianus Epiſcopum in exilium mitti præcepit & Vincentium in eculeo ſuſpendi & torqueri Tu. ℟. Leuita Vincentius dixit beato Valerio: ſi iubes pater ſancte reſponſis iudicem aggrediar: Iam tibi fili chariſsime diuini verbi curã commiſeram. Nunc quoq; pro fide qua aſtamus reſponſa committo. ℣. Tibi enim gemina ſcientia pollenti: ac ſuperni amoris igne feruenti cœleſtis doctrinę miniſterium delegaui. In ij. noct. Aã. Tanto namq; fœliciores ſe eſſe credebant: quãto acriora tyranni ſupplicia longanimitate certaſſent euincere. Pſal. Cum inuo. Aã. Leuita Vincentius dixit beato Valerio: ſi iubes pater ſancte reſpõſis iudicẽ aggrediar. Pſ. Verba. Aã. Iã tibi fili chariſsime diuini verbi curã cõmiſerã: nũc quoq; ꝓ fide qua aſtam⁹ reſpõſa cõmitto. Pſa. Dñe dñs ℣. Poſuiſti dñe ſuper caput eius. Lectio quarta. 1 2 2

CVnq; toto corpore carperetur ait Dacian⁹. Dic mihi Vincenti vbi nunc tuum miſerum corpus conſpicis. At ille ſubridens ait. Hoc eſt quod ſemper optaui & votis omnibus cupiui. Tunc iratus præſes cœpit ei omnia genera tormentorum minari niſi ei aſſenſum præberet. Cui Vincentius. O fœlicẽ me. Quo mihi iraſci te grauiꝰ putas: eo incipis mei meliꝰ miſereri. Inſurge ergo toto conamine. Videbis enim me Dei virtute plus poſſe dum torqueor: quam poſsis ipſe qui

qui torques. ℟.Ecce iam in ſublime agor: & omnes principes tuos ſeculo altior tyranne deſpicio:nolo vt gloriam meam minuas:nec damna inferas laudi. Paratus ſum enim ad omnia tormenta pro ſaluatoris nomine ſuſtinenda. ℣.Inſurge ergo & toto malignitatis ſpiritu debachare:videbis me Dei virtute plus poſſe quam poſsis ipſe qui torques. Paratus ſum. Lectio quinta.

Hinc ex eculeo aſſumptus & igni expoſitus moras carnificum arguendo ad pœnam alacriter properabat. Intrepidus itaq; Dei athleta candentis ferri machinam vltro conſcendit. ℟. Aſſumptus ex eculeo leuita Vincentius atq; ad patibulum raptus tortores ſuos pene præueniens. Moras carnificũ arguendo ad pœnã alacriter properabat. ℣. Intrepidus itaq; Dei athleta candentis ferri machinam vltro conſcendit. Mo. Lectio vi.

Sanctus igitur Dei torquetur:exuritur:& membris omnibus vnci ferrei & ardentes laminæ infiguntur Dumq; ſanguine flamma reſpergitur: vulnera vulneribus imprimuntur: ſalis ignibus ſparci crepitantibus minuciæ per membra diſsiliũt. Inter hæc manet ſeruus Dei immotus: & erectis in cœlum luminibus:dominum deprecabatur. Itaq; delatus inde ad lectulum mox preciosam reſolutus in mortem:cœlo ſpiritum reddidit: Diocletiano & Maximiano imperantibus: anno domini ducenteſimo octuageſimoſeptimo. Tu autem. ℟. Agnoſce o Vincenti inuictiſsime pro cuius nomine fideliter decertaſti. Ipſe tibi coronã præpa-

præparatam ſeruat in cœlis: qui te facit victorem
in pœnis. ℣. Eſto igitur iam ſecurus de præmio:
quia mox depoſito onere carnis noſtro eris ad-
dendus collegio Ipſe. In iij. noctur añ. Beatus Vin
centius cuius iam mens conſcia coronæ dixit
Daciano : hactenus â te habitus ſermo de ne-
ganda fide perorauit. Pſal. In domino confi. Aña. 6
Nepharium tamen apud Chriſtianorum pruden-
tiam eſſe agnoſce Deitatis cultum abnegando
blaſphemare. Pſal. Domine quis habi. Añ. Profite-
mur enim Chriſtianæ Religionis nos eſſe culto- 7
res: ac vnius veri Dei permanentis in ſæcula famu
los & teſtes. Pſal. Domine in vir. ℣. Magna eſt glo 12
ria. Homelia. Si quis vult ve. ℟. Beatus Dei athle-
ta Vincentius horrendo clauſus ergaſtulo carce-
ris Pſalmum Dei & hymnum Angelorũ frequen-
tia releuatus lætus dicebat. Quorum vallatus ca-
therua venerando fouebatur obſequio & mulce-
batur alloquio. ℣. Dantur hinc laudes Deo altiſſi-
mo: & reſonante organo Angelicæ vocis modu-
lata ſuauitas procul diffunditur. ℟. Chriſti miles
precioſus Leuita Vincentius vt tribunal ſponte
regum conſcendit intrepidus Cuius ſalis crepitã
tis per corpus minutiæ ſparſim ibant: atq; prunæ
vernabantur ſanguine. ℣. Inter hæc manet immo
tus ille Dei famulus orans Chriſtum in ſublime
erectis luminibus Cuius. ℟. Glorioſus Dei amic⁹
Vincentius Ieſu domini confeſsione fundatus in
ter tormentorum ſupplicia ſtetit imperterritus.
Ac demũ triumphali morte inſignis cœlos petijt

Digitized by Google

ſanguine laureatus. ℣. Fœlici commercio pro ter renis cœleſtia: pro perituris æterna commutans. Ac. Te deum. Ad laud. añ. Aſſumptus ex eculeo Leuita Vincentius atq; ad patibulũ raptus moras carnificũ arguendo ad pœnam alacriter properabat. Pſal. Dominus reg. Añ. Intrepidus itaq; candẽtis ferri machinã vltro cõſcendit: ac manens immotus erectis in cœlũ luminibus dñm precabatur. Añ. Hinc horrendo carceris clauſus ergaſtulo Dei athleta Angelorũ venerando fouebatur obſequio & mulcebatur alloquio. Añ. Agnoſce ô Vincenti inuictiſsime quia pro cuius nomine fideliter decertaſti ipſe tibi coronã præparatã ſeruat in cœleſtibus. Añ. Dantur ergo laudes Deo altiſsimo & reſonãte organo vocis Angelicæ modulata ſuauitas procul diffunditur. Cap. vt ſup. Hy. Martyr Dei. ℣. Iuſtus vt palma flo. Ad bñs añ. Egregius Dei martyr Vincentius: diris tormentorũ ſupplicijs pro Chriſto alacriter ſuperatis ac fœlicis pugnæ agone conſtãter expleto: tandẽ precioſam reſolutus in mortẽ cœlo triũphans ſpiritũ reddidit. Ad ij. vs. añ. Aſſumptus eſt. Pſ. de vno martyre. Ca. vt ſu. ℟. Glorioſus Dei. Hym. Deus tuorũ. ℣. Gloria & ho. Ad mag. añ. Ecce iam in ſublime agor: & omnes Principes tuo ſæculo altior tyranne deſpicio: paratus ad omnia pro ſaluatoris nomine ſuſtinẽda. ¶ In feſto ſanctæ Emerentiane virginis cap. Qui gloriatur in. Oratio.

TVam miſericordiã omnipotẽs Deus deprecamur: vt ſanctæ virginis & martyris tuæ

Emeren-

Emerentianæ precibus: tuam indulgentiam conſequi mereamur. Per. ¶ In cōuerſione ſancti Pau- 89
li ad veſp. añ. Excelſus. Pſ. Laudate pueri. Capit.



IN diebus illis. Saulus adhuc Act. 9.
ſpirans minarum & cedis in diſcipulos domini acceſsit ad principem ſacerdotum: & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas: vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres vinctos perduceret in Hieruſalem: & cum iter faceret: contigit vt appropinquaret Damaſco: & ſubito circumfulſit eum lux de cœlo. Deo. ℞. Magnus ſanctus Paulus vas electionis. Vere digne eſt glorificandus: qui & meruit thronum duodecimum poſsidere. ℣. A Chriſto de cœlo vocatus & in terram proſtratus: ex perſecutore effectus eſt vas electionis. Ve. Hymn.

DOctor egregie Paule mores inſtrue: & mēte polum nos transferre ſatage: donec perfectum largiatur plenius: euacuato quod ex parte gerimus. Sit Trinitati ſempiterna gloria: honor poteſtas atq; iubilatio in vnitate cui manet imperium ex tunc & modo per æterna ſecula. Amen. ℣. In omnem terram. Ad magnif. añ. O glorioſum lumen omnium Eccleſiarū ſole ſplendidius: ô vere Apoſtolicum ſydus altiſsimū ſancte Paule: qui æterni ſolis ſplendorem tenebris gentiū infudiſti: qui in terra poſitus cœlorū ſecreta petijſti: & quæ nō licet hoī loqui ꝑuidiſti

illuc ſupplices tuos poſt huius carnis terminum perducere dignare: quos feciſti veritatis lumen agnoſcere. Oratio.

DEus qui vniuerſum mundum beati Pauli Apoſtoli tui prædicatione docuiſti: da nobis quæſumus: vt cuius hodie conuerſionẽ colimus: per eius ad te exempla gradiamur.

Eodem die de ſancto Proiecto. Oratio.

MArtyris tui Proiecti quæſumus domine intercesſio glorioſa nos tibi commendet: vt quod noſtris actibus non meremur: eius precibus conſequamur. Fiat memoria de ſancto Petro añ. Solue iubente Deo terrarum Petre cathenas: qui facis vt pateant cœleſtia regna beatis. ℣. Tu es Petrus. Oratio. Deus qui beato Petro Apoſt. quære infra in cathedra ſancti Petri. Ad matut inuit. Laudemus Deum noſtrum. In conuerſione ſancti Pauli Apoſtoli. Pſal. Venite. In primo noct. añ. Saulus adhuc ſpirans minarum & cedis in diſcipulos domini: abijt ad principem Sacerdotum & petijt illum vt vbi inueniret huius vię viros vinctos perduceret in Hieruſalem. ℣. Et cum iter faceret cõtigit vt appropinquaret Damaſco.
11 Pſal. Cœli enar. Añ. Ibat igitur Saulus furia inuectus: dirum& toto pectore virus efflabat: & ſanctorum ſanguinem ſine intermiſsione ſitiebat. ℣. Per totam Iudęam inſania ferebatur vt Chriſti mem-
21 bra laniaret in terris. Pſal. Benedicam dominum. Añ. Saule Saule quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. ℟. Circumfulſit

eum

cum lux de cœlo: & cadens in terram audiuit vocem de cœlo dicentem ſibi. Pſal. Eructauit. ℣. In omnem terram.

Lectio prima.

FVit vir quidam in Hieruſalem de tribu Beniamin nomine Saulus: eruditiſsimus in libris Moyſi & cunctis legis cerimonijs. quæ tunc ſecundum literam gerebantur: nihil in his myſticum ſentiens aut aduertens. Hic deuaſtabat Eccleſiam Dei ingrediens domos: & trahens viros ac mulieres atque in carcerem ponens. Tu. ℟. Saulus adhuc ſpirans minarum & cedis in diſcipulos domini acceſsit ad principem Sacerdotū: & petijt illum. Vt vbi inueniret huius viæ viros vinctos perduceret in Hieruſalem. ℣. Ibat igitur Saulus furia inuectus dirumque toto pectore virus efflabat. Vt vbi.

Lectio ij.

Igitur cum adhuc ſpiraret minas & cedes in Apoſtolos domini: acceſsit ad principem Sacerdotum & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcum ad ſynagogas: vt ſiquos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres: vinctos perduceret in Hieruſalem. ℟. Ibat igitur Saulus furia inuectus: dirumque toto pectore virus efflabat. Et ſanctorū ſanguinem ſine intermiſsione ſitiebat. ℣. Per totam Iudæam inſania ferebatur: vt Chriſti membra laniaret in terris Et.

Lectio tertia.

Et cum iter faceret: contigit vt appropinquaret Damaſco. Et ſubito circumfulſit eum lux de cœlo: & cadens in terram audiuit vocem dicentem ſibi. Saule Saule quid me perſequeris? Durum eſt

tibi contra ſtimulum calcitrare. Tu autem. ℟. A
Chriſto de cœlo vocatus & in terram proſtratus
ex perſecutore effectus eſt vas electionis: & plus
omnibus laborans multo latius inter omnes ver-
bi gratiam ſeminauit. Atq; doctrinam Euangeli-
cã ſua p̄dicatione cõpleuit. ℣. Inter Apoſtolos vo-
catione nouiſſimus: p̄dicatione primus: nomen
Chriſti multarũ manifeſtauit gẽtiũ populis. Atq;.
In ii. noct. añ. Saulus aũt tremens ac ſtupens dixit
ad Ieſum: domine quid me vis facere? ait domi-
nus ad eum: Surge & ingredere ciuitatẽ: & ibi di-
cetur tibi quid te oporteat facere. ℣. Viri aũt qui
32 comitabantur cũ eo: ſtabant ſtupefacti. Pſal. Oẽs
gentes. Añ. A Chriſto de cœlo vocatus & in ter-
rã proſtratus: ex perſecutore effectus eſt vas ele-
ctionis. ℣. Proſtratus eſt ſæuiſſimus perſecutor:
42 & effectus eſt fideliſſimus prædicator. Pſ. Exaudi
Deus depreca. Añ. Ad manus aũt illũ trahentes in
troduxerunt Damaſcum & erat ibi tribus die-
bus non videns & non manducauit neq; bibit ℣.
Surrexit autẽ Saulus de terra: aꝑtiſq; oculis nihil
videbat. Pſal. Exaudi Deus oratio. ℣. Conſtitues
eos principes. Lectio quarta.

FRatres chariſſimi reuoluamꝰ quæ lecta ſunt
de glorioſiſſimo Paulo: in quo dñs fidẽ noĩs
ſui dũ ipſam fidem perſequeretur elegit. Qui
dũ velut acerrimus perſecutor Chriſtianã vaſtat
Eccleſiã inimico adhuc eius pectore amicũ ſibi
cor Chriſtus inuenit T. ℟. Vade Anania & quere
Saulũ quia vas electionis eſt mihi vt portet nomẽ
meum.

meum coram gẽtibus & regibus & filiјs Iſrael. ℣. Ego enim oſtendam illi quanta oporteat illũ pati pro nomine meo. Coram. Lectio quinta.
Cum Saulus tẽporalia capit: ad ſupplicia Chriſtianos: ipſe perpetuam captus ad gratiã: ſubito factꝰ eſt paſtor ex lupo: ex predone cuſtos: ex hoſte defenſor. Vnde patuit nec Paulum malignę mentis propoſito plebem dominicam perſecutum: nec Chriſtum latuiſſe quem eligeret in Paulo. ℟. Ingreſſus Paulus in ſynagogã prædicabat Ieſum Iudæis. Affirmans quoniam hic eſt Chriſtus. ℣. Saulus qui & Paulus magnus ꝑdicator magis ac magis conualeſcebat & confundebat Iudæos. Affir. L. vi.
Hic eſt Paulus qui Chriſti vocibus inclamatus è cœlo oculis in ſe Iudaicæ infidelitatis obtuſis videndi aciem non perdidit: ſed mutauit. Amiſit oculos & recepit vt in vno eodemq́; tempore: & in perſequentẽ cæcitas vindicta procederet & vocantis Dei gratia illuminaret electũ. T. ℟. Cũ aũt cõplacuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris meę & vocauit per gratiam ſuam. Vt reuelaret filium per me: vt Euangelizarem illum in gentibus. ℣. Continuo non acquieui carni & ſanguini: neque veni Hieroſolymam ad anteceſſores meos Apoſtolos. Vt. In iij. noct. aña. Vade Anania & quære Saulũ: ecce enim orat: quoniã vas electionis eſt mihi vt portet nomen meũ corã gentibus & regibus & filiјs Iſrael. ℣. Dixit aũt dñs in viſu Ananię. Pſal. Confitebimur. Añ. Saule frater dñs miſit me ad te Ieſus qui apparuit tibi in via qua venie-
 bas:

bas: vt videas & implearis ſpiritu ſancto. ℣. Abijt
Ananias & introiuit in domũ: & imponẽs ei ma-
nus dixit. Pſ. Dñs reg. exul. An. Sub manu conti-
nuo Ananiæ exciderunt tanquã ſquamę ab ocu-
lis eius: & ſurgẽs baptizatꝰ eſt: & accipiẽs cibũ cõ
fortatus eſt. ℣. Fuit aũt cũ diſcipulis qui habitabãt
73 Damaſci per dies aliquot. Pſa. Dñs reg. iraſ. ℣. Ni-
mis hono

Ca 16 Lectio vij. Secundum Lucam.



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam erat diues qui habebat villicum & hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſsipaſſet bona ipſius. Et reliqua.

Homel. beati Hieronymi Presbyteri.

Quidam hanc ſimilitudinem in Paulo Apoſtolo impletam intelligi volunt hoc modo. Homo iſte Deus omnipotens eſt qui habuit villicium Paulũ ſcilicet Apoſtolum cui diuitias diſpenſandas cõmiſit quando ſecus pedes Gamalielis legis doctoris iuxta veritatem paternæ legis eum erudiuit: ſed male diuitias domini ſui tractauit: quando legem carnaliter intelligens Chriſtianos perſecutus in tantum eſt vt acciperet epiſtolas à principibus ſacerdotum vt quoſcunq; inueniret huius viæ viros ac mulieres vinctos perduceret in Hieruſalem. ℟. Beatus es vas electionis ſanctæ. Qui meruiſti Archana verba audire. ℣. Beatus es egregie Dei Doctor beate Paule. Lectio viij.

D iſſa-

Diffamatus eſt apud dominum ſuum quando dictum eſt de eo. Domine audiui à multis de viro hoc quanta mala ſanctis tuis fecerit in Hieruſalē: & hic habet poteſtatē à principibus ſacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. ℟. Sancte Paule Apoſtole prædicator veritatis & doctor gentium. Intercede pro nobis ad eum qui te elegit: vt digni efficiamur gratia dei. ℣. Tu es vas electionis ſancte Paule apoſtole prædicator veritatis in vniuerſo mundo. In. Lectio ix.
Cumque fama perſecutoris eius ad dominum aſcendiſſet: pergente eo Damaſcum: vocauit eum dñs ſuus de cœlo: & ait illi. Saule Saule quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare Quod eſt dicere: qd hoc audio de te? Red de rōnem villicationis tuę iam enim non poteris villicare: id eſt iudaizare. Ac ſi diceretur. Quia vſque hodie legis doctor fuiſti carnaliter: diſcipulus veritatis incipias eſſe ſpiritualiter. Tu. ℟. Celebremus conuerſationem beati Pauli apoſtoli. Qui hodie ex perſecutore effectus eſt vas electionis. ℣. Gaudent angeli & exultant archangeli: & collaudant in cœlis filium dei. Quia. Ad lau. añ. Saulus autem intrauit ad principem ſacerdotum & petijt ab eo epiſtolas in Damaſcū ad ſynagogas: vt quoſcūque ſacrę fidei viros inueniret vinctos perduceret in Hieruſalem. Pſ. Dñs reg. Añ. 69
Accepta poteſtate ibat per viam fremens & frendens & crudeliter ſeuiens capere cupiens quos vellet: qui captus eſt: ſit laus & honor deo. Aña.

Digitized by Google

Vade ait dñs: & ingredere ciuitatẽ & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere: & ſurrexit nihil videns ductus eſt in ciuitatẽ. Añ. Audiuit Ananias in viſu dicentem ſibi dominum: ſurge & vade in vicum qui vocatur rectus: & quære Saulum: ecce enim orat. Añ. Timens aũt Ananias ait domine auditum eſt à multis qđ vir iſte multa mala ſeruis tuis ingerit: & nunc habet poteſtatem alligandi omes qui inuocant nomen tuum. Cap. vt ſup. Hymnus. Doctor egregie Paule. ℣. Annunciauerunt opera dei. Ad bñs añ. Celebremus conuerſionem beati Pauli Apoſtoli. quia hodie ex perſecutore effect⁹ eſt vas electionis: & ideo gaudent angeli: lætantur archangeli: & collaudant in cœlis filium dei. Oratio vt ſup. In miſſa præfatio de apoſtolis. Ad vi. Capitulum.

Actuũ cap. 9 ABijt Ananias & introiuit in domum: & imponens Saulo manum dixit: Saule frater: dñs miſit me Ieſus qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas & implearis ſpiritu ſcõ: & cõfeſtim ceciderunt ab oculis eius tanq̃ ſquamę: & viſum recepit. Deo. Ad nonam Capitulũ.

Actuũ cap. 9 STupebant aũt omnes qui eum audiebant & dicebant: nonne hic eſt qui expugnabat in Hieruſalẽ illos qui inuocabant nomen iſtud: & huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principem ſacerdotũ: Saulus aũt multo magis cõualeſcebat: & confundebat Iudæos qui habitabãt Damaſci: affirmans qm̃ hic eſt Chriſtus. D. Ad ſcđas veſp. añ. Saul⁹ aũt intrauit. vel. Iurauit dominus

minus & non. Pſal. de Apoſtolis. Cap. de primis veſp. ℞. Celebremus. Hymnus. Doctor egregie. ℣. In omnem terram. Ad magnifi. añ. Hodie electorum omnium caput & ſponſus eccleſiæ Chriſtus Saulũ ſtrauit: & Paulũ ſtatuit faciens de inimico amicũ: ex perſecutore veritatis doctorem. Oratio vt ſup. In feſto ſancti Iuliani cõfeſ. Cap. Omnis pontifex. Oratio.

Concede q̃s oṗs deus beati Iuliani cõfeſſoris tui atq; pontificis nos ſequi exempla: cuius glorioſa celebramus ſolennia. Per do.

Hiſtoria de vno confeſſore & pontifice Lect. i.

Ad collocandum in Gallijs dominicæ fidei fundamentum: magnificos viros ſuperna pietas deſtinauit: Lugdunenſibus Fortinũ: Arelatenſibus Trophinum: Narbone Paulũ: Tholoſe Saturninum Aruenis Aſtremoniũ Pariſiacis Dionyſiũ: Cenomanicis Iulianum. Hic aũt Iulianus mundana generoſitate clariſsim⁹: ſanctitate inſignis merito fidei celebris: primus eſt deſtinatus a deo apoſtolus Cenomanicę vrbis. Nã ſignũ apoſtolatus eius ipſi Cenomanicẽſes ſunt in dño. Tu autem. Lectio ij.

Qui vir dei fide munit⁹: gladio ſpiritusſancti accinctus ad deſtruẽdos errores: ad cõculcãdas dęmonum varietates: ad vrbem ſupradictam acceſſit intrepidus. Per manus aũt ſupradicti pontificis tantas Chriſt⁹ opabatur virtutes: vt verbo dęmones fugaret: leproſos mũdaret: cunctisq; languẽtibus opem crucis medicamine concederet. Cũ vero

vero ad eum plurimi concurrerent: pro adipiſcen-
da ſalute corporum illuminati verbo fidei cum ſa-
lute redibant animarum. Tu autem. Lectio iij.
Sane cũ iam multi miraculorũ & fidei luce radi-
anti: eius ſancto contubernio inhærerent: pro cõ-
uehenda aquę penuria coram eo conqueri cepe-
runt. Tunc vir dei baculum quem geſtabat humi
defigens cunctis audientibus dixit. Dominus de⁹
noſter: qui ſitienti populo in heremo de dura ſili-
ce potum tribuiſti: iube nobis de duricia huius
telluris miniſtrari fontem aquæ viuentis: vt co-
gnoſcant præſentes quia tu es deus qui miſiſti fi-
lium tuum ſaluatorem mundi. Tu autem dñe.

Lectio iiij.

CVnq; finiſſet orationem ſubito erupit fons
viuaciſsimus: qui & potentiam diuinitatis:
& meritum beati viri liquido cunctis oſten
deret. Sanctus Iulianus multis virtutibus clarus
plantata in pago Cenomanico diuini cultus vinea
cœleſtis vitę dulcedinem inſtanter ſuis propina-
bat auditoribus. Lectio v.
Cunq; temp⁹ immineret quo beatus ille agrico-
la percepturus fructum laboris ſui ad æterna de-
beret conſcendere regna: ad quendam vicum nõ
longe ab vrbe ſecedens: in quo remotus deo va-
care ſolebat: leui tangitur febricula. Vbi ſuis fra
tribus filijsq; vocatis oculisq; ac manibus in cœ-
lum eleuatis: dulciſsime domino gratias agens:
ouesq; quas Chriſto acquiſierat eidem cõmẽdãs:
beatis meritis ditatũ cœlo reddidit ſpiritum. Tu.

Lectio

Digitized by Google

Lectio vi.

Ea hora deſenſore principe ad menſam ſedēte: vidit beatum Iulianum ſacerdotali infula comptū cum tribus diaconis tres cereos portantibus ad ſe venientem. Qui cereis coram eo ſuper menſam poſitis abierunt. Præfectus ergo deſenſor: qđ ipſe ſolus intuebatur miraculū aſsidentib⁹ declarans ait. Surgamus & ad ſepeliendū pium magiſtrū noſtrū q̃totius ꝓperemus: pro certo eñ ſcimus quia migrauit à ſeculo. Mox ergo ſurgunt: & ad exequias ſancti paſtoris cū tota vrbe feſtinā ter concurrūt. Cuius quidē corpus humana eſt lege ſepultum: aĩa vero vere ſe in Chriſto viuere demōſtrat frequētiſsima cōſolatione viuentium. Tu. Hom. Homo q̃dam pe. ¶ Scđo Agnetis ſit ſuff. tm̃ cū iſta añ. & oratione. Stãs beata Agnes in medio flammę expanſis manib⁹ orabat ad dominū: oṗs adorãde colende tremende bñdico te: & glorifico nomē tuū in æternū. ℣. Specie tua & pulchri. Oratio.

DEus qui nos annua beatę Agnetis martyris tuæ ſolennitate lætificas: da: vt quam veneramur officio: etiam: pie cōuerſationis ſequamur exemplo. Per. Hiſtoria vt ſupra in die. Lectio prima. Sermo Ambroſij epiſcopi.

CHriſti virgines ſolam virginem matrem luminis ſubſequantur. Huius pediſſequa Agnes beatiſsima: magnum de ſe pudicitię demōſtrauit exemplū: cū virginitate ꝓtulit vitæ. Oẽmq́ à ſe terrenū amorē per amorē cœleſtium expellens,

expellens: tropheū crucis Chriſti arripuit: & tam cōtra libidines q̄ etiā vniuerſa ſupplicia: fidę potius armata q̄ ferro fortiter dimicauit & vicit. Tu autem domine. Lectio ij.

Aſpicit deniq; blandientem & renuit. minantem incendiū attēdit & ridet. Neſcit aliqd amare qđ tranſit: & dum nimis virginitatem diligit: nec ludibria nec flāmas nec ſuplicia nec carnifices metuit. Poſtremo nec gladium furentis percuſſoris expauit. Tu autem. Lectio iij.

Compellitur virgo ornamēta ſuſcipere carnis ſed renuit: qm̄ iam ſuſceperat ornamenta mentis. Nō de elegātia corporis humani placere ſtuduit: qa de feditate aīæ dn̄o diſplicerę timebat. Lc. iiij

DIſcite virgines Chriſti normā puellaris exēpli: & oblata ſub ſpecie pietatis munuſcula virorum tota intētione reſpuite: & quaſi rabidi canis morſus om̄i cū gaudio recuſate. L. v.

Igitur dum parentes beatę Agnetis aſsiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum eius vidēt in medio noctis ſilentio exercitum virginum: q̄ omnes auro textis cicladibus indutę: cum ingenti lumine præteribāt. Inter quas vident beatiſsimam Agnetem ſimili veſte fulgentē: & ad dexteram eius Agnum niue candidiorem. Tu. Lc. vi.

Hæc itaq; dū viderent parentes eius & qui ſimul aderāt ſtuporē mentis incurrūt Sed beata Agnes rogat ſanctas virgines parumper gradum figere: & ſtans parentib⁹ ſuis dixit. Videte ne me quaſi mortuā lugeatis: ſed congaudete mihi & cōgratulāmini:

tulamini: quia cum his om̄ibus lucidas ſedes accepi & illi ſum iuncta in cœlis quem in terris poſita: tota animi intentione dilexi. Et his dictis pertranſijt. Cætera vt ſup. in die ſuo per totū. Itē ad ſcd'as veſp. oīa vt in priori feſto præter añ. ad magnifi. q̄ eſt añ. Stans beata & orationē. ¶ In feſto ſctē Aldegundis virginis. Oratio.

DEus totius amator pudicitiæ: nobis almę virginis Aldegūdis meritis & p̄cibus auxiliare: quę cū ſpōſo ſibi dilecto dño noſtro Ieſu Chriſto perenni gloriatur ſolennitate. Per. ¶ In feſto ſanctę Brigidæ virginis. Cap̄. Qui gloriatur. Oratio.



DEus q. in beata Brigida & fidei meritū & virginitatis integritatē conſecraſti: cōcede propitius: vt apud miſericordiā tuam eius p̄cibus adiuuemur: cuius caſtitatis exemplis irradiamur. Per. Homelia. Simile eſt regnū. cœ. decē virg. ¶ In purificatione Mariæ virginis ad veſp. añ O admirabile com. Pſal. Lau. Capitulum. 88

HÆc dicit dñs. Ecce ego mitto angelū meū: Mala. 3
& p̄parabit viā ante faciē meā: ſtatim veniet ad templū ſctm̄ ſuū dñator: quē vos q̄ritis & angel' teſtamenti quem vos vultis. Deo. ℞. Gaude Maria virgo cunctas hæreſes ſola interemiſti: q̄ Gabrielis archangeli dictis crediditi. Dū virgo deū & hoīem genuiſti: & poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. ℣.

℟. Gabrielem archangelum ſcimus diuinitus te eſſe affatum : vterum tuum de ſpiritu ſancto credimus impregnatum: erubeſcat Iudæus infelix q̃ dicit Chriſtum ex Ioſeph ſemine eſſe natum. Dũ virgo.

Hymnus.

QVod chorus vatum venerandus olim ſpiritu ſancto cecinit repletus: in dei factum genitrice conſtat eſſe Maria. Hæc deum cœli dominumq́ terræ: virgo concepit: péperitq́ virgo: atq́ poſt partum meruit manere inuiolata. Quem ſenex iuſtus Simeon in vlnas in domo ſumpſit: domini gauiſus: ob quod optatum proprio videret lumine Chriſtum. Tu libens votis petimus præcantum regis æterni genitrix faueto: claraq́ celſi retinens olimpi regna petijſti. Sit deo noſtro decus & poteſtas: ſit ſalus perpes ſit honor perennis: qui poli ſumma reſidet in arce trinus & vnus Amen. ℣. Poſt partum virgo inuiolata per. Ad magnifi. Añ. Senex puerum portabat: puer autem ſenem regebat quem virgo peperit & poſt partum virgo permanſit: ipſum quẽ genuit adorauit.

Oratio.



OMnipotens ſempiterne deus maieſtatẽ tuã ſupplices exoramus: vt ſicut vnigenitus filius tuus hodierna die cum noſtræ carnis ſubſtantia in templo eſt præſentatus ita nos facias purificatis tibi mentibus præſentari. Per eundem. Ad cõplet. Pſal. Cũ inuo. Hym. Lux

Digitized by Google

LVx mundi beatiſsima Maria ſplendidiſsima cœli terręq; nobilitas ſanctorrum & feſtiuitas. Per te mũdus ſaluat⁹ eſt: per te ſurſum leuatus eſt: per te mors damnata eſt: per te vita donata eſt. Te adeſſe depoſcimus ſupplicib⁹ nũc vocibus iam veni dulcis domina noſtra tolle incommoda. Dona confer cœleſtia vitę beatę premia inſtanti prece flagita in tui nati patria. Concedat tuus filius hoc Ieſus benigniſsimus cum pa patre & paraclito qui regnat ſine ſpacio. Amen.

Capitulum.

ET placebit domino ſacrificium Iuda & Hieruſalem: ſicut dies ſeculi: & ſicut anni antiq: dicit deus omp̃s. ℣. Gaude Maria virgo. Ad nunc dimittis añ. Virgo cõcepit: virgo permanſit: virgo peperit regem omnium regũ. Oratio Famulorũ tuorũ. De⁹ q illuminas. Ad matut. inuit. Ecce venit ad templũ ſanctum ſuum dñator dñs. Gaude & lętare Sion occurrẽs deo tuo. Pſal. Venite. In primo noct. añ. Bñdicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Pſal. Dñe dñs noſter. Añ. Sicut myrrha electa odorem dediſti ſuauitatis ſancta dei genitrix. Pſal. Cœli enarrãt. Añ. Ante thorũ huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. Pſal. Domini eſt terra. ℣. Specioſa ſa. Lectio prima. Sermo Augu.

Mala. 3 4 11 15

HOdiernus dies magnũ nobis contulit gaudium: in quo Chriſtus infans in tẽplo eſt p̃ſentat⁹. Exultẽt ergo virgines: virgo Maria pepit Chriſtũ. Nihil in ea qđ vouit putẽt ex-

minatũ: mãſit virgo poſt partũ. Exultẽt viduę: infantem Chriſtum vidua Anna cognouit. Exultẽt coniugatę: naſciturum Chriſtum Eliſabeth nupta pphetauit. Nullus gradus prætermiſſus eſt: de quo nõ haberet teſtimoniũ ſalus oĩm. Nunqd eñ ſolę virgines ad regnũ cœlorũ pueniunt? Perueniunt & viduę. ℞. Adorna thalamũ tuũ Siõ & ſuſcipe regẽ Chriſtũ. Quẽ virgo cõcepit virgo pepit virgo partũ quem genuit adorauit ℣. Accipiens Simeon puerũ in manibus gratias agens benedixit dominum. Quem. Lectio ij.

Sancta Anna à virginitate ſua ſeptem annis cum viro ſuo vixerat quo defuncto vſq; ad ſenilẽ ætatem puenerat: & ſenectute ſancta expectabat infantiam ſaluatoris: vt paruulum videret annoſa: paruum cognoſceret annicula intrantem mundũ ſaluatorem videret itura. Et in maſculino ſexu: tria ipſa genera commendata ſunt. Ipſe eñ Chriſtus puer natus eſt exultẽt pueri cõtinentiã vouẽtes puero. Ipſe vero integritatẽ pueritię cõſecrauit: q ſuę matri fœcũditatẽ attulit: virginitatẽ vero nõ abſtulit. ℞. Senex puerũ portabat: puer aũt ſenẽ regebat. Quẽ virgo cõcepit virgo peperit virgo poſt partũ quem genuit adorauit. ℣. Accipiens Simeon puerũ in manibꝰ gratias agens bñdixit dñm. Quem. Lectio iij.

Simeon ille ſenex diu vixerat cuius ætas comparatur Annæ & audierat diuinum reſpõſum quod non eſſet viſurus mortem niſi vidiſſet Chriſtum. Intelligite fratres quantum deſiderium habebant antiqui

antiqui ſancti videre Chriſtũ dñi. Sciebãt illũ eſſe venturũ: & oẽs q cupiebãt dicebãt. O ſi hic me inueniat illa natiuitas. O ſi quod credo in ſcripturis dei: videã oculis meis. Et vt noueritis quantum deſideriũ habebãt ſcti q de ſcripturis nouerant virginẽ pariturã: audiſtis cum Heſaias legeretur. Ecce virgo cõcipiet in vtero & pariet filiũ: & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Tu. ℟. Simeõ iuſtus & timorat⁹ expectabat redemptionẽ Iſrael Et ſpiritus ſanctus erat in eo. ℣. Rñſum accepit Simeon à ſpiritu ſancto non viſurum ſe mortem niſi prius videret Chriſtum dñi. Et. In ij. noct. an.
Spetie tua & pulchritudine tua intẽde pſpere pcede & regna. Pſal. Eructauit. An. Adiuuabit eã 31
deus vultu ſuo: deus in medio eius non cõmouebitur. Pſal. Deus noſter re. An. Sicut lætantium 32
oĩm noſtrũ habitatio eſt in te ſctã dei genitrix. Pſ. Fundamẽta. ℣. Dignare me laudare te. L. iiij. 64

EManuel qd ſit euangelium nobis aperuit dicens: qđ interpretatur nobiſcum deus. Non tibi ergo ſit incredibile quęcũq; infidelis aĩa non tibi videatur impoſsibile vt virgo pareret: virgo pariẽs pmaneret. Intellige natũ deũ: & nõ mireris virginis partũ. Vt ergo noueritis antiquos ſanctos & iuſtos optaſſe videre qđ conceſſum eſt huic Seni Simeõi: dñs noſter Ieſus Chriſt⁹ ad diſcipulos loquẽs ait. Multi iuſti & prophetę voluerunt videre quę vos videtis: & nõ viderũt: & audire quæ auditis: & nõ audierũt. Tu. ℟. Rñſum accepit Simeon à ſpiritu ſancto: non viſurũ mortẽ

Digitized by Google

niſi videret Chriſtum dñi: & benedixit deum & dixit. Nunc dimittis ſeruũ tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum dñe. ℣. Lumen ad reuelationem gentium & gloriam plebis tuæ Iſráel.

Lectio v.

Multum ſenex iſte fuit ad audiendum ſerus: ſed ad videndum maturus. Non expectauit vt Chriſtum videret loquentem: quem vidit infantem. Et hoc illi iam cõceſſum erat decrepito: quaſi deſideranti & ſuſpiranti & dicẽti quotidie in orationibus ſuis. Qñ veniet? Qñ naſcetur? Qñ videbo? Putaſne durabo? Putas hic ne inueniet? Putas iſti oculi videbunt: per quem cordis oculi reuelabuntur? Dicebat iſta in orationibus ſuis: & pro deſiderio ſuo accepit rñſum: qđ nõ guſtaret mortem niſi videret Chriſtũ dñi. Tu. ℟. Suſcipiens Ieſum in vlnas ſuas Simeon exclamauit & dixit: tu es vere lumen ad illuminationem gentium. Et gloriã plebis tuæ Iſrael. ℟. accepit Simeon à ſpiritu ſancto nõ viſurum ſe mortẽ niſi prius videret Chriſtum domini. Et.

Lectio vi.

Geſtabat Chriſtum Maria mater eius infantem: vidit Simeõ & agnouit. Vbi nouerat quod agnouit? Intus eſt reuelatus qui foris eſt natus. Vidit & agnouit. Agnouit Simeon infantẽ: tacentẽ: & occiderunt Iudęi iuuenẽ miracula facientẽ. Cum ergo cognouiſſet accipit eum in vlnas ſuas: hoc eſt in brachia ſua amplexatus eſt eum. Portabat à quo portabatur. Ipſe eñ eſt Chriſtus ſapientia dei: attingens à fine vſq; ad finẽ fortiter & diſponens

omnia

omnia ſuauiter. Tu. ℞. Videte miraculū: mater dn̄i concepit virgo: virile ignorās cōſortiū. Stans onerata nobili onere Maria: & matrē ſe læta cognoſcit quæ ſe neſcit vxorem. ℣. Virgo concepit: virgo peperit: & poſt partum virgo permanſit. Stans. In iij. noct. añ. Hæc eſt quæ neſciuit thorū in delicto habebit fructū in reſpectione aīarū ſan
ctarū. Pſal. Cātate. Añ. Gaude Maria virgo cun- 73
ctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo.
Pſal. Dn̄s reg. exul. Añ. Poſt partū virgo inuiola- 73
ta permanſiſti: dei genitrix intercede pro nobis.
Pſal. Cantate. ij. ℣. Elegit eam deus & ꝑelegit eā. 73
Et in. Lectio vij. Secundum Lucam.



IN illo tempore. Poſtq̄ im- cap. 2.
pleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundū legē Moyſi tulerunt Ieſum in Hieruſalē: vt ſiſterent eū dn̄o: ſicut ſcriptū eſt in lege dn̄i: quia omne maſculinū adaperiēs vuluam ſanctum dn̄o vocabitur. Et reliqua. Homelia venerabilis Bædæ presbyteri.

Solennitatem nobis hodiernæ celebritatis: quam quadrageſimo dn̄icæ natiuitatis die debitis veneramur officijs: maxime eiuſdē dn̄i ſaluatoris noſtri ſimul & intemeratæ genitricis ei⁹ humilitate dedicata: ſacra euangelij lectio deſignat: exponens eos qui legi vix debebant: implēdis ſe legalibus per omnia ſubdidiſſe decretis. Tu. ℞. Poſtq̄ impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundū le-

eſt in lege dñi. Quia oĩe maſculinum adapiens vuluam ſanctũ dño vocabitur. ℣. Obtulerũt pro eo dño par turturũ: aut duos pullos columbarũ. Quia.

Lectio viij.

Sicut enĩ modo cũ legeretur audiuim⁹. Poſtq̃ im pleti ſunt dies purgationis ei⁹ videlicet matris il-lius ſcd'm legẽ Moyſi: tulerũt in Hieruſalẽ vt ſi-ſterẽt eũ dño: ſicut ſcriptũ eſt in lege dñi. Quia oĩe maſculinũ adapiens vuluã ſctm̃ dño voca-bitur. Tu. ℟. Hodie beata virgo Maria puerũ Ie-ſum pñtauit in templum: & Simeon repletus ſpũ ſctõ. Accepit eum in vlnas ſuas: & bñdixit deum in æternũ. ℣. Nunc dimittis ſeruũ tuũ dñe ſecũ-dum verbum tuum in pace. Accepit.

Lect. ix.

Precepit nãq; lex: vt mulier quę ſuſcepto ſemine pepiſſet filiũ: immũda eſſet ſeptẽ dieb⁹: & in die octaua circũcideret infantulũ, nomenq; aptaret: deinde etiã alios triginta tres dies ab ingreſſu tem pli ac viri thoro abſtineret: donec quadrageſimo natiuitatis die filiũ cũ hoſtijs ad tẽplũ dñi defer-ret. Tu. ℟. Cũ inducerẽt puerũ Ieſum parentes ei⁹ accepit eũ Simeõ ĩ vlnas ſuas: & bñdixit deũ: & dixit. Nũc dimittis dñe ſeruũ tuum in pace. ℣. Quia viderũt oculi mei ſalutare tuũ. Nũc. Ad lau.

añ. Simeõ iuſtus & timorat⁹ expectabat redem-
69 ptionem Iſrael: & ſpũſſctũs erat in eo. P ſal. Dñs reg deco. Añ. Rñſum accepit Simeon a ſpũſctõ non viſurũ ſe mortẽ niſi videret dñm. Añ. Acci-piẽs Simeõ puerũ in manib⁹ gratias agẽs bñdixit dñm. Añ. Obtulerũt ꝓ eo dño par turturũ: aut duos

Digitized by Google

duos pullos columbarum. Añ. Nunc dimittis domīne ſeruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Cap̄. vt ſupra. Hymnus.

QVem terra pontus æthera colunt adorant prædicant: trinam regentem machinam: clauſtrum Mariȩ baiulat. Cui luna & ſol & omnia deſeruiunt per tempora: perfuſa cœli gratia geſtant puellæ viſcera. Mirantur ergo ſecula qđ angelus fert ſemina: qđ aure virgo cōcipit & corde credēs parturit. Beata mater munere cuius ſupernus artifex mundū pugillo continēs: ventris ſub archa clauſus eſt. Beata cœli nuncio: fœcunda ſancto ſpiritu: deſideratus gentibus cuiꝰ per aluum fuſus eſt. O glorioſa domina excelſa ſupra ſydera: qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere. Quod Eua triſtis abſtulit: tu reddis almo germine: intrent vt aſtra flebiles: cœli feneſtra facta es. Tu regis alti ianua: & porta lucis fulgida vitam datam per virginem: gentes redemptȩ plaudite. Maria mater gratiæ: mater miſericordiæ: tu nos ab hoſte protege: in hora mortis ſuſcipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre & ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amē. ℣. Gaude Maria virgo. Ad benedictus añ. Cum inducerent puerum Ieſum parentes eius: accepit eum Simeon in vlnas ſuas: & benedixit deum dicens: nunc dimittis domine ſeruum tuum in pace. Oratio vt ſupra. Ad primā Hymnus. Iam lucis. Maria mater gratiæ. Gloria tibi. Aña. Simeon iuſtus. Pſalmus. Deus in noīe cū cæteris.

90 In fine Pſal. **Laudate dominum omnes.** Cap̃. **Et placebit dño.** vt in ſup. cõ. ℞. **Ieſu Chriſte.** ℣. **Qui na.** ℣. **Gaude Maria vir.** Oratio. **Famulorum tuorum. Dñe ſancte pater.** Preces. **Exultabunt.** Ad iij añ. **Reſpõſum accepit ſi.** Pſ. **Legem.** Cap̃. **Hæc dicit dñs: ecce ego mitto.** vt ſupra ℞. **Specioſa ſacta.** Ad ſextam Capitulum.

Mala. 3 **Ecce veniet dicit dñs exercituũ: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndũ eum? ipſe enim quaſi ignis cõflans & quaſi herba fullonum: & ſedebit conflans & emundans argentum: & purgabit filios leui. Deo.** ℞. **Dignare me lauda.** Ad ix. Capitulum.

Mala. 3 **Et colabit eos ſicut aurum: & quaſi argẽtum: & erunt dño offerentes ſacrificia in iuſtitia: & placebit dño ſacrificium Iuda & Hieruſalem ſicut dies ſeculi: & ſicut anni antiqui dicit domin⁹ omipotens.** ℞. **Elegit eam.** Ad ij. veſ. añ. **Tecum principiũ.** vt ſup. in die natiuitatis dñi ꝑ ordinem cum ſuis Pſal. Cap̃. **Ecce ego mitto.** ℞. **Verbum caro fa.** Hym. **A ſolis ortu.** ℣. **Poſt partum.** Ad magnifi. Añ. **Hodie beata virgo Maria puerum Ieſum præſentauit in templum: & Simeon repletus ſpirituſancto accepit eum in vlnas ſuas: & benedixit deum in æternum.** Oratio. **Ops ſem. de.** vt ſup. in primis veſperis. Ad completorium. Pſal. **Cum inuocarẽ.** Hymnus. **Corde natus ex pa.** vt ſup. Capitulum. **Populus gentiũ.** ℣. **Verbũ ca.** Ad nũc dimit. añ. heri in cõpletorio. Oratio. **Famulorũ tuorũ. Deus qui illumi.**

In feſto

Digitized by Google

¶ In feſto ſancti Blaſij martyris. Capitulum. Beatus vir qui in ſapien. Oratio.



Beati Blaſij martyris tui atque pontificis interceſsione quæſumus omnipotens Deus noxios ſemper incurſus comprime: & ſalutarem temporibus noſtris propitius da quietem. Per.

Lectio prima.

Temporibus Licinij Imperatoris qui conſtantini Auguſti ſororem habebat: & rerũ ſummam in oriente tenebat: dira in Chriſtianos perſecutio facta eſt. Nam vt in tripartita hiſtoria refertur: Licinius bello â Cõſtantino fugatus: cum prius fuiſſet ſectator dogmatis Chriſtiani: mutata voluntate plurimos Sacerdotum in ſuæ partis afflixit imperio: multos tamen & aliorum cruciauit: præcipue tamen de collegio militari. Tu autem domine. Lectio ij.

Erant autem in Sebaſta plures quos huius nominis titulus ligabat: & ideo perſecutionis eos tempeſtas inuoluebat. Verumtamen omnium qui ibidem eo tempore paſsi ſunt primus & dux ac ſignifer erat ſanctus Blaſius Epiſcopus. Siquidem omnes qui in Sebaſta erant tam clerus quam populus: vitæ eius ſanctitate & morum modeſtia delectati vnanimi conſenſu: & voto concordi eum eiuſdem ciuitatis Epiſcopum elegerunt. Lect. iij.

Factus igitur Epiſcopus beatus Blaſius ſummum

Digitized by Google

Sacerdotium ſe meruiſſe: & meritorum excellentia & gratia doctrinæ: & miraculorum ſignis declarauit. Verum quia grauis perſecutio imminebat: iuxta dominicum exemplum vel præceptum: perſecutorum rabiem declinans: in montē quendam qui Argeus vocatur ſeceſsit. Tu.

Lectio quarta.

VBi quamuis humana frequentia deſolatus eſſet: diuina tamen conſolatione non eſt deſtitutus. Nam & crebris à domino viſitationibus fouebatur: & plerumq; dominus ferarum acceſsione ſolitudinem ſuam conſolabatur. Vndiq; enim per montis circuitũ ad eius ſpeluncam quaſi domino obſecuturę confluebant: & ſiquidem aliquam ex illis quauis moleſtia & dolore contigiſſet vexari: ab illo curam tanquam â vero medico nutu quo poterat poſtulabat neq; ab ipſo priuſquam manũ ei imponeret & benediceret cura percepta diſcedebat Tu autem. Lectio v. præſes Agricolaus audita fama eius iuſsit eum appræhendi: & pœnis multis afflictum in carcerem proijci. Et cum multa tormenta ſibi intuliſſet: ad vltimum iuſsit vt capite truncaretur. His ſanctus Martyr auditis: de ſui agonis fine iã ſecurus: Deo gratias agens: vna cum ſpiculatore & pueris ad locum ſuæ decollationis properauit. Quo cũ perueniſſet & orandi facultas â ſpiculatore facta eſſet: flexis genibus orauit. Tu. Lectio vi.

Finita oratione ſpiculator mox eijciens eũ â prætorio cum duobus puerulis amputauit capita eorum:

rum: foris muros Sebaſte vrbis die tertia Februa-
rij menſis. Tunc quædam mulier Deum timens
nomine Heliſæa: ſepeliuit corpora eorum in lo-
co vbi decollati ſunt. Tu. Homelia. Nihil opertũ.

¶ In feſto ſanctæ Agathe virginis & martyris ant.
Veni electa. pſalm. Laudate pueri. Cap. Domine 88
Deus meus ex. ℟. Gaudeamus omnes in domino:
diem feſtum celebrantes in honore Agathæ mar
tyris. De cuius paſſione gaudent Angeli: & col-
laudant filium Dei. ℣. Immaculatus dominus im-
maculatam ſibi famulam in hoc fragilitatis cor-
pore poſitã: miſericorditer conſecrauit. Hymn.
Virginis pro. Spe tua. Ad magni. añ. Mentem ſan
ctam ſpontaneam honorem Deo & patriæ libera
tionem.

Oratio.



Deus qui īter cætera po
tẽtię tuę miracula etiã
in ſexu fragili victoriã
martyrij contuliſti: concede
propiti⁹: vt qui beatæ Agathæ
virginis ac martyris tuæ nata
licia colimus: Per. Ad mat. in
uit. Regem virginum dñm. Venite adoremus.
Pſalm. Venite. In primo noct. añ. Ingenua ſum &
ſpectabilis genere vt omnis parentela mea teſta-
tur. Pſalm. Domine dominus noſter. Añ. Summa
ingenuitas iſta eſt: in qua ſeruit⁹ Chriſti compro- 3
bãtur. Pſal. Cœli enar. añ. Ancilla Chriſti ſum: i-
deo me oſtendo ſetuilem perſonam. Pſ. Domini 11
eſt ter. ℣. Specie tua. 14

Le-

Lectio prima.

AGatha virgo ingenua mente: Deũ ſemper in omni ſanctitate colebat. Audiens hæc Quintianus conſularis Siciliæ: eam apprehendi iuſsit: & ad ſe duci. Cui ait. Cuius conditionis es? Et illa. Non ſolum ingenua ſum ſed & ſpectabilis genere: vt omnis parětela mea teſtatur. Tu. ℟. Dum ingrederetur beata Agatha in carcerem: dixit ad iudicem. Impie crudelis & dire tyranne nõ es confuſus amputare in fœmina quod ipſe in matre ſuxiſti. ℣. Ego aũt hẽo mamillas integras intus in anima mea quas ab infantia dño cõſecraui. Im.

Lectio ij.

CUi Quintianus. Si ingenua es cur in omnibus ſeruilem perſonam te oñdis? Illa reſpondit: Quia ancilla Chriſti ſum: ideo ſeruilem me exhibeo perſonam. Tu. ℟. Vidiſti dñe & expectaſti agonem meũ quomodo pugnaui in ſtadio: ſed quia nolui obedire mandatis principum. Iuſſa ſum in mamilla torqueri. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam.

Lectio iij.

TUnc Quintianus iuſsit eã alapis cedi: & in carcerem trahi: ſequentiq́; die educi & ſibi pñtari. Et ait ad eam. Abnega Chriſtum: & adora deos. Quæ cum renueret iuſsit eam in eculeum ſuſpẽdi: & in mamillis torqueri: & tortam diutiſsime abſcindi. Tu autem. ℟. Quis es tu qui veniſti ad me curare vulnera mea? ego ſum apoſtolus Chriſti: nihil in me dubites filia. Ipſe me miſit ad te, quem dilexiſti mente & puro corde. ℣. Nam & ego

ego apoſtolus eius ſum: & noui medicinam. Ipſe.
In ij. noct. añ. Agatha ſancta dixit: ſi feras mihi
promittis: audito Chriſti nomine manſueſcunt.
Pſal. Eructauit. Añ. Si ignem adhibeas: rorem 31
mihi ſaluificũ de cœlo angeli miniſtrabunt. Pſal. 32
Deus noſter re. Añ. Agatha lætiſsima & glorian-
ter ibat ad carcerem: & quaſi ad epulas inuitata:
agonem ſuum precibus domino commendabat.
Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt gratia. Lc. iiij. 64

ET eccce circa mediam noctem venit ad eam quidam ſenex: quem antecedebat puer luminis portitor: diuerſa ſecum ferens medicamenta: volens ſanare eam. Cui Agatha. Medicinam carnalem corpori meo nunq̃ exhibui: ſed habeo dominum meum Ieſum Chriſtum qui ſolo verbo curat omnia: & ſermone reſtaurat vniuerſa: hic ſi vult poteſt me continuo curare. ℟. Ipſe me coronauit qui per apoſtolum Petrum in cuſtodia me confortauit: pro eo quod Iuſſa ſum ſuſpendi in eculeo propter fidem caſtitatis: adiuua me domine deus meꝰ in tortura mamillarum mearum. ℣. Vidiſti domine agonẽ meum quomodo pugnaui in ſtadio: ſed quia nolui obedire mandatis principum. Iuſſa. Lectio v.

Et dixit ſenex. Ego apoſtolus eius ſum: ipſe me miſit vt in nomine eius ſcias te eſſe ſanatam. Et continuo diſparuit. Et procidens beata Agatha gratias agens: inuenit ſe vndiq; ſanatam: & mamillam ſuo pectori reſtitutam. Tu. ℟. Agatha lætiſsima & glorianter ibat ad carcerem. Et quaſi ad

ad epulas inuitata agnomen ſuum domino preci-
cibus commendabat. ℣. Mens mea ſolidata eſt & â Chriſto fundata. Et. Lectio vi.

Poſt hæc Quintianus iuſsit eam educi de carcere: vt aut Deos adoraret: aut ſupplicia ſuſtineret. Cui Agatha. Quomodo vis vt lapides adorem: & Deum cœli qui me ſanauit dimittã? Tunc Quintianus iuſsit eam ſuper teſtas acutiſsimas volutari. Et ecce terremotus factus eſt magnus: qui totam ciuitatem concutiebat. Quod cernẽs Quintianus iuſsit eam iterum in carcerem mitti. Vbi cum oraſſet: cum ingenti voce tradidit ſpiritum circa annum domini ducenteſimum quinquageſimum tertium ſub Diocletiano Imperatore. ℟. Ego autem adiuta â domino perſeuerabo in confeſsione eius qui me ſaluã fecit & conſolatus eſt me. ℣. Medicinam carnalem corpori meo nunquam exibui: ſed habeo dominum Ieſum Chriſtũ. Qui. In iij. noct. añ. Niſi diligenter perfeceris corpus meum â carnificibus attrectari non poteſt anima mea in paradiſum domini cum palma
70 intrare martyrij. Pſal. Cantate. i. Añ. Vidiſti domine agonem meum quomodo pugnaui in ſtadio: ſed quia nolui obedire mandatis principum: iuſ-
71 ſa ſum in mamilla torqueri. Pſa. Dominus reg. e-
xul. Añ. Propter fidem caſtitatis iuſſa ſum ſuſpendi in eculeo: adiuua me domine Deus meus in
73 tortura mamillarum mearum. Pſal. Cantate. ij. ℣. Adiuuabit eam. Homel. Simile eſt re. ce. the. ab. ℟. Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare & ma-

mamillas meas meo pectori reſtituere. Ipſum inuoco deũ viuũ. ℣. Medicinã car. vt ſu. ℟. Beata Agatha ingreſſa carcerẽ expãdit man⁹ ſuas ad Deũ: & dixit. Dñe qui me feciſti vincere tormẽta carnificũ iube me dñe ad miſerinordiã peruenire. ℣. Agatha ingreſſa carcerem benedicebat dñm Ieſum Chriſtũ. ℟. Gaudeam⁹. vt ſu. in vs. Ad lau. añ. Quis es tu qui veniſti ad me curare vulnera mea? ego ſum Apoſtolus Chriſti: nihil in me dubites filia. Pſ. Dñs re. Añ. Medicinã carnalẽ corpori meo 66
nunquã exhibui: ſed habeo dñm Ieſum Chriſtum qui ſolo ſermone reſtaurat vniuerſa. Añ. Gratias tibi ago dñe quia memor es mei: & miſiſti ad me Apoſtolũ tuũ curare vulnera mea. Añ. Benedico te pater dñi mei Ieſu Chriſti: quia per Apoſtolum tuũ mãmillas meas meo pectori reſtituiſti. Añ. Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare: & mamillas meas meo pectori reſtituere: ipſum inuoco Deũ viuũ. Cap. Domine Deus meus. Hymn. Ieſu corona. Ad bñs añ. Beata Agatha ingreſſa carcerem expandit manus ſuas ad Deum & dixit: domine qui me feciſti vincere tormenta carnificum: iube me domine ad tuam miſericordiã peruenire. Ad ij vs. añ. Quis es tu. Pſ. Dixit dominus. 87
Laudate pue. Lætatus. Niſi dominus. Lauda Hie- 88
ruſalẽ. Cap. Domine Deus meus. ℟. Gaudeamus. Hy. Virginis proles. ℣. Specie tua. Ad ma añ. Paganorũ multitudo fugiens ad ſepulchrũ virginis tulerunt velum eius contra ignẽ vt cõprobaret dñs quod à periculis incendij meritis Agathæ martyris ſuæ eos liberaret. ¶

¶ In feſto ſanctæ Dorotheę virginis ac martyris
ad veſper. añ. **Aue gēma virtuoſa Dorothea ver-
nans roſa munde vitæ patens gloſa: ſis pro nobis**
88 **ſpecioſa interuentrix gratioſa.** Pſal. **Laudate pu.**
Añ. **Paradiſi de viridario roſas mittis notario: quē
mortis in orario: cœli iungis ſolatio: petimus vt
vt à vario nos emundas animæ cōtrario.** Añ. **San-
cta virgo Dorothea peccatorum de Morphea
tua prece nos emunda: & compunctionis vnda
pœnitentes nos aſperge: & à periculis abſter-
ge.** Añ. **Omni laude digna cor noſtrū pace Chri-
ſti conſigna: ne nos draco ſtigis ledat: ſed pro no-
bis intercedat tua ſancta victoria: vt mundemur
à peccati ſcoria.** Añ. **O Dorothea Chriſto grata:
afflictorum aduocata: & adiuuatrix ſis rogata vt
defectus & peccata noſtra per te ſint ablata.** Cap.
**Confitebor tibi. ℞. O flos virginitatis: ô riuus a-
menitatis: ô dos dignitatis: ô ſol ſerenitatis: ô ro-
ſa puritatis: nos natantes in peccatis. Quos labijs
fluctuat ratis adiunge beatis. ℣. O benigna pacis
cella Dorothea flagrans ſtella: pro tuis vernis in-
terpella. Quos.** Hymnus. **Virginis proles.** vel di-
catur iſte Hymnus.

GRatulare Cæſarea patrone colens merita Dorotheę ſolennia ſolis reuexit orbita. Vulnerata viuaciter amoris Chriſti iaculo: fertur hinc lætaliter hæc paganorum ſpiculo. Polorum ſorti procerum conſors procera redditur: roſarioq́ martyrum flos roſeus inſeritur. Corpus humatum tumulo: funeſtis caret maculis:

pro

Digitized by Google

pro meritorum cumulo late claret miraculis. Egris ſalus infunditur: cæcis viſum clarificat: ſurdis auditus panditur: Theophilū credificat. Talis athletæ ſupplices ſuffulti patrocinijs: cœligenarum complices letæ fruamur gaudijs. Preſtet hoc pater luminum ſplendorq; patris inclitus ac illuſtrator hominum par vterq; paraclitus. Amen. ℣. Specie tua. Ad magn. añ. O caſtitate phalerata: o humilitate coronata: o patientia ornata: virtutum floribus ſuſcita: temperantia polita: precioſa Margarita: ſancta virgo Dorothea cor in nobis mundum crea.

Oratio.



OMnipotens ſempiterne Deus in cuius nomine glorioſa virgo & martyr Dorothæa multorum tormentorū genera ſuperauit: præſta quæſumus: vt eius intercedentibus precibus cuncta pericula vincamus: ipſamq; in noſtris neceſsitatibus celerem adiutricem ſentiamus. Per. Ad matut. inuit. In Dorotheæ feſto mēte pura corde præſto. Ad pſallendum rite cum iubilo vitæ. Pſal. Venite ex. In i. noct. añ. Nomen tuum laudabile Deus eſt & admirabile: dum ex ore virgineo laudari vis in populo. Pſal. Domine dominus noſter. Añ. Cœli enarrant gloriam Chriſto: 4
propter victoriam Dorotheæ martyris: laudes plāgat vox celebris. Pſal. Cœli enar. Añ. Cordis puri- 11
tate promiſſa veritate: manuum innocentia ſum

ma cum prudentia caſtiq́ cordis iubilo: placuit al
15 tiſsimo. Pſal. Domini eſt terra. ℟. Specie tua &c.

Lectio prima.

GLorioſa virgo & martyr Dorothæa ex patre Dorotheo: & matre Theodora progenita eſt ex nobili ſanguine Senatorum. Illis temporibus viguit magna perſecutio Chriſtianorum in terra Romanorũ. Hæc genita more Chriſtianorum: à quodam ſancto Epiſcopo baptizatur occulte & nomen ſibi ex vtroq́ parente imponitur Dorothea: Lætare Cæſarea ciuitas beata nam illuſtrat varia regna tua nata Dorothæa quæ naſcitur ſtirpe Senatoria. Omni laude paſcitur eius fœlix memoria. ℣. Prædecora facie fulgens & venuſta procuratrix gratiæ caſta mitis iuſta. Omni.

Lectio ſecunda.

IPſa autem puella impleta eſt ſpiritu ſancto: virtutibus & omni pacis diſciplina caſtitatiſq́ imbuta: formoſa valde ſuper omnes puellas illius regionis: ſed fide pulcherrima. Quod inuidus ſerpens inimicus caſtitatis diabolus non ſuſtinens Fabricium præfectum regni Capadociæ in amorẽ glorioſæ virginis Dorotheæ ſtimulauit vt ipſam carnali concupiſcentia appeteret. Qui mittens pro ea ſpondet theſauros & res abſq́ determinatione compoti pro dote: ipſamq́ legitimo thoro ducendam. Tu. ℟. Populus in tenebris ambulans ingentem lucem vidit radijs trinis refulgentem caſtitatis radio fideiq́ gũpho: Dorothæã ſub gladio viuentem cum triũpho. ℣. Illuſtratur credulus fitq́

natus

natus lucis famulator. ſedulus Chriſti ſummi du-
cis. Lucem. Lectio tertia.

Audiens hæc dulcis virgo quaſi lutum terræ de-
ſpiciens terrenas diuitias: intrepida ſe Chriſto de
ſponſatã fatebatur. Quod audiens Fabricius: furo
re ſuccenſus: in cataſtam miſit eam ideſt in doliũ
feruenti oleo plenũ. Ipſaq́; adiutorio Chriſti ille-
ſa manens plurimũ exultabat ac ſi balſamo vnge-
retur. ℟. Inclinare Dorothæã præſes ſtudet idolis:
ſoribus mittit eã nouellis apoſtatis ſpõdet his da-
re theſauri multitudinem. Dolẽs eã iugulare pro
pter pulchritudinẽ. ℣. Peruertẽtes conuertuntur:
crucẽ tollũt: & ſequũtur Chriſtũ: pro quo moriun
tur. Dolẽs. In ij. noct. añ. Dilexiſti iuſtitiã & odiſti
maliciã: ideo præ tuis conſortibus vnxit te Deus
altiſsimus. Pſal. Eructauit. Añ. Venite & videte vi 31
ctoriam athletę quæ vicit antiquum caſtitatis ini
micum: phlegetontis ſerpentẽ cõtra iuſtos ſeuiẽ-
tem. Pſal. Deus noſter. añ. Dicta ſunt de te glorio 32
ſa Dorothæa generoſa in te manet benignitas tu
puritatis ciuitas. Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt 64
gratia. Lectio iiij.

Præcepitq́; tyrannis vt pulcherrima facies e-
ius baculis & fuſtib⁹ cederetur quoadusq́; tor
tores fatigarentur: & quod veſtigia faciei in
ipſa non apparerent. Et ſeruata in craſtinum de
mane producitur illeſa à ſaluatore noſtro cu-
rata: capitalique ſententia iudicatur. Et
dum extra muros duceretur videns eam Theo-
philus Prothonotarius Regni illius quaſi illu-

Digitized by Google

ſorie: roſas de viridario ſponſi ſui cupiēs ſibi mitti plurimum deprecatur. Quod illa promiſit: licet tunc temporis magnum frigus eſſet. Tu. ℟. Dum Dorothea generoſa Chriſtiana cernitur. Propter Chriſtum timoroſa pæna mortis ſternitur ℣. Dū clamat cuncti confundantur: in idolis qui gloriantur. Propter. Lectio v.

Dum autem venit ad locum decollationis & inclinans ſe ad ictum ſpiculatoris: apparuit ei puer purpura indutus: diſcalciatus: criſpato crine: in cuius veſte ſtellę aureæ ſparſę fuerunt: ferens in manu ſportulam cum tribus malis & totidem roſis: offerrens virgini Dorotheæ. Quæ dixit illi. Obſecro mi domine: fer theophilo ſcribę: & mox ictū gladij ſuſcepit: & perrexit ad dominum octauo idus Februarij à Fabricio præſide ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus Romanorum: anno domini ducenteſimo octuageſimo octauo. ℟. Sub menſe Februario roſas mittit in orario cum frondibus notario: Rex qui fert mala cœlica clamat in biuio plateæ fortis eſt Deus Dorotheæ. En dona dat angelica. ℣. Omnes gentes properate Ieſum Chriſtum adorate En. Lectio ſexta.

Theophilus autem dum ſtaret in palatio Præſidis: vidit pulcherrimum puerum coram ſe: qui ſuſtulit eum in partem dicens. Has roſas cum pomis mittit tibi ſoror mea Dorothæa: de paradiſo ſponſi ſui ſicut petiſti. Et mox puer diſparuit. Theophilus vero prorupit in vocem laudando & glorificando Deum Dorotheæ qui in menſe Februario

Digitized by Google

bruario roſas & poma quibus vult mittere potẽs
eſt cuius nomen eſt benedictum in ſæcula. T. ℟.
O flos virgi. vt ſup. In iij. noct. an̄. Nil territa ſup-
plicio ſic loquitur Fabricio: deorum tuorum nu-
mina ſunt baratri dæmonia: cœlos ſolus fecit De⁹
qui eſt Rex & ſponſus meus Pſal. Cantate. i. an̄. 73
Lux orta eſt in Capadocia: dum Angelorum ſo-
cia Dorothæa generatur: rectis corde læticia da-
tur. Pſal. Dominus reg. ex. An̄. Carmen nouũ de- 73
cantate: Deo noſtro iubilate: nam fecit mirabilia
cum vera Sion filia in conſpectu gentium idolis
credentium reuelat prodigia ducens hos ad fidei
veſtigia. Pſal. Cantate ij. ℣. Adiuuabit eum Deus. 73
Homelia. Simile eſt re. ce. de. ℣. ℟. Multi credũt
paganorum & relinquunt idolorum cultum: dum
regem cœlorum prædicat Theophilus Chriſtum
qui perſequebatur. Lupus in agnum mutatur Do
rothæam comitatur in fide Neophitus Hoc factũ
eſt mirabile à Deo tam laudabile. ℟. Dum ſub en
ſe præſtolatur mortis ictum: deprecatur pro his à
quibus veneratur ſuæ necis memoria. Vt abun-
dent temporalibus: ſoluantur â mortalibus & â fal
ſis criminibus poſt hæc viuant in gloria. ℣. Exple
ta tunc oratione exauditur in agone domini pro
miſsione. ℟. Contriſtatus eſt præfectus regni ſcri
ba quod electus factus eſt catholicus mundũ ſper
nit timet Deum: Morte dira necat eũ homo dia-
bolicus. ℣. Vt liuore iuſti tactus charitatis odit a-
ctus. Ad laudes an̄. Nobilis & formoſa Dorothæa
generoſa: totius fraudis inſcia: in Capadociæ pro-

uincia: imbuta fide Chriſtiana: idola ſpernẽdo va-
69 na. Pſa. Dominus reg. añ. His vero temporibus re
gnat præſes Fabricius: cui ducitur captiua: at illa
voce viua: Chriſtum confitetur: pœnas nil vere-
tur. Añ. Ad tribunal vinculata: virgo ducta fit ſacra
ta quæ vocetur interrogata: Dorothæa ſum voca-
ta: Ieſu Chriſto deſponſata. añ. Clamant cuncti bla
ſphemauit deos noſtros dum negauit: & ſe Chri-
ſto deſponſauit: quem gens Iudæa morte ſtrauit.
añ. Quem cœli terra Maria adorant: de Cæſarea
elegit: ſibi vernulam ſanctiſsimam Dorothæam.
Cap. Confitebor. Hym. Ieſu coro. vel Egris ſalus
in ſun. ℟. Audi filia & vide. Ad bñ. añ. O nobilis ath
leta: virtutibus impleta: Dorothæa virgo pia per
te mõſtratur cœli via incredulis & deuio tuo triũ
87 pho præuio. Ad ℟. vs. añ. de laud. Pſ. Dixit do. Lau
88 date pu. Lætatus ſum. Niſi dñs. Lauda Hieruſalẽ.
114 Cap. Confitebor tibi. ℟. Contriſtatus. Hym. Vir-
ginis pro. vel Gratulare. ℟. Spe tua &. Ad mag. añ.
Tu candens veris primula tu florens florum ſimu
la tu Senatores nata Dorothæa grata: poſt agnum
laureata es alba cincta ſtola: procura ne nos mola
viciorũ ſtrigat ſed pacis omẽ tegat. ¶ In feſto ſan-
ctę Helenę ad vs. añ. Annua beatæ Helenę ſolen-
nia votiuis laudibus excipiamus: vt eius meritis
& interceſsionibus â malis noſtris liberemur. Pſ.
8 Laudate pue. Cap. Mulierẽ for. ℟. O mira & po-
tens Dei clementia cõuerſione glorioſæ reginę.
Hominum quinq; milia principaliter ibi baptiza
ti ſunt. ℟. Admirabile eſt nomen tuũ dñe in vni-
uerſa terra Hominũ. Hymnus. Gau-

Digitized by Google

GAude fœlix Vngaria gaude de Chriſti mu-nere: laudes in voce varia corde promas & opere. Helena ſanctiſsima de te naſcendo prodijt: rite deteſtās infima: cœleſte regnū petijt. Terreni regis filia regi cœleſti placuit: electum ſuper milia quærens inuenit tenuit. Coniuncta cœli ciuibus: vitæ potatur flumine: diuinis vacās laudibus: lumē videt in lumine. æta ſtupet Hierosolyma fractis naturæ regulis: dū per ſancta ſuffragia miranda fiunt ſæculis. Vita defunctis redditur: egris confertur ſanitas: claudus directe graditur: cæcos illuſtrat claritas. Deo patri ſit gloria. ✠ Specie tua. Ad mag. aā. En glorioſa regina quę in terreno honore piorum operum magnitudinem & circa Eccleſiam Chriſti operoſa deuotione claruit: iuſte nunc glorioſior cum Chriſto regnat in cœlis.

Oratio.



DEus qui ſanctos & electos tuos pro ſuis quoq; meritis honorare diſponis: præſta quæſumus: vt ſanctæ Helenę reginę cuius fidei religionē & ſtudiū in ſanctæ crucis manifeſtatione veneramur: apud miſericordiā tuam eius meritis & precibus adiuuemur. Per. Ad mat. inuit. Adoremus regem regum. Qui reginam in cœlis coronauit Helenā. Ps. Venite. In i. noct. aā. Ingenuis orta natalib⁹ beata Helena: vt luna īter ſydera: ſic in genere ſuo claruit.

Pſal. Domine dominus noſter. Añ. Nigra ſum ſed formoſa filia Hieruſalem: ideo dilexit me Rex: &
11 introduxit me in cubiculum ſuum. Pſal. Cœli e-
nar. Añ. Pulchra es & decora filia Hieruſalem: ter
15 ribilis vt caſtrorum acies ordinata. Pſal. Domini
eſt ter. ℣. Specie tua. Lectio prima.

CVm Rex regum & dominus dominantiũ Eccleſiæ ſuæ quam in infinita mundi plantauerat Imperiali potentia; corroborare dignaretur imperium: primum caput languidũ totius orbis ſanauit. Tu. ℟. Solennia beatæ Helenæ læta mater Eccleſia læto honore ſuſcipiat cuius pio miniſterio plurimorũ exaltata eſt in terris. Cuius conſortio ipſa lætatur in cœlis. ℣. Domine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. Cuius. Lectio ij.

A quo ſanitas in cętera mẽbra deflueret: & abſterſis lachrymis ſancti perſecutorũ rabiẽ tranquilla pace cõmutarẽt. T. ℟. Digna matrona vt cœleſtẽ gloriam & miraculorũ magnitudinẽ in beato Silueſtro vidit. Chriſto credidit: & baptiſmi gratiã ſuſcepit. ℟. Induit eum dñs ſtola iuſtitię: & ornauit eam. Chriſto. Lectio. iij.

A primordijs enim ſuſceptæ fidei nouo Eccleſia ſãguine filiorũ ſuorũ maduit: quos purpurato diademate ad regnũ tãſmiſit. Sed diuina in eo patuit ꝗ eã cõfortauit. T. ℟. O mira & potẽs. vt ſu. in vs. In ij. no. añ. Vere beata mater quã de⁹ filio & imperatore & Chriſtiani noĩs pręcipuo cultore honorauit. Pſ. Eruct. añ. Adiuuabit eã de⁹ vultu ſuo: de⁹ in

medio

Digitized by Google

medio eius nõ cõmouebitur. Pſ. Deus noſter re. 32
Añ. Cognoſcetur dñs in toto imperio eius dum
quinq; milia hominum in conuerſione eius bapti
zati ſunt. Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt gratia. 64

Lectio iiij.

HOdierna ergo dies annua exultatione innouatur. In qua beata mater & glorioſa Regina Helena per quam ſalus mundi emicuit: de temporali ad æternum regnatura migrauit. ℟. Gentem treuerorum poſt conuerſionem idolatriæ elapſum errorem. Per beatũ Agriciũ ad fidẽ & Chriſti gratiã reuocauit. ℣. Gloria dei ſemper erat in ipſa & gratia eius in ipſa vacua nõ fuit. Per.

Lectio v.

Orta fuit igitur ex regali progenie treuerorum: ꝓficiens ætate & ſapientia humana velut luna inter aſtra matutina in genere ſuo refulſit. Sed poſtea diuina illuſtrata ſapientia: maiore virtutum per orbem iubare claruit. ℟. A fundamento per orbem plurimas ſanctorum martyrum eccleſias ſublimauit. Et facultatibus ſuis copioſe honorauit. ℣. Concupiuit anima eius in atria dñi cor eius & caro eius exultauerunt in deum viuum. Le. vi.

Cuius cognita ſpecie Conſtantius imperator in ſpecie generoſę prolis dilexit. Deinde pro fructu bonorum operum decorem eius rex cœleſtis cõcupiuit. Nãq; primũ per effectum carnis copulatur terreno regi abiecto velamine perfidię: & lota baptiſmate fit ſponſa regis æterni. Seruauit vero fidem quã debuit. ſed ampliorẽ Chriſto poſtq̃

credidit. Tu autē domine. ℟. Mulier fortis ma-
num mittit ad fortia. Hieroſolymam perrexit:
lignū dn̄icum diligenter exquiſiuit & feliciter in-
uenit. ℣. Non enim gloriari voluit niſi in cruce
dn̄i noſtri Ieſu Chriſti. Hic. In iij. noct. añ. Digna
Deo matrona ita vſum terreni honoris habuit: vt
70 ad gloriam cœleſtiū peruenire meruit. Pſal. Can
tate. ij. Añ. O q̄ glorioſa dicta ſunt de te: quę me-
71 ruiſti lignū dn̄icum inuenire. Pſal. Dn̄s reg. ex.
Añ. Dicite in nationib⁹ quia regnauit à ligno de⁹.
70 Pſal. Cantate. ij. ℣. Adiuuabit eam. Homelia. Si-
mile eſt regnum ce. the. ab. ℟. Venerabili regina
& filio eius imperatore Conſtantino annuēte ge-
neralibus concilijs celeriter celebratis: canones
ſunt traditi. Et ſynodali ſententia fides roborata
eſt. ℣. Vt cognoſcamus dn̄e in terra viam tuam
in omnibus gentibus ſalutare tuū. ℟. Vere beata
mater: cuius filius Chriſtianæ religioni deuotus
ſedem Romanam. Et plurima imperialis dignita-
tis inſignia: beato Petro relegauit. ℣. Dedit in ce-
lebrationibus decus: & ornauit tempora ſua. Et
plu. ℟. O glorioſa terrarum Regina cœlorum re
gis ſponſa: cuius operi & ſalubri ſtudio. Gens In-
dorum & Hebræorum Armenorum fidem Chri-
ſtianam ſuſcepit. ℣. Laudate dominum oēs gen-
tes: & collaudate eum omnes populi. Gens. Ca.
118 Te deum. Ad lau. añ. Beata Helena vt virtutē mi-
raculorū in beato Silueſtro vidit: in deum & Chri
71 ſtum eius credidit. Pſal. Dn̄s reg. Añ. Abiectis
itaq; imperialibus humiliata eſt: & ſalutare ba-
ptiſmi

ptiſmi ſacramentũ ſuſcepit. An. Accepta â filio ptãte & copia per orbem plurimas ſanctorũ fundauit eccleſias. An. Inter plurima ſuæ deuotionis opera ligni dñici inuentrix fieri meruit. An. Imperiali maieſtate ignem Iudęis minata eſt: & prodente Iuda ad locum abſconditę crucis peruenit. Cap. vt ſup. Hym. Terreni regis filia ℣. Audi filia. Ad bñs añ O q̃ digne venerãda eſt beata Helena: cuius aĩa exultantib⁹ angelis recepta eſt in cœlis: & memoria miraculis & ſignis celebris eſt in terris. Ad magnifi. añ. Grata deo laudabiliſq́ hominibus beata Helena: quæ & Marthe officiũ ſtrenue rexit: & nunc Mariæ optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. ¶ In feſto ſanctæ Apolloniæ virginis. Ad veſp. cap. Dñs deus meus. Ad magnifi. Añ. Virgo & martyr egregia pro nobis Apollonia funde preces ad dominum: ne pro reatu criminũ vexemur morbo dentium. Oratio.

DEus qui beatam Apolloniam virginem ac martyrẽ tuã excuſsis dẽtibus â ſeuiſsimo hoſte triumphare voluiſti: cõcede q̃s: vt ei⁹ meritis & p̃cibus ab oĩbus malis p̃ntib⁹ & futuris liberemur. Per. ¶ In feſto ſanctæ Scolaſticæ virginis ad veſp. añ. Veni electa mea Pſal. Laudate pue. Cap. De virginibus p̃cep. vel. Qui gloriatur. ℟. Regnum mundi. Hymnus. Virginis proles. ℣. Spetie tua &. Ad magnifi. añ. Sanctimonialis autem fœmina: dum negãtis verba audiſſet: orationem fudit. & inundatio pluuiæ erupit. Oratio. 88

Familiam

Familiam tuam quæſumus domine beatę virginis tuæ Scolaſticę meritis ꝓpitius reſpice: vt ſicut ipſius precibus ad obtinendum quod concupiuit: imbrem cœlitus deſcēdere feciſti: ita eius ſupplicationibus ariditatem noſtri cordis ſupernæ gratiæ digneris rore perfundere. Per.

Lectio prima ex dialogo beati Gregorij Papæ.



Soror beati Benedicti Scolaſtica nomine: omīpotenti dn̄o ab ipſo infantiæ tēpore dicata ad eum ſemel per annum venire cōſueuerat ad quam vir dei non longe extra ianuam in poſſeſsionem monaſterij deſcendebat Quadam vero die venit ex more: atq; ad eam cum diſcipulis venerabilis frater eius deſcendit. Qui totum diem in dei laudibus ſacriſq; colloquijs ducentes: incumbentibꝰ iam noctis tenebris: ſimul acceperunt cibū. Tu.

Lectio ij.

Cum vero ſupradicti viri dei ad menſam ſederēt: & inter ſacra colloquia tardior ſe hora protraheret: eadem ſanctimonialis fœmina ſoror eius rogauit eum dicens. Quæſo te ne iſta nocte me deſeras: ſed vſq; mane de cœleſtis vitæ gaudijs aliquid loquamur. Cui ille reſpondit. Quid eſt quod loqueris ſoror? Manere extra cellam nullatenus poſſum. Tanta vero cœli erat ſerenitas: vt nulla in aere nubes appareret. Tu autem domine.

Lectio

Digitized by Google

Lectio iij.

Sanctimonialis autem fœmina cum verba negātis fratris audiſſet: inſertas digitis manus ſupra menſam poſuit: & caput in manibus omnipotentem dominum rogatura declinauit. Cunq; leuaret de menſa caput: tanta coruſcationis & tonitrui virtus: tantaq; inundatio pluuię erupit: vt neq; venerabilis vir Benedictus neque fratres qui cum eo aderant: extra loci limen quo conſederant: pedem mouere potuiſſent. Tu. Le. iiij.

Sanctimonialis autem fœmina caput in manibus declinans: lachrymarum fluuium in menſam ſuderat: per quem ſerenitatē aeris ad pluuiam traxit. Nec paulo tardius poſt orationem inundatio illa ſecuta eſt: ſed tanta fuit conuehemētia orationis & inundationis vt de menſa caput iam cum tonitruo leuaret: quatinus vnum idemq; eſſet momentum & leuare caput: & pluuiam deponere. Tu autem domine. Lectio v.

Vir autem dei Benedict⁹ inter coruſcationes & tonitrua: atq; ingētis pluuię inundationem: vidēs ſe ad monaſteriū non poſſe remeare: cœpit conqueri contriſtatus dicens. Parcat tibi omnipotēs deus ſoror. Quid hoc eſt quod feciſti? Cum illa reſpondit. Ecce ego rogaui te: & tu noluiſti audire me: Rogaui deum meum & exaudiuit me. Modo ergo ſi potes egredere: & me dimiſſa ad monaſterium reuertere. Ipſe autem extra tectū exire non valens: qui remanere ſponte noluit: in loco manſit inuitus. Tu autem domine miſere.

Lectio

Digitized by Google

Lectio vi.

Sicq̧ factum eſt vt totam noctem peruigilem ducerent: atq̧ per ſacra ſpiritualis vitæ colloq̄a: ſeſe vicaria relatione ſatiarent. Die autem altero cū̄ ſupradicta venerabilis fœmina ad cellam propriā̄ receſsiſſet: vir dei ad monaſterium rediīt. Et ecce poſt triduum in cella cōſiſtens: eleuatis in aera oculis: vidit eiuſdem ſororis ſuæ animam de eius corpore egreſſam: in columbæ ſpecie cœli ſecreta penetrare. Qui tantæ eius gloriæ congaudens: omnipotenti deo in hymnis & laudibus gratias reddidit: eiusq̧ obitum fratribus denunciauit. Quos etiam protinus miſit vt eius corpus ad monaſterium deferrent atq̧ in ſepulchro quod ſibi ipſe p̄parauerat ponerent. Quo facto contigit vt quorum mens vna in deo ſemper fuerat: eorum quoq̧ corpora nec ſepultura ſepararet. Homelia. Simile eſt re. cœ. de virgi. ¶ In feſto ſancti Valentini martyris cap̄. Beatus vir qui in ſa. Oratio.



PRæſta q̄ſum⁹ ops deus vt q̄ beati Valētini martyris ſolēnia colim⁹: à cunctis malis imminentibus ei⁹ interceſsione liberemur.

Lectio prima.

Tēpore quo perſequebatur Claudius Chriſtianos tenuit quendā p̄sbyterū venerabilē virū Valentinū noīe: & clauſit in carcerē in cōpedib⁹ & cathenis. Quē poſt biduū iuſsit ſibi p̄ntari in Palatio ſuo iuxta amphiteatrū: & dixit

xit ad eum. Quare non amicitia noſtra frueris? Satis mirãdã ſapientiã audio de te: & dũ ſis ſapiẽs: offendis in ſuperſtitione vanitatis. Rñdit Valentinus & dixit. Si ſcires donũ dei gauderes tu & reſpublica: refutares dęmones & idola manufacta: & confitereris vnũ deum omnipotentẽ q fecit cœlum & terram & oĩa quæ in eis ſunt. Lectio ij.

Reſpõdit Claudius & dixit ad Valentinum p̃sbyterum. Si Chriſtus deus eſt: quare mihi nõ indicas qd' verũ eſt? Rñdit Valentin⁹ p̃sbyter: & dixit. Audiat pietas veſtra: tu vero audi me rex: & aĩa tua ſalua erit & reſpublica tua augebitur & inimici tui extinguẽtur: & tu in om̃ibus victor eris: & hic & in futuro. Hoc tm̃ cõmoneo vt pœniteaſ ris de ſanguine ſctõrũ quem effudiſti: & credas Chriſtũ & baptizeris & ſaluus eris. Tu. Lect. iij.

Eadem hora immutatum eſt cor Claudij: & cũ triſtitia tradidit eum Calphurnio p̃fecto dicens: patienter audi eum: & ſi ſctm̃ conſiliũ non eſt qd' declarat fac in eum qd' in ſacrilegum p̃fixerunt: ſin vero audiatur iuſta poſtulatio eius. Tunc Calphurnius p̃fectus ſuſcipiens Valentinũ p̃sbyterũ dedit cuidam Aſterio principi ſuo. Tu autem do.

Lectio iiij.

ACcipiens autem eum Aſteri⁹ duxit eum in domum ſuam. Et cũ intraſſet domũ Aſterij p̃sbyter Valentin⁹: orationẽ genib⁹ poſitis fudit ad dñm dicẽs. Dñe Ieſu Chriſte q es verũ lumẽ illumina domũ iſtã: vt te verũ deum cognoſcant. Audiens hæc Aſterius dixit ad Valentinũ presby-

preſbyterum. Miror prudentiam tuam vt dicas: quia Chriſtus veſter verum lumen eſt. Reſpondit Valentinus preſbyter. Vere quia dominus Chriſtus qui natus eſt ex ſpiritu ſancto de Maria virgine verum lumen eſt qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū. Reſpondit Aſteri9. Si illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: modo probabo ſi deus eſt aut fallaciam tuam extinguam. Lectio v.

Et ſubiunxit dicens. Habeo filiam adoptiuam q̃ diligo à cunabulis: & ſubito ante fere duos annos Hypozimatis obſcurata eſt fœditate: ipſam adducam ad te: vt dum curata fuerit omnia quæcunq; præceperis faciam. Tu autem. Lectio vi.

Reſpondit Valentinus preſbyter & dixit. In nomine domini noſtri Ieſu Chriſti adduc eam ad me. Currens Aſterius anxiando adduxit puellam cecam ad beatum Valentinum preſbyterum. Eleuans autem beatus Valentinus manum in cœlum: oculis fluentibus lachrymis orationem fudit ad dominum. Et facta oratione poſuit manus ſuas ſuper oculos eius dicens. Domine Ieſu Chriſte illumina hanc famulam tuam quia tu es deus lumen verum. Et cum hoc dixiſſet aperti ſunt oculi eius. Hoc cum vidiſſet Aſterius: cecidit ad pedes beati Valentini. Tu autem domine. Hom. Si quis vult venire. ¶ In feſto ſanctę Iulianæ virginis ad veſperas. Capitulum. Sapientia vincit maliciam. Oratio.

Digitized by Google

DA nobis quęſum⁹ omnipotens deus in feſtiuitate ſanctę virginis & martyris tuæ Iulianæ congrua deuotione gaudere: vt & potentiam tuam in eius paſſione laudemus: & prouiſum nobis percipiamus auxilium. Per. Lect. i.

TEmporibus Maximiani imperatoris: erat quidam ſenator ĩ ciuitate Nicomedia: nomine Euleſius: amicus imperatoris. Hic deſponſauit quandam puellam nobili genere ortam: noĩe Iulianam: cuius pater Affricanus cognominabatur. Euleſius ergo feſtinabat complere nuptialem celebritatem Iuliana vero per ſingulos dies vacans orationibus currebat ad eccleſiam dei: vt diuinas ſcripturas intelligeret.

Lectio ſecunda.

Tranſactis autem paucis diebus miſit Euleſius nuncios ad eam. Tunc Iuliana dixit ad eos. Dicite Euleſio: ſi coluerit patrem & filium & ſpiritum ſanctum: nubam illi: quod ſi noluerit non poteſt accipere me in coniugem. Audiens Affricanus verba filiæ ſuæ Iulianæ: iratus cruciatam tradidit eam præfecto ſponſo eius. Tu aũt. Le. iij.

Præfectus aũt iuſsit eã adduci ante tribunal ſuũ: cui & dixit. Dulciſsima filia mea Iuliana: quis tibi perſuaſit colere deum alienum? Beata Iuliana r̃ndit. Si conſenſeris mihi: & adoraueris mecũ patrem cum filio & ſpm̃ ſc̃tm̃: acquieſcam tibi: ſi vero nolueris non mihi dñaberis. Tu. Lect. iiij.

AVdiens hæc præfectus cõmotus iracundia: iuſsit eam appendi à ſcapulis. Pendens vero

per ſex horas clamans dicebat. Chriſte fili dei viui: adiuua me. Poſt hæc præfectus iuſsit afferri rotam ferream: & figi ſuper eam gladios acutos: & quatuor milites hinc atq; illinc trahebant rotam vt ſanctam cōtererent Iulianam. Angelus autem domini deſcendit & comminuit cataſtam: & omnia vincula reſoluta ſunt. Sancta autem Iuliana glorificabat deum. Tu autem. Lectio v.

Poſt hæc præfectus iuſsit ſanctam Iulianam igne cremari. Audiens hæc beata Iuliana: extendens manus ſuas ad cœlum dixit. Domine deus omp̃s: ne deſeras neq; deſpicias me: & ne proijcias faciem tuā à me: ſed eſto mihi adiutor: & libera me de his tormentis. Et ecce ſubito venit angelus domini: & ſeparauit ignem: & flāmas extinxit. Sancta aūt Iuliana ſtans in medio ignis illeſa: glorificabat dominum. Tu autem. Lectio vi.

Videns p̃fectus iratus iuſsit ei gladio caput amputari. Educta autē ſancta Iuliana orauit dicens. Miſerere mei dñe: & auxiliare mihi: & in pace ſuſcipe ſpūm meum. Et dum hæc in oratione diceret decollata eſt: & cum pace ſpiritū reddidit. Tu. Hom. Simile eſt reg. cc. de. virgi. ¶ In cathedra ſancti Petri apoſtoli ad veſp. añ. Solue iubente deo terrarum Petre cathenas: qui facis vt pateant cœleſtia regna beatis. Pſal. Lauda. pueri.

Per omnia Capitulum.

1. Pet. cap. 1 Petrus apoſtolus Ieſu Chriſti. Electis aduenis diſperſionis ponti Galaciç Capadociæ Aſyç: & Bithiniç: ſcd'm p̃ſcientiam dei patris: in ſancti-

Digitized by Google

ſanctificationẽ ſpirit⁹: in obedientiam: & aſpſionẽ ſanguinis Ieſu Chriſti. Gratia vobis & pax multiplicetur. D. ℟. Tu es paſtor ouium. Quære infra in feſto beatorũ Petri & Pauli apoſtolorũ. Hym. Iam bone paſtor. Sit trinitati. Quære ibidem ℣. Tu es Pe. Ad magni añ. Simon Bariona tu vocaberis Cephas: quod interpretatur Petrus: ianitor cœli pulſantibus aperi: ſupra modum peccauim⁹: omnes dimitte ſeptuagieſſepties. ℣. Parce tuis ouibus quas raptor vexat iniquus. Oratio.



Deus qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauib⁹ regni cœleſtis animas ligandi atq́; ſoluendi pontificium tradidiſti cõcede: vt interceſsiõis ei⁹ auxilio à peccatorũ noſtrorũ nexib⁹ liberemur. Per. Fiat memo. de ſctõ Paulo añ. Sancte Paule apoſtole. ℣. Ora pro nobis. Oratio. Deus qui multitudinẽ gẽ. Quære in cõme. beati Pauli. Ad matut. inuit. Paſtori ſummo iubilemus corde iucũdo. Qui claues Petro cœlorũ cõtulit almo. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Petr⁹ & Ioannes. Pſal. Cœli enar. Cũ cæteris añ. pſ. & ℣. Quære infra in feſto btõrũ Petri & Pauli apoſtolorũ ℣. In oẽm L. i

Inſtitutio ſolennitatis hodiernę: à ſenioribus noſtris: cathedrę nomen accepit: ideo quod primus apoſtolorũ Petrus hodie epatus ſedẽ ſuſcepiſſe refertur. Poſt paſsionẽ enim dñi noſtri Ieſu Chriſti Antiochẽi vidẽtes Petrũ quotidie ſtu

penda facere miracula: fabricauerunt eccleſiam glorioſam: in cuius medio cathedram excelſam locauerunt: & Petrū vt ab oībus audiri & videri poſsit exaltauerunt. In qua ſeptem annis fœliciter præſidit: poſtmodū vero in Romana ſedit cathedra vigintiquinq; annis. Tu autem. Lectio ij.

De primo itaq; honore ſuo eccleſia agit ſuum feſtum: quia tunc primum prælati eccleſiæ ceperunt loco poteſtate & noīe ſublimari. Tunc ergo impletū eſt illud qđ dicitur in pſalmo. Exaltent eum in eccleſia plebis & in cathedra ſeniorū laudent eum Tu autem domine. Lectio iij.

Hæc etiam feſtiuitas ex deo decoratur: quoniā corona clericorum: hic primo ſumpſit initiū. Nā dum Petrus quādoq; Antiochiæ prædicaret in cōtumeliam nominis Chriſtiani ſummitatē capitis eius abraſerunt. Quod quidem poſtmodum toti clero ceſsit in honorem. Tu autem. Lect. iiij.

Recte ergo eccleſia natalem ſedis eius colit quam Apoſtolus pro ſalute eius ſuſcepit: dicēte domino. Tu es Petrus: & ſuper hāc Petrā ædificabo eccleſiā meā. Petrū itaq; dn̄s fundamentum eccleſię nominauit: & ideo digne hoc fundamentū eccleſia colit: ſupra quod eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit. Quod natalis ergo cathedrę hodie colitur: ſacerdotale honoratur officium. Lectio v.

Fœlix Antiochia & ā Chriſto viſitata quæ principē apoſtolorū ſuſcepit in cathedra. Olim nāq; in tenebris obfuſcata & dęmonum cultura teterrima:

rima: apoſtoli eſt illuſtrata aduentu: & ab idolis curata: atq; cœleſtis medici vnguento ſanata. Dignum itaq; eſt vt eius cui ad paſcendum dñicę commendatę ſunt oues: à nobis annua recolatur ſedes. Lectio vi.

Caput noſtrum Chriſtus eſt. Ipſe nimirũ in capite mundi: Petri cathedrã poſuit: cuius fidem præ cæteris ardentiorem inuenit. Accepit ligandi ſoluendiq; ptãtẽ: q inuenit latentẽ in perſona hoĩs: dñi maieſtatẽ. Interrogat dñs qd de eo vulgi eſtimaret opinio. At ille rñdit nõ quod fuerat interrogatus: ſed quod deſuper qđ fuerat inſpiratum. Tu es inquit Chriſtus filius dei viui. Tu. Homel. Venit Ieſus in partes Cæſareę. Quære infra in alio feſto vt dictum eſt. Ad lau. añ. Petre amas me. Quære ibidem cũ cæteris añ. Ad vi. Capitulum.

BEnedictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti qui ſcđm magnã miſericordiã ſuam regenerauit nos in ſpem viuã: per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti ex mortuis in hæreditatẽ incorruptibilẽ & incõtaminatã & immarceſsibilẽ cõſeruatã in cœlis: in vobis qui in virtute dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſsimo: in quo exultabatis. Ad vi. Cap. 1. Pet. 1

MOdicum ſi nũc oportet cõtriſtari in varijs tẽtationib⁹ fidei veſtræ multo precioſior ſit auro qđ per ignẽ ꝓbatur: inueniatur in laudẽ & gloriam & honorem: in reuelatione Ieſu Chriſti domini noſtri. D. Ad ſecundas veſperas añ. Iurauit dñs. Pſal. Dixit do. Sicut de apoſtolis. 1. Pet. cap. 1.

Cap̄. Petrus apoſtolus Ieſu Chriſti. vt ſup. ℟. Pe-
tre amas me? Hym. Iam bone pa. ℣. In oēm ter.
Ad magnifi. añ. Quodcunq; ligaueris ſuper ter-
ram. Quære infra vt dictū eſt. ¶ In vigilia ſancti
Mathiæ apoſtoli Homelia. Hæc mando vobis.
Cap̄. Bn̄dictus deus & pater dn̄i noſtri Ieſu Chri-
ſti: ꝗ benedixit. Quære ī cōi. Ad primas veſp. añ.
88 Excelſus. Pſal. Laudate pueri. Cum cæteris añ. &
Pſal. vt in communi. Capitulum.

Actuū cap. 1



IN diebus illis. Exurgēs Petrus in medio fratrū dixit: viri fratres: oportet impleri ſcriptura quā prædixit ſpiritusſanctus per os Dauid de Iuda: qui fuit dux eorum qui comprehenderūt Ieſum: qui connumeratus erat in nobis: & ſortitus eſt ſortē miniſterij huius. ℟. Ecce vere Iſraelita in quo dolus non eſt inuentus: qui probatus & electus eſt ſacerdos factus. Iuxta ordinem Melchiſedech. ℣. Statuit ei dn̄s teſtamentū ſempiternū & dedit illi ſacerdotium magnum. Iuxta. Hym. Exultet cœlū. ℣. In omnem terram. Ad magnifi. añ. Ego mitto vos. Vt in communi. Oratio.

DEus qui beatū Mathiam apoſtolorū tuorū collegio ſociaſti: tribue q̄s: vt eius interuētione: tuæ circa nos pietatis ſemper viſcera ſentiamus. Per. ¶ Eodem die Gerardi martyris añ. A ꝓgenie in ꝓgenies fecit miſericordiam dn̄s: qui eduxit Abrahā. De Hur Chaldęorū: & dę

vltimis

vltimis finibus terræ vocauit ſanctũ Gerardũ: vt in hac terra noſtra pegrin⁹ eſſet & aduena: & in illa vera cœleſti patria: ciuis ſctõrũ & domeſtic⁹ dei: vbi nobis datus à deo patronus iugiter intercedere dignetur pro hac ſancta plebe & vniuerſis fidelibus alleluia. ℟. Gloria & honor. Oratio.

DEus qui beatum Gerardũ pontificẽ Agone martyrij & ſtola immortalitatis coronaſti: concede propitius: vt cui⁹ ſolennitatẽ deuotis mentib⁹ celebram⁹ in terris: eius perpetua defenſione muniamur in cœlis. Per. Hiſtoria de communi. Lectio prima.

CVm præclara beati Mathiæ apoſtoli feſtiuitas: per anni curſus reuolutionem ſe repreſentat: maximę iucunditatis gaudia merito nobis multiplicat. Cur em̃ homo detrectat gaudere: cũ carnis ſuę portionẽ ꝑ miſericordiã mediatoris dei & hoĩum cognoſcat in cœlo collocari? Tu. Lectio ij.

In hac ſiquidem die: ſicut fidelis tradidit antiquitas: ſanctus apoſtolus Mathias carneę habitationis ergaſtulo ſolutus in cœleſtis regni aulam: lætantibus angelis fœliciter eſt ſuſceptus. Hodie iuxta vocem pſalmiſtæ: in pace factus eſt locus eius: & in Sion habitatio eius. Tu. Lectio iij.

Deniq̃: vt apoſtolicorũ actuum edocent ſcripta: poſtq̃ Iudas pœnam ſuis ſceleribus dignam ſeipm ſuſpẽdendo ſuſcepit: ne apoſtoli in vndenarij imperfectione velut decalogi tranſgreſſores remanerent: Barſabam & Mathiam eligẽtes in medio

Pp iiij ſtatue-

ſtatuerunt: atq; fuſa ad dominum prece: ſortes ſuper eos dederunt. Lectio iiii.

LEgimus etiam in veteri teſtamento Ionam prophetam: cum mallet fugere: q̃ Niniuę ſubuerſionem prædicare: ob maris tempeſtatis periculum ſortis agitatione deprehenſum. Quod licet diuina diſpenſatione ſperem⁹ contigiſſe: non tamen trahere conuenit in exemplũ qđ à vijs gentilib⁹ conſtat peractũ. Tu aũt dñe.

Lectio v.

Et quia ſaluator noſter non venit legem ſoluere ſed adimplere: apoſtoli nõ debuerãt ſubito à mãdato veteris legis diſcrepare: donec per orbem radiante lumine euãgelicę prædicationis paulatim euaneſceret vmbra vetuſtatis: vt ſicut magiſter ſua circunciſione ac legalibus hoſtijs ꝓ ſe deo patri oblatis: veteri legi ac circunciſioni finem impoſuit: ita diſcipuli hac in re antiquarũ ſortiũ inquiſitioni. Hinc eſt qđ poſt modũ ſeptẽ diaconi nequaq̃ ſorte ad opus miniſterij eliguntur ſed apoſtolorũ tantũ oratione pariter & manuũ impoſitione venerabiliter ordinantur. Lectio vi.

Mathias nanq; dei paru⁹ interpretatur. Cum videris paruum: non corporis quãtitatem: ſed morum attende qualitatem. Dei paruus intelligitur humilis & quietus. Vnde & dominus præcepit in euangelio dicens. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Et alibi. Sinite paruulos venire ad me: talium eſt enim regnum cœlorum.

Lectio

Digitized by Google

Lectio vij. Secundum Matthæum. Ga. II.



IN illo tempore. Reſpondēs Ieſus dixit. Confitebor tibi pater: domine cœli & terræ: quia abſcondiſti hæc â ſapientibus & prudendentib⁹: & reuelaſti ea paruulis. Et reliqua. Hom. Lectio. eiuſdem.

Exultauit Ieſus in ſpiritu ſancto: & dixit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: quia abſcondiſti hæc â ſapientibus & prudētibus & reuelaſti ea paruulis: Exultans in ſpiritu ſancto de ſalute humilium quibus loquebatur: gratias agit & exultat in patre: quod Apoſtolis aduentus ſui aperuit ſacramenta quæ ignorauerunt Scribæ & Phariſæi qui ſibi ſapientes videbantur: vnde ſupra. Iuſtificata eſt ſapientia â filijs ſuis. Tu autem. Lect. viij.

Confeſsio non ſemper pœnitentiam ſed aliquando gratiarum actionem ſignificat. In hoc quod ait pater: oſtendit ſe gentium â Deo non creatum vt hæretici dicunt: in hoc quod dicit domine: creatorem cœli & terræ. Pulchre ſapientibus & prudentibus: non inſipientes & hebetes: ſed paruulos: ideſt humiles oppoſuit: vt probaret ſe tumorem damnare non acumen ſcientiæ. Lect. nona.

Humilitas enim eſt clauis ſcientiæ de qua alibi dicit. Tuliſtis clauem ſcientiæ: hoc eſt humilitatē fidei Chriſti: quam ad diuinitatis eius agnitionem peruenire poteratis. Etiam pater: quia ſic fuit placitum ante te: ſenſus eſt. Certe pater hoc feciſti:

Digitized by Google

quia ſic placuit ante te: id eſt tibi in conſpectu
tuo. Laudes de communi. Ad ſextam Cap.

Act. 1. VIri fratres oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos domin⁹ Ieſus: incipiens â baptiſmate Ioannis vſq; in diē qua aſſumptus eſt à nobis teſtē reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Ad ix. Capitulum.

Act. 1. ET ſtatuerunt duos: Ioſeph qui vocabatur Barſabas: qui cognominatus eſt iuſtus: & Mathiam: & orantes dederunt ſortes eis: & cecidit ſors ſuper Mathiam: & annumeratus eſt cum
vndecim Apoſtolis. D. Ad ij. veſp. añ Iurauit domi-
87 nus. Pſal Dixit dominus. vt in cōmuni Cap. vt ſu.
℟ Fuerunt ſine querela. Hym Exultet cœ. ℣. In omnem ter. Ad magn. añ. Beati eritis. ¶ In feſto ſanctæ Valpurgæ. Oratio.

DEus qui inter innumera gratię tuæ dona etiam in ſexu fœmineo tua operaris magnalia: concede propitius: vt beatæ Valpurgę virginis tuę apud miſericordiam tuam patrocinia ſentiamus: eius non ſolum caſtitatis irradiamur exemplis: verumetiam miraculorū gloria iucundamur. ¶ In feſto ſanctarū Perpetuę & Fęlicitatis. Oratio.

DA nobis domine De⁹ noſter ſanctarū martyrum tuarum Perpetuæ & Fælicitatis palmas inceſſabili deuotione venerari: & earum ingiter ſupplicatione muniri. Per. ¶ De ſancto Thoma de Aquino Cap. Optaui & datus eſt. Hom. Vos eſtis ſal ter. Ora-

Digitized by Google

Oratio.



DEus qui Eccleſiam tuã
beati Thomæ Confeſ
ſoris tui mira erudi-
tione clarificas & ſancta ope-
ratioñe fœcũdas: da nobis q̃s:
& quæ docuit intellecta con
ſpicere: & quæ egit imitatio-
ne complere. Per. Alia omnia in cõi de vno Con-
feſſore non pontifice. ¶ In feſto ſancti Gregorij
Papæ & Confeſſoris ad veſp. añ. Sanctæ Gregori
Confeſſor Dei. Pſal. Laudate pueri. Cap. Ecce Sa- 88
cerdos magnus qui in vita. ℟. Vere fœlicem præ-
ſulem: vere fidei doctorẽ: quo petente panis Chri
ſti formam accepit digiti. Ad firmandam plebis
fidem: verſus incruentam carnem. ℣. A domino
factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris.
Ad. Hym. Iſte Confeſſor. ℣. Amauit eum. Ad ma-
gni. añ. Glorioſa ſanctiſsimi ſolennia Gregorij to
to corde catholica ſuſcipiat Eccleſia: cuius doctri
na aurea per mundi ſplendet climata: quam meri
tis & precibus Chriſto commendet: q̃s. Oratio.



DEus q̃ animę famuli tui
Gregorij ęternę beati-
tudinis p̃mia cõtuliſti:
concede propitius: vt qui pec
catorũ noſtrorũ pondere pre
mimur: eius apud te precibus
ſubleuemur. Per dominum.
Ad matutinas inuitatur. Ad Dominum vigiles
cuncti

quia ſic placuit ante te: id eſt tibi in conſpectu tuo. Laudes de communi. Ad ſextam Cap.

Act. I. VIri fratres oportet ergo ex his viris qui nobiſcum ſunt congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos domin⁹ Ieſus: incipiens â baptiſmate Ioannis vſq; in diē qua aſſumptus eſt à nobis teſtē reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Ad ix. Capitulum.

Act. I. ET ſtatuerunt duos: Ioſeph qui vocabatur Barſabas: qui cognominatus eſt iuſtus: & Mathiam: & orantes dederunt ſortes eis: & cecidit ſors ſuper Mathiam: & annumeratus eſt cum vndecim Apoſtolis. D. Ad ij. veſp. añ Iurauit domi
87 nus. Pſal Dixit dominus. vt in cōmuni Cap. vt ſu. ℟ Fuerunt ſine querela. Hym Exultet cœ. ℣. In omnem ter. Ad magn. añ. Beati eritis. ¶ In feſto ſanctæ Valpurgæ. Oratio.

DEus qui inter innumera gratię tuæ dona etiam in ſexu fœmineo tua operaris magnalia: concede propitius: vt beatæ Valpurgę virginis tuę apud miſericordiam tuam patrocinia ſentiamus: eius non ſolum caſtitatis irradiamur exemplis: verumetiam miraculorū gloria iucundamur. ¶ In feſto ſanctarū Perpetuę & Fęlicitatis. Oratio.

DA nobis domine De⁹ noſter ſanctarū martyrum tuarum Perpetuæ & Fælicitatis palmas inceſſabilī deuotione venerari: & earum iugiter ſupplicatione muniri. Per. ¶ De ſancto Thoma de Aquino Cap. Optaui & datus eſt. Hom. Vos eſtis ſal ter. Ora-

Digitized by Google

Oratio.



DEus qui Eccleſiam tuã beati Thomæ Confeſſoris tui mira eruditione clarificas & ſancta operatione fæcũdas: da nobis q̃s: & quæ docuit intellecta conſpicere: & quæ egit imitatione complere. Per. Alia omnia in cõi de vno Confeſſore non pontifice. ¶ In feſto ſancti Gregorij Papæ & Confeſſoris ad veſp. añ. Sanctæ Gregori Confeſſor Dei. Pſal. Laudate pueri. Cap. Ecce Sacerdos magnus qui in vita. ℟. Vere fælicem præſulem: vere fidei doctorẽ: quo petente panis Chriſti formam accepit digiti. Ad firmandam plebis fidem: verſus incruentam carnem. ℣. A domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. Ad. Hym. Iſte Confeſſor. ℣. Amauit eum. Ad magni. añ. Glorioſa ſanctiſsimi ſolennia Gregorij toto corde catholica ſuſcipiat Eccleſia: cuius doctrina aurea per mundi ſplendet climata: quam meritis & precibus Chriſto commendet: q̃s. Oratio. 88



DEus q̃ animę famuli tui Gregorij ęternę beatitudinis p̃mia cõtuliſti: concede propitius: vt qui peccatorũ noſtrorũ pondere premimur: eius apud te precibus ſubleuemur. Per dominum. Ad matutinas inuitatur. Ad Dominum vigiles cuncti

cuncti conuertite mentes. Gregorium vigilē cœli qui vexit ad arcem. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Gregorius ortus Romæ ex Senatorum ſanguine: fulſit mundo velut gemma auro ſuperaddita: dum
1 præclarior præclaris hic acceſsit atauis. Pſ. Beatus vir. Añ. Lineam ſui generis factis & dictis extulit: bibēs in pueritia quod ructuabat poſtea. Pſ.
1 Quare fremue. Añ. Adhærebat mortalibus ſeniorum relatibus: quos tenaci memoriæ non ceſſa-
2 bat committere. Pſal. Domine quid multiplica. ℟. Amauit eum. Lectio prima.

GRegorius vrbis Romæ Epiſcopus: patre Egordiano editus: non ſolum ſpectabili Senatorum proſapia: verumetiam religioſam originem duxit. Nam Fœlix eiuſdem Apoſtolicæ ſedis antiſtes vir magnæ in Chriſto & Eccleſia gloriæ eius atauus fuit. Hanc vero Gregorius tantæ nobilitatis lineam moribus extulit: probiſq; actibus decorauit. ℟. Fulgebat in venerando duplex decus Gregorio: Senatoria dignitas ſecundū genus ſeculi. Voluntaria paupertas iuxta præceptum domini. ℣. Beatus vir qui timet dominū: in mandatis eius cupit nimis. Voluntaria. Lc. ij.

Deniq; vt poſt in propatulo claruit: non ſine magno quodā præſagio tale ſortitus eſt nomen. Gregorius nanq; ex Græco eloquio in noſtram linguam vigilantius ſonat. Re etenim vera vigilauit ſibi: dum diuinis inhærendo præceptis laudabiliter vixit. Vigilauit & fideliū populis: dū doctrinæ affluentis ingenio: eis quo tramite ad cœleſtia ſcan-

Digitized by Google

ſcanderēt patefecit. Tu. ℟. Videns Romæ vir bea tus Anglorum forte pueros: bene inquit bene Angli: vultu nitent vt Angeli. Oportet illis monſtrari iter ſalutis æternę. ℣. Quoniam domini eſt regnum: & ipſe dominabitur gentium. Opor.

Lectio tertia.

Diſciplinis liberalibus à puero inſtitutus: cum oblectamenta lenocinantis ſæculi haud ſegniter reſpuiſſet dyndimis cœleſtis edulij eſtuans ſaginari cœpit curioſis auribus fluenta dominicæ propinationis die noctuq; haurire: quantoq; ardentior fuit in acquirendis ſpiritualibus: tanto feruentior in erogandis carnalibus: vt dum mente cœleſtia aſpexit: etiam corpore terræna deſpexit. Erogauit itaq; locuplex operibus indigentibus ſubſtantiam: parituram: & quæ fuit propria ſibi fecit alienam: Tu. ℟. Dum oraret in obſcuro ſeruus Dei latibulo: lux immenſa ſuper eum reſplēduit poſt triduū. Hoc ſigno cūctis proditus Papa vrbis efficitur. ℣. Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiā & gloriam dabit dominꝰ. Hoc. In iij. noct. an. Gregorius: vt creditur diuinitus ſic dicitur: qui ſibi & Eccleſiæ vigilauit catholicæ. Pſal. 2
Cum inuoca. Añ. Studijs liberalibus nulli ſecundus habitus: prætor Vrbanus extitit adoleſcens ſpectabilis. Pſa. Verba mea au. Añ. Hic ab adole- 2
ſcentia diuina fretus gratia anhelare non deſijt ad regnum vitæ perpetis. Pſ. Domine dominus no- 4
ſter. ℣. Iuſtum deduxit.

Lectio quarta.

Effectus

EFfectus iã miles Chriſti viſcera fregit in pauperes: vt egenum pro nobis factum Chriſtũ ipſe ſequeretur egens Quod autem eſurientibus reſiduum fuit fundatis monaſterijs & monachorũ aggregatis agminib⁹ cõtulit: & ipſe monaſticæ vitę colla ſubſternens (qui prius ſericis rutilante auro: gemmiſq; micantibus per plateas ſolebat incedere trabeatus) miniſtrabat pauper Chriſti pauperibus. Tu autem. ℞. Propter intolerabiles rerum curas mundanarum recuſabat præſulatum ſuſcipere Romanorum. Sed victus prœce populi ſuſcepit iugum domini. ℣. Nec fecit proximo ſuo malum & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos Sed. Lectio quinta.

Poſtquam autem beatus Gregorius ſedẽ ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſię annis tredecim: menſibus ſex diebus decem: doctrinis pariter & operib⁹ fælicisſimis illuſtrauit: anno Imperij foce ſecũdo: inditione ſeptima: quarto iduũ Martiarum: â carnis corruptione ſubtractus eſt in corruptionis perpetuæ gloria ſublimandus. ℞. Orante beatisſimo ad dominum Gregorio Sanata eſt plebs Romana à peſte inguinaria. ℣. Multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Sana.

Lectio ſexta.

Huius præterea venerabile corpus in extrema parte porticuum Baſilicæ beati Petri Apoſtoli (ante Secretarium tunc antiquisſimum quo videlicet Leo ſimplicius atq; Galerius & Symachus Apoſtolicæ ſedis Epiſcopi cum nonnullis alijs tumulati

mulati ſuis hactenus epytaphijs prædicantur)ſe-
pultū tali titulo decoratur. Suſcipe terra tuo cor-
pus de corpore ſumptū Reddere quod valeas vi-
uificante Deo. Spiritus aſtra petit: læti nil iura no
cebunt. Cui vitæ alterius mors magis ipſa via eſt.
Pontificis ſummi hoc clauduntur membra ſepul
chro. Qui innumeris ſemper viuit vbiq; bonis.
Tu autem domine. ℟. Vere fælicem præſulem.
vt ſup. in veſp. In tertio noct. añ. Sex ſtruxit in Si-
cilia vir clarus monaſteria: & infra vrbem ſepti- 7
mum in quo ſe fecit Monachum. Pſalm. Domi-
ne quis. Añ. His ſane monaſterij prædia large tri-
buit: reliqua tandem vēdidit: & egenis diſtribuit.
Pſalm Domine in virtute. Añ. Qui ſolebat in ſe- 12
ricis procedere induuijs: poſt in abiectis veſtibus
ſeruit pauper pauperibus. Pſal. Domini eſt terra. 15
℣. Non eſt inuen Homel. Homo quidam pere.
vel. Vos eſtis ſal ter. ℟. Sanctus Papa Gregorius
vir totus Apoſtolicus poſtquā præſedit cathedra
peruigil Apoſtolicæ. Carne ſolutus hodie adiuit
Regē gloriæ. ℣. Innocens manibus & mundo cor
de: qui non accepit in vano animam ſuam. Car.
℟. Hodie præclariſsimus Deo dignus Epiſcopus
& Angelorum Apoſtolis. â terrenis ſeparatus cō
ſunctus eſt cœleſtibus cū gloria Gregorius. ℣. Ec
ce vere Iſraelita in quo dolus non eſt. ℟. O paſtor
Apoſtolicę Gregori beatiſsime tuo poſce præca-
mine incrementū Eccleſiæ. Tuo rigāte dogmate
ac defeſſāte opere. ℣. Memor eſto cōgregatiōis ca
tholicę: & dextra dei plātatę vineę. Tuo. Ad la. añ.
Gre-

Digitized by Google

Gregorius vigilijs confectus & ieiunijs: & ſe ma-
9 cerabat corpore: & ſpe vigebat animæ. Pſal. Do-
minus regnauit. Añ. Lentis quidẽ ſed iugibus hic
eſtuabat febribus podagræ necnon ſincepis pulſa
batur incommodis. Añ. Cœleſti cinctus verbere
vir miræ innocẽtiæ præſumebat ſe diligi quo me
rebatur argui. Añ Biſſenos nummos Angelo hic
dedit quaſi naufrago hinc ſcutellam argenteam
quam ſibi vidit reliquam. Añ. Virginum tria milia
Romæ pauit ſub regula exceptis Dei famulis lõ-
ge vel prope poſitis: Cap. vt ſup. Hym. Ad ſacram.
℣. Os iuſti. Ad bñs añ. Chriſti fidelis famulus pru-
denſq; Gregorius poſtquam in ſuo tempore vi-
xit eius familiæ cœlo reddidit: animam terræ car
87 nis maceriem. Ad ſecund. veſp. añ. Gregorius. cũ
cæteris añ. Pſal. Dixit dominus. Confitebor. Bea-
tus vir. Credidi pro. In conuertendo. Cap. vt ſup.
℟. O Paſtor. Hym. Iſte confeſſ. ℣. Amauit eum
dominus. Ad mag. añ. O Gregori dulciſſimũ ſan-
cti ſpiritus organum: atq; virtutum ſpeculum po-
ſce nobis ſuffragium: vt hoc poſſim⁹ cõſequi quo
te gaudemus perfrui. ¶ In feſto ſancti Benedicti
Abbatis & Confeſſoris hiſtoria tota de ſimplici
Confeſſore: quære in communi. Vel ad veſp. añ.
Sanctiſſime Confeſſor domini Monachorum pa
88 ter: & dux Benedicte intercede pro noſtra om-
niumq; ſalute. Pſalm Laudate pue. Cap. Dilectus
Deo. ℟. Beatus Benedictus dum in hac terra eſſet
quo temporaliter libere vti potuiſſet. Iam quaſi
aridum mundum cum flore deſpexit. ℣. Relicta

domo

Digitized by Google

domo rebusq́ patris ſui ſoli Deo placere deſiderans ſanctæ conuerſationis habitum quæſiuit. Iſt.

Hym. Iſte Confeſſor. vel Hymnus.

IEſu corona celſior & veritas ſublimior qui confitenti ſeruulos reddis perenne præmium Da ſupplicanti cætui obtentu huius optimi: remiſſionem criminum: rumpendo nexũ vinculi. Anni recurſo tempore dies reluxit lumine: quo ſanctus hic de corpore polum migrauit præpotens. Hic vana terræ gaudia & lutulenta prædia: polluta cuncta deputans: ouans tenet cœleſtia. Te nũc Redemptor q̃s vt ipſius conſortio: iungas precantes ſeruulos in ſempiterna ſæcula Amen. ℣. Amauit eum. Ad magn añ. Aue pater glorioſe Monachorum gemma Benedicte: qui tantam gloriam permeruiſti in cœlis: q̃s magiſterio tuo adhærentes ne dimittas orphanos in terris. Oratio.



OMnipotẽs ſempiterne Deꝰ qui hodierna die carnis eductum ergaſtulo beatum Benedictum Confeſſorem tuum ſubleuaſti in cœlum: concede quæſumus: hæc feſta tuis ſamulis celebrãtibus cunctorum veniam delictorum: vt qui exultantibus animis eius claritati congaudent ipſo apud te intercedente conſocientur & meritis. Per dominũ. Ad matut. inuit. Confeſſorum Regem adoremus. Qui cœleſtis Regni meritum & gloriam cõceſsit ſancto ſuo Benedicto. Pſalm. Venite. In prima noct.

añ. Fuit vir vitæ venerabilis gratia Benedictus & nomine. Pſalm Beatus vir. Añ. Ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore cor gerens ſenile ætatem moribus tranſiens nulli animum dedit voluptati. Pſalmus. Quare frem. Añ. Dum in hac terra eſſet quo temporaliter libere vti potuiſſet: iam quaſi aridũ mundum cum flore deſpexit. Pſalm. Domine quid. ℣. Amauit eum dominus &.

Lectio prima ex Dialogo beati Gregorij Papæ.

FVit vir vitæ venerabilis gratia Benedictus & nomine ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore cor gerens ſenile. Aetatem quippe moribus tranſiens: nulli animum voluptati dedit. Sed dum in hac terra adhuc eſſet quo temporaliter libere vti potuiſſet: deſpexit iam quaſi aridum mundum cum flore ſuo. Qui liberiore genere ex prouincia Nurſiæ exortus Romæ liberalibus literarum ſtudijs traditus â parentibus fuerat. Sed dum in eis multos ire per abrupta viciorum cerneret: eũ quem quaſi in ingreſſu mundi poſuerat retraxit pedem: ne ſi quid de ſcientia eius attingeret: ipſe quoq; poſtmodum in immane præcipitium totus iret. ℟. Fuit vitę venerabilis: gratia Benedictus & nomine. Ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore cor gerẽs ſenile: ætatem quippe moribus tranſiens: nulli animum voluptati dedit. ℣. Dum in hac terra eſſet quo temporaliter liberę vti potuiſſet: iam quaſi aridum mundum cum flore ſuo deſpexit.

Lectio ſecunda.

DEſpectis itaq; literarum ſtudijs relicta domo rebuſq;

Digitized by Google

busq; patris ſoli Deo placere deſiderans ſanctæ conuerſationis habitum quæſiuit. Receſsit igitur ſcienter neſcius & ſapienter indoctus. Huius ego omnia geſta non didici: ſed pauca quæ narro quatuor diſcipulis illis referentibus agnoui Conſtantino ſcilicet reuerendiſsimo valde viro qui ei in regimine monaſterij ſucceſsit: Valentiniano quoq; qui annis multis Lateranenſi monaſterio præfuit: ſimplicio quoq; qui congregationē illius poſt eum tertius rexit: Honorato etiam qui nunc adhuc cellæ eius quo prius conuerſatus fuerat: p̄eſt. ℟. Beatus Benedictus cum iam relictis literarum ſtudijs petere deſerta decreuiſſet. Nutrix quæ hunc arctius amabat ſecuta eſt. ℣. Receſsit igitur ſcienter neſcius & ſapienter indoctus. Nu.

Lectio tertia.

Hic itaq; cum iam relictis literarum ſtudijs petere deſerta decreuiſſet: nutrix quæ hunc arctius amabat ſola ſecuta eſt. Cunq; ad locum veniſſent qui Ephide dicitur multisq; honeſtiorib⁹ viri charitate ſe illic detinentibus in beati Petri Apoſtoli Eccleſia demorarentur: prædicta nutrix illius ad purgandum triticum â vicinis mulieribus præſtari ſibi capiſterium petijt: quod ſupra menſam incaute derelictum: caſu accidente confractum eſt: ſicq; vt in duabus partibus inueniretur diuiſum. Quod mox vt rediens nutrix illius inuenit: vehementiſsime flere cœpit: quia vas quod præſtitum acceperat: fractum videbat. Tu autem domine. ℟. Beatus Benedictus dū in hac. vt ſu. in vi.

 ho

In ij. noct. añ. Nūc ſic prouincia exortus Romæ li
beralibus literarum ſtudijs traditus à parentibus
2 fuerat. Pſal Cum inuo. Añ. Relicta domo rebuſq;
patris ſoli Deo placere cupiens: ſanctæ conuerſa-
3 tionis habitum quæſiuit. Pſal. Verba mea. Añ. Re
ceſsit igitur ſcienter neſcius & ſapiēter indoctꝰ.
4 Pſal. Domine dominus noſter. ℣. Iuſtum deduxit
dominus.

Lectio quarta.

BEnedictus autem religioſus & puer pius: cū nutricem ſuam flere conſpiceret: eius dolori compaſſus: ablatiſq; ſecum vtriſq; fracti capiſterij partibus ſeſe cum lachrymis in orationē dedit. Qui ab oratione ſurgens ita iuxta ſe vas ſanum repperit: vt in eo fracturæ inueniri veſtigia nulla potuiſſent. Mox autem nutricem ſuā blande conſolatus ei ſanum capiſterium reddidit qđ fractum tulerat. Tu. ℟. Prædicta nutrix illius ad purgandum triticum à vicinis mulieribus capiſterium petijt. Quod cauſa accidente confractū eſt. ℣. Nutricis in auxilium grande fecit miraculum primum in partes diuiſum reiunxit capiſteriū. Quod.

Lectio v.

Benedictus igitur nutricem ſuā occulte fugiēs: deſerti loci ſeceſſum petijt: cui ſublacus vocabulum eſt qui à Romana vrbe. xl. fere milianbus diſtans perſpicuas emanat aquas. Tandem cū multis virtutibus claruiſſet: quando de hac vita erat exiturus obitus ſui fratribus denunciauit diem. Ante ſextum itaq; diem ſui exitus aperiri ſibi ſepulchrum iubet. Tu autem. ℟. Frater Maure cur

re

Digitized by Google

te velociter. Quia puer placidus iam mergitur in amnem. ℣. Benedictus Dei famulus cum hoc pro tinus agnouiſſet Maurum vocauit dicens: curre velociter. Quia. Lectio ſexta.

Qui mox febribus correptus: cum per ſingulos dies languor ingraueſceret: ſexta die in oratoriũ ſe portari fecit: ibiq́ exitum ſuum dominici cor poris & ſanguinis preceptione muniuit: atq́ inter diſcipulorum manus imbecillia membra ſuſten- tans: erectis in cœlum oculis vltimum ſpiritum inter verba orationis efflauit circa annum domi- ni quingenteſimum decimumoctauum. Tu. ℟. Quidã ruſticus defuncti corpus filij in vlnis ferẽs orbitatus luctu eſtuans ad monaſterium venit Be nedictum fratrem quęſiuit: quem mox vt aſpexit clamare cœpit. Redde filium meum redde filium meum. ℣. Vir autem Dei in hac voce ſubſiſtit di cens nunquid filium tuum abſtuli? cui illi reſpõ- dit dicens. Red. In iij. noctur. añ. Hic itaq́ cum iã relictis literarũ ſtudijs petere deſertam decreuiſ-
ſet nutrix quæ hunc artius amabat ſecuta eſt. Pſ. 7
Dominus quis ha. Añ. Prædicta nutrix illi⁹ ad pur gandum triticum â vicinis mulieribus præſtari ſi bi capiſterium petijt quod caſu accidente fractũ
eſt. Pſalm. Domine in vir. Añ. Nutricis in auxiliũ 12
grande fecit miraculum primum in partes diui-
ſum reiunxit capiſterium. Pſal. Domini eſt ter. 15
℣. Non eſt inuentus. Hom. Ecce nos reliquimus omnia. quære in commemoratione beati Pauli in æſtate ℟. Domine non aſpicias peccata mea: ſed fidem huius hominis qui rogat reſuſcitari fi-

Digitized by Google

liũ ſuũ & redde in hoc corpuſculum animã quã abſtuliſti: & completa oratione reuixit. Et ſanum reddidit patri ſuo. ℣. Cuius manum cum tenuiſſet concuſsione mirifica tremendo palpitare cœpit. Fr. ℟. Ante ſextum vero exitus ſui diem aperiri ſibi ſepulchrum iubet. Qui mox correptus febribus acri cœpit dolore fatigari vſq; ad mortem. ℣. Cumq; per dies aliquot languor ingraueſceret ſexto die portari ſe in oratorium â diſcipulis fecit. Qui. ℟. Sanctiſsime confeſſor domini Benedicte Monachorum pater & dux. Intercede pro noſtra omniumq; ſalute. ℣. Deuotę plebi ſubueni ſancta interceſsione: vt tuis adiuta precibus regna cœleſtia couſequatur. Inter. Ad laud. añ. Non aſpicias peccata mea domine ſed fidem hominis iſtius qui reſuſcitari filium ſuum rogat & redde in hoc corpuſculum animam quã abſtuliſti. Pſa.
69 Dominus regnauit. Añ. Orauit ſanctus Benedict⁹ domine non aſpicias peccata mea: ſed fidem huius hominis qui rogat reſuſcitari filium ſuum: & ſub oculis omnium viuentem puerum reddidit patri ſuo Añ. Vix obtinui apud Deũ omnipotentem: vt ex hoc loco mihi animæ crederentur. añ. Intempeſtę noctis hora dũ cũcta ſunt ſubſilentio quaſi ſub ſolis radio totum mundum conſpexit. Añ. Inito conſilio venenum vino miſcuere: quo oblato ſignauit ſicq; confractũ eſt ac ſi pro ſigno lapidem dediſſet. Cap. vt ſu. Hy. Ad ſacrũ. vel Hy.

TE Chriſte Rex piĳſsime hic confitendo iugiter ca'cauit hoſtem fortiter ſuperbum ac

fatel-

ſatellitem. Virtute clarus & fide confeſsionis ordine ieiuna mēbra deferens dapes ſupernas obtinet. Plus currit in certamine Confeſſor iſte ſuſtinens: quam martyr ictum ſufferens mucrone fundens ſanguinem. Proinde te piiſsime precamur omnes ſupplices: vt huius almi gratia nobis remittas debita. Te nunc Redemptor quæſum⁹ vt ipſius conſortio iungas precantes ſeruulos in ſempiterna ſæcula. Amen. ℣. Os iuſti. Ad bñs. añ. Pater ſanctus dum intentam oculorum aciem in ſplendore coruſcę lucis habere videretur: vidit Germani animā Capuani epiſcopi in ſpera ignea ab Angelis in cœlum deferri. Ad ij. veſpe. añ. Non aſpicias. Pſal. Dixit dominus. Confitebor. Beatus 87
vir. Credidi. In conuertendo. Capit. vt ſup. ℟. San- 104
ctiſsime Confeſſor. Hym Iſte Confeſſor. vel Hy. in primis veſp. habitus. ℣. Amauit eum. Ad mag. añ. Hodie ſanctus Benedictus per viā orientis tramite videntibus diſcipulis cœlos aſcendit: hodie erectis in cœlum manibus inter verba orationis migrauit hodie ab Angelis in gloria ſuſceptus eſt. ¶ In annunciatione Beatæ Mariæ virginis. Aña. Gabriel Angelus locutus eſt Mariæ dicens: Aue gratia plena Dominus tecum: benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ven
tris tui. Pſalmus. Laudate pueri domin. Capit. 88
Hæc dicit dominus Deus. Egredietur virga de radice Ieſſe. Quære infra poſt commune ſanctorum in horis beatæ virginis in Aduentu. ℟. Chriſti virgo dilectiſsima virtutum operatrix ma

 gnificam

Digitized by Google

gnificam opem fer miſeris. Subueni domina cla-
mantibus ad te iugiter. ℣. Quoniam peccatorum
mole premimur ſanctiſsima te deprecamur. Sub
Hym. Aue maris ſtel: quære in horis beata virg. cir
ca principium poſt cõe ſanctorum. ℣. Aue Maria.
Ad mag. añ. Ingreſſus Angelus ad Mariam ait: aue
Maria gratia plena dominus te. Oratio.



DEus qui de beatæ Ma-
riæ virginis vtero ver-
bum tuum Angelo an
nunciante carnem ſuſcipere
voluiſti: præſta ſupplicib⁹ tuis
vt qui vere eam Dei genetri-
cem credimus: eius apud te in
tercelsionibus adiuuemur: Per eundẽ dominũ.
2 Ad complet. Pſal. Cum inuocarem. Hym. Lux
mundi beatiſsi. Quære in horis beatæ virginis cir
ca principium. Cap. Ecce virgo cõcipiet ℣. Emit
te agnum domine, vel. Audi filia & vi. Ad nunc di
mit. añ. Dilectus meus miſit manum ſuam per fo
ramen & tetigit peſſulũ oſtij mei: & venter meus
intremuit ad tactum eius ſurrexi vt aperirem di-
lecto meo: at ille declinauerat atq; tranſierat. Ora
tio. Gratiam tuam quæſumus. vt in horis beatæ
virg. in aduentu. Alia. Deus qui illumi. Ad matut.
inuit. Aue Maria gratia plena Dominus tecum
benedicta tu in mulieribus. Pſalm. Venite ex. In
i. noctur. añ. Miſſus eſt Gabriel Angelus â Deo in
ciuitatem Nazareth: ad virginem deſponſatã viro
4 cui nomen erat Ioſeph. Pſa. Domine dñs noſt. añ.
Ingreſ-

Digitized by Google

Ingreſſus angelus ad Mariam ait: aue gratia plena
dñs tecũ. Pſal. Cœli enar. Añ. Maria turbata eſt 11
in ſermone angeli: & cogitabat qualis eſſet iſta
ſalutatio. Pſal. Dñi eſt ter. ℣. Egredietur virga. 15
Lectio i. ex homel. venerabilis Bedæ presbyteri
ſuper euangeli. Miſſus eſt angelus Gabri.

VEre beata Maria inter mulieres benedicta eſt quæ ſine exemplo muliebris conditionis cum decore virginitatis gauiſa eſt honore parentis: quodq́; virginem matrem decebat dei filium ꝓcreauit. Quæ poſtq̃ morem humanæ fragilitatis & viſione angelica & inſolita eſt ſalutatione turbata: mox idem angelus eam repetito ſermone ne timeat hortatur. Quodq́; maxime timorem repellere conſueuit: quaſi bene cognitã ac domeſticam proprio eam nomine vocat: & quare gratia plena dixerit diligenter edocet. Ne timeas inquit Maria inueniſti enim gratiã apud deum. Ecce concipies in vtero & paries filium & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus & filius altiſsimi vocabitur. Tu. ℟. Ingreſſus angelus ad Mariam ait. Aue Maria gratia plena: dominus tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Lectio ij.

Notandus ſolerter ordo verborum & tãto arcti⁹ eſt cordi inſerendus: quanto maniſeſte patet: q̄a in his tota redemptionis noſtræ ſumma conſiſtit. Nam maniſeſtiſsime dñm Ieſum: id eſt ſaluatorem noſtrum & verum dei patris & verum hõis matris filium prædicant. Ecce inquit concipies

Digitized by Google

in vtero & paries filium. Agnoſce verum hūc hominem veram de carne virginis aſſumpſiſſe ſubſtantiam carnis. Tu. ℟. Benedicta tu in mulieribus. Et benedictus fructus vētris tui. ℣. Aue Maria gratia plena dominus tecum. Et. Lectio iij.

Hic erit magnus & filius altiſsimi vocabitur. Cōfitere eundem etiam deum verum de deo vero: & æterno patri filium ſemper eſſe coæternū Qđ aūt futuro tpe dicitur hic erit magn⁹ & filius altiſsimi vocabitur: nemo ita intelligendum putet: qđ dñs Chriſt⁹ ante partū virginis nō fuerit: ſed ita hoc poti⁹ dictū intelligam⁹: qa potentiā diuinę maieſtatis q̄ dei filius æternaliter habuerit hanc idem homo natus ex tpe accepit: vt vna in duab⁹ naturis perſona eſſet mediatoris ac redemptoris noſtri. Tu. ℟. Maria vt audiuit turbata eſt in ſermone angeli. Et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. ℣. Quō fiet iſtud qm̄ virum non cognoſco angele dei? Et In ij. noct. añ. Rñdens angel⁹ dixit ad Mariā: ne timeas Maria inueniſti gratiā apud

31 dominum Pſal. Eructauit Añ. Ecce concipies & paries filium & vocabis nomen eius Ieſum hic

32 erit magnus & filius altiſsimi vocabitur. Pſalm. Deus noſter re. Añ Dabit illi deus ſedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum

64 & regni eius non erit finis. Pſalm. Fundamenta. ℣. Egredietur dominus de loco ſancto ſuo.

Lectio iiij.

Et dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris eius. Sedem Dauid regnum dicit Iſraeliticæ plebis

Digitized by Google

plebis quod ſuo tp̄e Dauid iubente pariter & iuuāte dn̄o fideli deuotione gubernauit. Dedit ergo dominus redemptori noſtro ſedem Dauid patris eius: qn̄ hunc de genere Dauid incarnari diſpoſuit: vt populū: quē Dauid temporali imperio rexit: ipſe gratia ſpirituali ad æternum proueheret regnum. De quo apoſtolus ait. Qui eruit nos de poteſtate tenebrarum: & tranſtulit in regnum charitatis ſuæ. ℟. Dixit angelus ad Mariam ne timeas Maria inueniſti gratiam apud dominum. ℣. Ecce concipies & paries filium: & vocabis nomen eius Ieſum. Inue. Lectio v.

Hinc eſt quod idē populus diuino ammonitꝰ inſtinctu: cū paſſurus ille Hieroſolymam ꝑperaret in eius laudem gaudens decantabat. Benedictus q̄ venit in noīe dn̄i rex Iſrael. Et iuxta aliū euangeliſtam. Benedictū quod venit regnū patris noſtri Dauid. Aderat enim tempus quo redemptor per eius ſanguinem mundi rex agnoſceretur nō ſolū domꝰ Dauid ſed & totiꝰ eccleſiꝗ: immo oim conditor & rector ſeculorū. Tu. ℟. Ecce concipies & paries filiū Et vocabitur nomē eius Ieſus. ℣. Hic erit magnus & filius altiſsimi vocabitur: & dabit illi dn̄s ſedem Dauid patris ſui. Et vocabitur

Lectio vi.

Vnde recte angelus poſtq̄ dixit: & dabit illi dominus ſedem Dauid patris eius: cōtinuo ſubiunxit. Et regnabit in domo Iacob in æternnm. Domum nanq̄ Iacob eccleſiā dicit vniuerſam: quꝗ per fidē & cōfeſsionem Chriſti ad patriarcharum ꝑtinet

ſortem:

ſortem: ſiue in his qui de patriarcharũ ſtirpe carnis originem duxerunt: ſeu in illis qui de aliis nationibus carnaliter editi ſpirituali lauacro ſunt in Chriſto renati. In qua videlicet domo regnabit in æternũ: & regni eius non erit finis. Tu. ℟. Dabit illis dñs deus ſedem Dauid patris eius. Et regnabit in domo Iacob in æternum. ℣. Et regni eius non erit finis. Et. In iij. noct. añ. Dixit autẽ Maria ad angelum: quõ fiet iſtud qm̃ virum non cognoſco? & rñdit angelus: ſpũs ſctũs ſuperueniet in te: & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Pſal.
73 Cantate. i. Añ. Ideoq́ & qđ naſcetur ex te ſctm̃
73 vocabitur filius dei. Pſal. Dominus reg. ex. Añ. Dixit autem Maria ad angelum ecce ancilla dñi:
73 fiat mihi ſcđm verbum tuum. Pſal. Cãtate. ij. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius. Homel. Miſſus eſt Gabriel angelus. Quære feria quarta in quatuor temporibus ante natiuitatem domini. ℟. Quomodo fiet iſtud? rñdens ait Maria q̃ virũ nõ cognoſco? angelus ad hæc. Spũſſanct⁹ ſuperueniet in te: & virt⁹ altiſsimi obumbrabit tibi. ℣. Ideoq́ & quod naſcetur ex te ſctm̃ vocabitur filius dei. Spi. ℟. Dixit autem Maria ad angelũ Ecce ancilla dñi fiat mihi ſecundum verbum tuum. ℣. Spiritusſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ecce. ℟. Poſuit Moyſes Biſſenas virgas de ſingulis tribubus filiorum Iſrael in tabernaculum teſtimonij. Gaudete fratres gaudete quoniam inter ipſas virga Aaron arida floruit fronduit: & nuces edidit. ℣. Scientes hoc

ſignum

Digitized by Google

ſignum in beatę virginis Mariæ partu fuiſſe completum. Gau. Te deum. Ad laud. añ. Angelus ergo dixit Mariæ : ecce concipies & paries filium cuius nomen erit Ieſus. Pſal. Dñs reg. Añ. Hic erit magnus: & filius altiſsimi vocabitur. Añ. Dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris ſui: & regnabit in æternum. Añ. Bñdicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui. Añ. Ecce ancilla dñi : fiat mihi ſecundum verbum tuum. Cap. Egredietur virga de radice Ieſſe. Quære vbi ſupra. Hymnus. Quem terra pon. ℣. Emitte agnũ. vel. Audi filia. Ad bñs añ. Beata es mater & virgo Maria quę credidiſti domino: perficientur in te quæ dicta ſunt tibi â domino. Oratio vt ſup. Ad i. Hy. Iam lucis. Maria mater gratiæ. Gloria tibi domine qui na. Añ. Angelus ergo. Pſal. Deus in nomine. Cum cæteris. Capitulum. Ecce virgo concipiet. ℟. Ieſu Chriſte. ℣. Qui natus es. ℣. Audi filia. Oratio. Gratiam tuam. Domine ſancte pater. Exultabunt. Ad iij. Añ. Hic erit mag. Pſalm. Legem pone. Cap. Hæc dicit dñs deus. Egredietur vir. ℟. Egredietur virga de radice Ieſſe. ℣. Et flos de radice eius aſcendet. ℣. Egredietur dñs de loco ſancto ſuo. Oratiões vt ſup. Ad vi. añ. Dabit illi do. Pſal. Defecit. Cap. Non ſecundum viſionem. quære infra in horis eiuſdem. ℟. Egredietur dñs. De loco ſctõ ſuo. ℣. Veniet & ſaluum faciet populum ſuum â peccatis eorum. ℣. Ex Sion ſpecies de. Orationes vt ſup. Ad ix. Añ. Ecce ancilla dñi. Pſal. Mirabilia teſti. Cap. Et percutiet

118 69 38 95 97 99

terram

terram vir. quære infra in horis eiuſdem. ℟. Ex
Sion ſpecies. Decoris eius. ℣. Deꝰ noſter mani-
feſte veniet ℟. Emitte agnum dñe dñatorẽ ter-
ræ. De petra deſerti ad montẽ filię Sion. Oratio-
87 nes vt ſup. Ad ij. veſp. añ. Angelus ergo. Pſal. Di-
88 xit dñs. Lau. pue. Lætatus. Niſi dñs. Lauda Hie-
102 ruſalem ? Cap. Hæc dicit dñs deus. Egredietur
103 virga. ℟. Poſuit Moyſes. Hymnus. Aue Maria.
114 ℣. Aue Maria gratia plena. Ad magnif. añ. Hæc
eſt dies quam fecit dñs hodie dñs afflictionẽ po-
puli ſui reſpexit & redemptionẽ miſit hodie mor
tem quã fœmina intulit fœmina fugauit: hodie
deus homo factus: id qđ fuit ꝑmanſit & quod nõ
erat aſſumpſit: ergo exordium noſtrę redẽptionis
deuote recolamus & exultemus dicentes: gloria
tibi dñe. Orationes vt ſup. Ad cõpleto. añ. Dilectꝰ
115 meus miſit. quære vt ſup. Canticũ. Nunc dimit.

¶ In feſto ſancti Ambroſij epiſcopi cap. Ecce ſacerdos magnus qui in vita. Oratio.



Deus qui Eccleſiã tuã beati Ambroſij cõfeſſoris tui atq; pontificis doctrinis & meritis illuſtrare dignatus es: concede propitius: vt cuius ſolennia colimus: etiam patrocinia ſentiamꝰ. Per. Hiſtoria de vno confeſſore. Si autẽ venerit tempore paſchali tunc ad primas veſperas aña. Pax vobis. Pſalmus. Laudate pueri. Cap. Omne gaudium. ℟. De ore pru. Quære infra de ſancto Marco. Hym. Vita

ſancto-

ſanctorum. ℣. Amauit eum dñs. Ad magnifi. añ. Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula.

Lectio prima.

POſito in admiratione præfecturę Galliarum Ambroſio patre natus eſt Ambroſius. Qui infans in arca prætorij in cuna poſitus cum dormiret ore aperto ſubito examen apum adueniens faciem eius atq; ora cõpleuit: ita vt ingrediendi in os egrediendiq; frequentarent vices. Quæ pater q̃ prope eũ cum matre vel filia deambulabat: ne abigerẽtur ab ancilla q̃ curã nutriendi infantẽ ſuſceperat (ſolicitu em̃ erat ne infanti nocerent) ꝓhibens: expectabat paterno affectu: quo fine illud miraculũ clauderetur. At illę poſt aliquamdiu euolantes: in tantã aeris altitudinẽ ſubleuatę ſunt: vt humanis oculis minime viderentur. Quo facto territus pater ait. Si vixerit infantulus iſte aliquid magni erit meriti. Tu. Lec. ij.

Sed poſtquam edoctus liberalibus diſciplinis ex vrbe egreſſus eſt ꝓfectusq; in adiutorium præfecturę prætorij: ita ſplendide cauſas perorauit: vt eligeretur à viro illuſtri ꝓbo tũc p̃fecto prætorij ad conſilium tribuendum. Lectio iij.

Poſt qđ cõſularitatis ſuſcepit inſignia vt regeret Liguriã Aemiliamq; ꝓuincias: venit Mediolanũ. Per hoc tempus mortuo Auxentio Arrianę perfidię ep̃o (qui Dionyſio beatę memorie confeſſore ad exilium deſtinato incubabat eccleſiã) cũ populus ad ſeditionẽ ſurgeret in petẽdo ep̃o: eſſetq; illi cura ſedãdę ſeditionis: ne ciuitas in periculũ ſui

ſui conuerteretur: perrexit ad eccleſiam: ibiq; cum alloqueretur plebem ſubito vox fertur infantis in populo ſonuiſſe Ambroſium epiſcopū.

Lectio iiij.

AD cuius vocis ſonitū totius populi ora conuerſa ſunt acclamantia Ambroſium epiſcopum ita vt qui ante turbulentiſſime deſiderabant: qui & Arriam & catholici ſibi epiſcopum cupiebant ſeparatis alterutris ordinari: repente in hunc vnum mirabili concordia conſenſerunt: miſſa relatione ad clementiſſimum imperatorē tunc Valentinianum: qui cum ſummo gaudio accepit quod iudices à ſe directi ad ſacerdotium peterentur. Lætabatur etiam probus p̄fectus: q̄a verbū eius impleretur in Ambroſio: dixerat em̄ proficiſcenti: cum mandata ab eodem darentur vt moris eſt. Vade age vt moris eſt: non vt iudex ſed vt epiſcopus. Tu autem. Lectio v.

Pendente itaq; relatione fugam parauit: atq; in poſſeſsione cuiuſdam Leoncij clariſsimi viri aliquamdiu latuit. ſed vbi relationi reſponſum eſt ab eodem Leoncio proditur. Præceptum enim erat vicario vt inſiſteret rebus perficiendis: qui iniūncta ſibi cum vellet implere: propoſito edicto conuenit omnes: vt ſi vellent ſibi conſulere rebuſq; ſuis proderent virum. Proditus itaq; & adductus Mediolanum: cū intelligeret circa ſe dei voluntatem: nec ſe diutius poſſe reſiſtere: poſtulauit ſe nō niſi à catholico epiſcopo baptizari. Sollicitā em̄ habebat perfidiā Arrianorū. Tu. Le. vi.

Baptiza-

Digitized by Google

Baptizatus itaq; fertur omnia eccleſiaſtica officia impleuiſſe: atque octauo die epiſcop⁹ eſt ordinatus ſumma gratia & lætitia cunctorum: Ipſe autem de ſua morte ante prædixit quod vſq; paſcha nobiſcum futurus eſſet quod quidem meruit dominum obſecrando: quo maturius liberaretur. Sed eodem tempore quo à nobis migrauit ad dominum: ab hora circiter vndecima diei vſque ad illam horam qua emiſit ſpiritum expanſis manibus in modum crucis orauit ad dominū. Tu autem domine. Homelia. Vos eſtis ſal terræ. Laudes de communi confeſſorum. Nota ſi venerit feſtum ſancti Ambroſij tempore paſchali tūc inuitat. Alleluia. Regem confeſſorum. &c. Aña. Triſtitia veſtra alleluia. Pſalm⁹. Beatus vir. Quare fremuerūt gen. Domine quid multi. ℣. Amauit eum dominus. cum. Alleluia. Homelia. Ego ſum vitis vera. Quære hic infra de ſancto Adalberto. ℟. Beatus vir qui metuit. Ego ſum vitis vera. De ore prudentis. Laud. Sancti tui domine. Cum cæteris quære infra ibidem. ¶ In feſto ſancti Leonis Papæ & confeſſoris. Oratio.

Exaudi domine preces noſtras: quas in ſancti Leonis confeſſoris tui atq; pontificis ſolennitate deferimus: & qui tibi digne meruit famulari eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis. Per. ¶ In feſto ſancti Tiburtij & Valeriani martyrum cap̄. Iuſtorū animæ. Tempore autem paſchali capitulū. Stabūt iuſti. Oratio.

 Præſta

In ſanctorum Tiburtij



PRæſta quæſumus omp̄s deus vt qui ſanctorū martyrū tuorū Tyburtij Valeriani & Maximi ſolennia colimus: eorum etiam virtutes imitemur. Per. Ad matut. inuit. Regem martyrū. Tpe paſchali. Alleluia. Regē martyrū. Pſalm⁹. Venite. Cætera quæ: infra. Lectio prima.

VAlerianus itaq; atq; Tyburtius frater eius cum per prædicationem beatę Ceciliæ credidiſſent in dn̄m: & à ſancto Papa Vrbano baptizati fuiſſent: & hoc ad noticiam Almachij præfecti perueniſſet iuſſi ſunt ambo fratres ſi ſacrificare nolent: pariter capitalem ſuſcipere ſententiam. Lectio ij.

Tunc glorioſi martyres vincti à Maximo Cornicularío ducebantur ad locum. Valerianus dixit ad Maximum. Quia dicis nihil tibi ſupereſſe niſi vt probes vera eſſe quę diximus in hora qua faciet nos dominus iſtam corporis tunicam deponere: aperiet oculos tuos: & faciet te videre cū quanta gloria illa vita ſuſcipitur. Lectio iij.

Cum ergo impetraſſet Maximus à carnificibus vnius diei inducias: duxit eos in domum ſuam. Ad quorū p̄dicationem & ipſe Maximus cū omī domo ſua & ipſi carnifices crediderunt.

Lectio iiij.

TVnc ſancta Cecilia venit ad eos nocte cum ſacerdotibus: & vniuerſi baptizati ſunt.

Igitur

Digitized by Google

Igitur cum aurora finem daret: Cecilia dixit. Eia milites Chriſti abijcite opera tenebrarum & induimini arma lucis. Lectio v.

Maximus iurando aſſerebat dicens. Vidi angelos dei fulgentes ſicut ſol in hora qua verberati ſunt cum gladio & egredientes animas eorum de corporib⁹ quaſi virgines de thalamo: quas in gremio ſuo ſuſcipientes angeli remigio alarum ſuarum ferebant ad cœlos. Tu autem. Lectio vi.

Iſta cum lachrymis narrante Maximo: plurimi crediderunt & ab idolis conuerſi ſuo ſe creatori reddiderūt. Igitur cum perueniſſet ad Almachiū quod Maximus cornicularius cum omnibus ſuis factus fuiſſet Chriſtianus: iuſsit eū tamdiu plumbatis tundi quamdiu ſpūm redderet. Quē ſctā Cecilia collegit: & iuxta Tyburtiū & Valerianū in nouo Sarcophago ſepeliuit. Tu Homel. Cum audieritis. Tempore aūt paſchali hom. Ego ſum vitis vera. ¶In feſto ſcti Adalberti martyris ad veſ. añ. O immarceſsibilis roſa paradiſi glorioſe martyr ſancte Adalberte qui victorioſiſsimū ſanguinem tuū effundens martyrij laurea coronari meruiſti nos humiles ſolennitatis tuæ feſta celebrantes tuo interuentu fons totius bonitatis deus ſuæ beatitudinis faciet eſſe conſortes alleluia alleluia.

Pſalmus. Laudate pueri. Capitulum. 88

Omne gaudium æſtimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis: ſcientes qđ ꝓbatio fidei veſtrę patiētiā opatur: patiētia aūt op⁹ pfectū habet: vt ſitis: pfecti & itegri Iaco. I.

Digitized by Google

in nullo deficientes. Deo. ℟. Exora dilecte dei Adalberte pro nobis miſeris. Vt qui ſumus pro culpis digni ſupplicio: per te iungi mereamur iuſtorum conſortio alleluia alleluia. ℣. Diſsimiles tibi moribus laudamus te vocibus: adiuua nos tuis precibus. Vt Hymnus.

VIta ſanctorum: decus angelorum: vita cunctorum pariter piorum: Chriſte qui mortis moriens miniſtrum exuperaſti.

Tu tuo lætos famulos tropheo nunc in his ſerua placidis diebus: in quibus ſanctum celebratur omnem paſcha per orbem. Paſcha quo victor rediens ab imo atque cum multis alijs reſurgens ipſe ſuſceptam ſuper alta carnem aſtra leuaſti. Nunc in excelſis dominus refulgẽs & ſupra cœlos deus eleuatus: inde venturus homo iudicatus denuo iudex. Corda tu ſurſum modo noſtra tolle: quo patris dextræ reſides in alto ne reſurgentes facias intima præcipitari. Hoc pater tecum hoc idem ſacratus præſtet amborũ pie ipſe flatus: cum quibus regnas deus vnus omni iugiter æuo. Amen. ℣. Ora pro nobis beate Adalberte alleluia. Vt digni efficiamur promiſsionibus Ieſu Chriſti alleluia. Ad magnif. añ. Magna vox laude ſonora te decet per om̃ia quo poli chorea gaudet aucta tali compare terra plaudit & reſultat digna tãto præſule: ô ſacer Adalberte martyr: vota noſtra ſuſcipe alleluia.

Oratio.

Omnipo-



OMnipotens ſempiterne deus qui hodierna die beatum Adalbertū martyrem tuum atque pontificem merito paſsiōis ſanctis tuis coequaſti: tribue q̄s: vt meritis ipſi⁹ per vitę eius exēpla gradiamur & ad æternam patriā ꝑuenire mereamur. Per. Completoriū de reſurrectione dn̄i Ad matut. inuit. Alleluia. Regem martyrū dn̄m. Venite adorem⁹ alleluia. Pſal. Venite. In i. noct. an̄. Triſtitia veſtra alleluia conuertetur in gaudiū alleluia. Pſal. Beatus vir. Quare fre. Dn̄e q̄d mul. I
℣. Gloria & ho. Lectio i. Secundum Ioannem.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ego cap.15.
ſum vitis vera: & pater meus agricola eſt. Oēm palmitem in me non ferentem fructum tollet eum & omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructū plus afferat. Et re. Hom. beati Auguſti. epi. Iſte locus euangelicus fratres vbi ſe dicit dn̄s vitem & diſcipulos ſuos palmites: ſcd'm hoc dicit qd' eſt caput eccleſiæ nosq́ȝ membra eius mediator dei & hoim: hō Chriſtus Ieſus. Vni⁹ q̄ppe naturę ſunt vitis & palmites: ꝓpter qd' cū eſſet deus cuius naturę nō ſum⁹: fact⁹ eſt hō: vt i illo eſſet vitis humana natura cuius & nos homines palmites eſſe poſſemus. Tu. ℟. Beat⁹ vir qui metuit dn̄m alleluia. In mandatis eius cupit nimis alleluia alleluia. alleluia. ℣. Potens in terra erit ſemen eius generatio rectorum benedicetur. In

Digitized by Google

Lectio ij.

Quid ergo eſt ego ſum vitis vera: Nunquid vt adde- vera: hoc ad eandem vitem retulit vnde iſta ſimilitudo translata eſt? Sic enim dicitur vitis per ſimilitudinem non per proprietatē quemadmodū dicitur ouis agnus: leo: petra lapis angularis: & cæ tera huiuſmodi quæ magis ipſa ſunt vera ex quibus ducuntur iſtę ſimilitudines non ꝓprietates. Sed cū dicit ego ſum vitis vera: ab illa ſe vtiq; diſcernit: cui dicitur. Quō cōuerſa es in amaritudinem vitis aliena? Nam quo pacto eſt vitis vera: quæ expectata eſt vt faceret vuas fecit autem ſpinas? Tu. ℟. Chriſti martyr Adalbertus cum ſub triumpho paſsionis emiſiſſet ſpm̄: mox vincula quibꝰ erat vinctus ſoluta ſunt. Et manus expandit in modum crucis alleluia alleluia. ℣. Mortē aūt q̄ ſitiebat amplexus cadens in terram. Lectio iij.

Ego ſum inquit vitis vera: & pater meus agricola eſt. Oēm palmitem in me nō ferentē fructū tollet eum: & oēm q̄ fert fructū purgabit eum vt fructū plus afferat. Nunq̄d vnū ſunt vitis & agricola? Secundū hoc ergo vitis Chriſtus: ſecundū qđ ait: pater maior me eſt. Scđm aūt id qđ ait: ego & pater vnū ſumus: & ipſe agricola eſt. Tu. ℟. Miles Chriſti glorioſe ſc̄tiſsime Adalberte. Tuo pio interuentu culpas noſtras ablue alleluia alleluia. ℣. Vt cœleſtis regni ſedē valeamꝰ ſcādere. Tuo. Ad lau. añ. Sancti tui dn̄e florebūt ſicut Liliū alleluia & ſicut odor Balſami erūt ante te alleluia. Pſalm. Dn̄s reg. ex. Añ. Sācti & iuſti ī dn̄o gaudete alle.

vos

vos elegit deus in hæreditatem ſibi alle. Añ. In velamento clamabunt ſancti tui dñe alle. alle. alle. Añ. Spirit⁹ & aiæ iuſtorum hymnũ dicite deo noſtro alleluia alleluia. Añ. In cœleſtibus regnis ſanctorũ habitatio eſt alleluia & in æternũ reqes eorũ alleluia. Cap̄. vt ſup. Hym. Tu tuo lætos famul. ℣. Iuſtus vt palma. Ad bñs añ. Vox læticiæ in tabernaculis iuſtorũ alleluia. Oratio vt ſup. Ad primam hym. Iam lucis or. Concluſio hymnorũ de ſanctis ſolum. Gloria tibi dñe qui ſur. á mor. añ. Sancti tui dñe. Pſal. Deus in nomine. Cum cæteris ca. Chriſtus reſur. ℟. Ieſu Chriſte. ℣. Qui ſurrexiſti. Oratio. Spiritũ nobis. Dñe ſancte pater. 38

Ad horas añæ de laudibus. Ad ſexta Cap̄.

CHariſsimi. Si quis veſtrum indiget ſapientia poſtulet á deo qui dat omnibus affluenter: & nõ improperat & dabitur ei: poſtulet aũt in fide nihil hæſitans q̃ aũt hæſitat ſimilis eſt fluctui maris qui á vento mouetur & circunfertur. D. Iacobi cap. 1

Ad nonam Cap̄.

BEatus vir qui ſuffert tentationem: q̃m cũ ꝓbatus fuerit accipiet coronã vitæ: quam reꝓmiſit deus diligentib⁹ ſe in Chriſto Ieſu dño noſtro. D. Ad ij. veſp. añ. Sancti tui dñe. Pſ. Beatus vir. Credidi ꝓpter. Ad dñm cũ tribularer. Ad te le. De ꝓfundis. Cap̄. Om̃e gaudium. ℟. Miles Chriſti. Hym. Vita ſanctorũ. ℣. Gloria & ho. Ad magn. añ. Gloria Chriſto dño qui beatũ Adalbertum Epiſcopum ſuæ paſsionis teſtem fecit de cuius meritis & miraculis benedict⁹ dñs alleluia. Iacobi cap. 1 88 90 101 104

 Oratio.

Digitized by Google

Oratio. Omnipotens ſempiterne deus. Vt ſupra. ¶In feſto ſancti Georgij martyris ad veſperas añ.
88 Pax vobis. Pſal. Laudate pue. Cap̃. Om̃e gaudiũ. vt ſup. ℟. Filię Hieruſalem venite & videte martyrem cum corona qua coronauit eũ dñs. In die ſolennitatis & lætitiæ alleluia alleluia. ℣. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum benedixit filijs tuis in te. In. Hymnus. Vita ſanctorum. ℣. Gloria & honore. Ad magnifi. añ. Athleta Chriſti ſancte Georgi ſuccurre nobis tuis famulis: votis oĩbus tua iuuamina implorantib⁹ allelu. Ora.



Deus qui nos beati Georgij martyris tui meritis & intercesſione lætificas concede propitius: vt qui eius beneficia poſcimus: dono tuę gratiæ cõſequamur. Per. Ad matut. inuit. Alleluia. Regẽ martyrũ. Ad noct. añ. Triſtitia veſtra Pſal. Beat⁹ vir. Quare fre. Dñe quid mul. ℣. Gloria & ho. Homelia. Ego ſum vitis vera. vt ſupra ℟. Beatus vir. vt ſupra ℟. Triſtitia veſtra alleluia. Conuertetur in gaudium alleluia alleluia. ℣. Mundus quidem gaudebit vos aũt contriſtabimini: ſed triſtitia veſtra. Cõ. ℟. Filię Hieruſalẽ. Vt ſup. ad lau. añ. Sancti tui dñe. vt ſupra Cap̃. Om̃e gaudium. Hymn⁹. Tu tuo lætos. ℣. Iuſtus vt pal. Ad bñ. añ. Vox lætitiæ. Vt ſup. Oratio vt ſup. ad horas diei oĩa vt heri p̃ter orationẽ ad ſcđas veſp. añ. Sancti tui dñe. vt ſup. pſal. vt heri. Cap̃. Om̃e gaudiũ.

Digitized by Google

℟. Ego ſum vitis vera & vos palmites Qui manet in me & ego in eo: hic fert fructum multum alle. all ℣. Manete in dilectione mea ſicut dilexi vos. Qui. Hym. Vita ſanctorum. ℣. Gloria & hon. Ad magn. Añ. Iſte ſanctus pro lege Dei ſui morti ſe tradidit & non dubitauit mori alle. Oratio. vt ſup.

¶ In feſto ſancti Marci ad veſp. Añ. Pax vobis. Pſ. Laudate pueri.

Capit. 88

FRatres. Vnicuiq; noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti: propter quod dicit aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. D. ℟. De ore prudentis procedit mel alleluia dulcedo mellis eſt lingua eius alle. alle. Fauus diſtillans labia eius alle. alle. ℣. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine: ſuper mel & fauum ori meo. Fa. Hymnus. Vita ſanctorum. ℣. In omnem ter. Ad ma. añ. Filiæ Hieruſalem venite & videte martyrem cum corona: qua coronauit eum dominus in die ſolennitatis & lætitiæ alleluia alleluia. Ep. 4.

Oratio.



DEus qui beatum Marcũ Euangeliſtam tuum Euangelicæ prædicationis gratia ſublimaſti tribue quæſumus eius nos ſemper & eruditione proficere: & oratione defendi. Per. Ad mat. inuit. Alle Regem Martyrum dominum. Venite adoremus alleluia. Pſ. Venite. Ad noct. Añ. Triſtitia veſtra. Pſalmus.

Digitized by Google

11 Cœli enar. Benedicam dominum. Eructauit. ℣. In
31 omnem ter. Hom. Ego ſum vi. vt ſup. ℟. Beatus
vir. vt ſup. ℟. In ſeruis ſuis alle. Conſolabitur deus
allē. ℣. Iudicabit dominus populum ſuum & in
ſeruis ſuis. Conſo. ℟. De ore prudentis. vt ſup. Ad
laud. añ. Sancti tui domine. cum cęteris. Cap. V-
nicuiq;. Hym. Tu tuo lætos. ℣. Annunciauerunt
opera. Ad bñs. Añ. Vox lęticiæ. Vt ſup. Oratio. vt
ſup. Ad ſextam Capitulum.

Eph. 4 QVod autem aſcendit quid eſt niſi quia deſcendit primum ad inferiores partes terræ? qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos vt adimpleret omnia. Ad nonam Capitulum.

Eph. 4 ET ipſe dedit quoſdã quidem Apoſtolos: quoſdam vero Prophetas alios vero Euangeliſtas: alios autem Paſtores & Doctores ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterij in ædificationem corporis Chriſti. Deo. Ad ij. veſp. añ.
87 Sancti tui domine. Pſal. Dixit dom. Laudate pue.
Credidi. In conuertendo. Domine proba. Cap. V-
cuiq;. ℟. De ore prudentis. Hym. Vita ſanctorũ.
℣. In omnem terram. Ad magn. añ. Beatus vir qui
inuentus eſt ſine macula alleluia: & operatus eſt
iuſtitiam: alle. Nota in feſtiuitatibus ſanctorum a
Paſcha vſq; ad Penthecoſten occurrentium ſi fue
88 rit vnus In primis vs. añ. Pax vobis Pſal. Laudate
pueri. Cap. Omne gaudium. ℟. Filię Hieruſalem.
vt ſup. Hym. Vita ſanctorum. ℣. Gloria & ho. Ad
magn. Añ. Filiæ Hieruſalem. vel. Beatus vir. vel. I-
ſte ſan-

Digitized by Google

ſte ſanctus. Orationem quære de die feſto. Ad ma tut. inuit. Alle. Regem martyrum. vt ſup. Pſa. Venite. Añ. Triſtitia veſtra. Pſa. Beatus vir. Quare fre mue. Domine quid multi. ℣. Gloria & hon. Hom. Ego ſum vitis vera. Et lectiones de quibus habe tur ℟. Beatus vir. ℟. Triſtitia veſtra. ℟. Filiæ Hieruſalem. Ad laud. añ. Sancti tui domine. vt ſup. cũ cæteris. Ad bñs añ. Vox lęticiæ. Si fuerint plures ad Veſp. Añ. Pax vobis ego. Pſalm. Laudate pue. 88

Cap. Stabunt iu. quære infra Philippi & Iacobi vel Omne gaudium. ℟. Ego ſum vitis vera. Vt ſup. in feſto Gregorij mart. Hymnus. Vita ſanctorum. ℣. Lætamini in domino. cum alleluia. Ad magn. añ. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis domine: & eter nitates temporum all. all. Orationes de die ipſorũ. Ad matut. inuit. Alleluia. Regem martyrum. Ad noct. Añ. Triſtitia veſtra. Pſal. Beatus vir. Quare fre. Cum inuo. ℣. Lætamini. Hom. Ego ſum vitis vera. Vt ſup. Et lectiones propriç ſi habentur. ℟. Precioſa in conſpectu domini alle. Mors ſanctorum eius. al. all. ℣. In conſpectu omnis populi eius in atrijs tuis Hieruſalem. Mors. ℟. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis domine alle. Et æternitas tem porum alle. alle. ℣. Iuſti autem in perpetuum viuent & apud dominum eſt merces eorum. Et. ℟. In ſeruis ſuis Quære ſup. Marci. Ad laud. Añ. Sancti tui domine. Vt ſup. cum cæteris. ¶ In feſto ſancti Vitalis marty. ad veſp. añ. Pax vobis. Pſalm. 88

Laudate pue. Capitulum. Omne gaudium.

Oratio.

Præſta

Digitized by Google

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: vt interce dente beato Vitale martyre tuo & â cun-ctis aduerſitatibus liberemur in corpore & à prauis cogitationibus mundemur in mente. Per. Cætera quære hic ſup. de vno mart. Lectio prima. De vita eius.

SAnctus Vitalis: Paulino militans conſulari: qui erat Iudex in Rauenna conſtitutus cū eodem Paulino Rauēnam ingreſſus eſt. Et cum videret in conſpectu iudicis ſui Chriſtianum nomine Vrſicinum arte medicum natione Ligurē: poſt nimia tormenta capitalem accepiſſe ſententiam: & venientem ad palmam expauiſſe velleq; male euadere: exclamauit Vitalis. Noli Vrſicine qui alios curare cōſueuiſti: te ipſum æternæ mortis iaculo vulnerare: & qui per paſsiones nimias veniſti ad palmam: coronam perdere â domino ſempiternam Audiens hæc Vrſicinus: vtrunq; genu in terram poſuit: & ſpiculatorē vt feriret hortatus eſt: agens pœnitentiā quod expauiſſet itaq; martyrium conſumauit. Tu autem. Lectio ij.

Tunc beatus Vitalis corpus eius rapuit: & intra Rauēnam vrbem ſepeliuit cū omni honore martyris debita explens: & ad iudicē vltra venire contempſit. Quapropter Paulinus cōſularis iuſsit eū leuari in eculeo: vt per tormēta eius conſenſu ad ſacrificandum idolis prouocaret. Cui Vitalis ait. Infinita tibi dominatur ſtultitia vt putes meipſum decipere: qui alios â deceptionis periculo ſtudui liberare. Tunc Paulinus ait ad miniſtros. Facite

foueam

ſoueam quouſq; perueniatis ad aquam & ibi cum ſupinum deponite: & terra atq; lapibus obrutum dimittite. Quod cum factū fuiſſet Deus ſibi Vitalem in martyrem conſecrauit. Tu. Cætera quere ſup. de vno mart. ¶ In feſto ſancti Petri marty.

Oratio.



PRæſta quæſumus omnipotens Deus vt beati Petri martyris tui fidē cōgrua deuotione ſectemur: qui pro eiuſdem fidei dilatatione palmam martyrij meruit obtinere. Per. Lectio prima.

BEatus Petrus nouus martyr de ordine prædicatorum fidei pugil egregius: de ciuitate Veroneſi extitit oriūdus. Hic tanquam lumen ſplendidum de fumo lilium candens de ſentibus: rubens roſa de ſpinis exoritur: dum de parentib9 per errorem excecatis lucidus predicator exurgit: & de ſauciatis mente corporeq; corruptis virginale decus procedit & de ſpinis æterno incendio deputatis inclytus martyr aſcendit. Le. ij.

Cum de ciuitate Cumana vbi fratrum ſui ordinis ibi immorantium prior erat Mediolanum pergeret pro exequenda inquiſitione contra hæreticos ſibi ad Apoſtolica ſede commiſſa: ſicut in publica prædicatione prædixerat: quidam ex credentibus hæreticorum prece & precio illorum inductus ſacrum caput eius gladio impetens: illū non diuertentem ſed ſe protinus hoſtiam exhibentem

bentem & dicentem: in manus tuas domine com
mendo ſpiritum meum: dimiſit occiſum. ¶ In fe
88 ſto beatorum Philippi & Iacobi Apoſtolorum añ.
Pax vobis. Pſal. Laudate pue. Capitulum.
STabunt iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos
ap. 5. qui ſe anguſtiauerunt: & qui abſtulerunt labo
res eorum. D. ℟. Candidi facti ſunt Nazarei
eius alle. ſplendorem Deo dederunt alle. Et ſicut
lac coagulati ſunt alle. all ✠. In omnem terram e-
xiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eo-
rum. Et: Hym. Vita ſanctorum ✠. In omnem ter-
ram. Ad magni. añ. Stabunt iuſti in magna con
ſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerunt & qui
abſtulerunt labores eorum: alleluia. Oratio.



DEus qui nos annua A-
poſtolorum tuorũ Phi
lippi & Iacobi ſolenni
tate lætificas: præſta quæſu-
mus: vt quorũ gaudemus mẽ
ritis inſtruamur exẽplis. Per.
Ad matut. inuit. Alla. Regem
martyrum dominum. Venite adoremus: allelu.
Pſa. Venite exulte. Ad noctur. añ. Triſtitia veſtra.
11 Vt ſup. Pſal: Cœli enarrant. Benedicam dominũ.
21 Eructauit ✠. In omnem terram.
31 Lectio prima. Secundum Ioannem.
Ca. 14. IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Non
turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum & in
me credite. In domo patris mei manſiones mul
tæ ſunt: Et reliqua.

Homo.

Digitized by Google

Homelia beati Auguſtini.

Erigenda nobis eſt fratres ad Deum maior intentio: vt verba ſancti Euangelij quę modo in noſtris auribus ſonuerunt: etiam mente capere vtcunq́ poſsimus. Ait enim dominus Ieſus Chriſtus. Non turbetur cor veſtrum: creditis in Deum & in me credite. Ne mortem tanquam homines timerēt: & ideo turbarentur: conſolatur eos etiam Deum ſe eſſe conteſtans: creditis inquit in Deum? & in me credite. Conſequens eſt enim: vt ſi in Deum creditis: etiam in me credere debeatis: quod non eſſet conſequens: ſi Chriſtus non eſſet Deus. Tu. ℟. Virtute magna reddebant Apoſtoli. Teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti domini noſtri: all. all. ℣. In omnem terram exiuit ſonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorum. Lectio ſecūda.

Sed quid eſt quod ſequitur: in domo patris mei manſiones multæ ſunt? niſi quia & ſibi metuebāt vnde audire debuerunt: non turbetur cor veſtrū. Quis enim eorum non metuit: cum Petro dictū eſſet fidentiori atq́ promptiori: non cantabit gallus donec ter neges me. Tanquam ergo eſſent ab illo perituri: merito turbabantur. Sed cum audierūt in domo patris mei māſiones multæ ſunt: ſi quominus dixiſſem vobis: quia vado parare vobis locum: â perturbatione recreantur: certi ac fidenter etiam poſt pericu'a tentationem ſe apud Deū cum Chriſto eſſe manſuros. Tu autem domine miſerere noſtri. ℟. Iſti ſunt agni nouelli qui annunciauerunt: alleluia. Modo venerunt ad fontē: reple-

repleti ſunt claritate. alle. alle. ℣. Amicti ſtolis albis: & palmæ in manibus eorum. Lectio iij.
Quia etſi alius eſt alio fortior: alius alio iuſtior: alius alio ſanctior: alius alio ſapientior: nullus tamen eorum alienabitur ab illa domo: vbi manſionem pro ſuo quiſq; accepturus eſt merito: vt quoniam Deus eſt charitas: per charitatē fiat: vt quod habent ſinguli commune ſit omnibus. Sic enim quiſq; etiam ipſe habet cum amat in altero: quod ipſe non habet. Non erit itaq; aliqua inuidia imparis claritatis: quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis. Tu. ℟. Candidi facti ſunt. vt ſup. in vs. Ad lau. aña Domine oſtende nobis patrem et ſufficit nobis alleluia: Philippe qui videt me videt
69 & patrem meum alle. Pſal. Dominus reg. Añ. Tanto tempore vobiſcū ſum & non cognouiſtis me? Philippe qui videt me: videt & patrem meum alleluia. Añ. Si cognouiſſetis me & patrem meum vtiq; cognouiſſetis: & ammodo cognoſcetis eum & vidiſtis eum alle. Añ. Philippe qui videt me allelu. videt & patrem meum alle. Añ. Si manſeritis in me & verba mea in vobis manſerint: quodcūq; petieritis fiet vobis all. Cap. Stabunt iuſti. vt ſup. Hym. Triſtes erant Apoſtoli. ℣. Annunciauerūt. Ad bñs añ. Non turbetur cor veſtrum neq; formidet creditis in Deum: & in me credite: in domo patris mei manſiones multæ ſunt: alleluia. Ad horas añæ de laud. Ad vi. Capitulum.
Sap. 5. Videtes turbabūtur timore horribili: & mirabuntur in ſubitatione inſperatę ſalutis: gementes

mẽtes præ anguſtia ſpiritus:dicentes intra ſe: pœnitentiam agentes:hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum:& in ſimilitudinem improperij.

Ad nonam Capitulum.

NOs inſenſati vitam illorum eſtimabamus inſaniam:& finem illorum ſine honore:ecce quomodo computaui ſunt inter filios Dei:& inter ſanctos ſors illorum eſt. Deo gratias. Ad ſecundas veſp. añ. Domine oſtende nobis patrem. Pſal. Dixit dominus. Laudate pue. Credidi. In conuerten. Domine proba. Cap. Stabunt iuſti. ℟. Candidi facti. Hymn. Vita ſanctorum. ℣. In omnem terram. Ad magn. añ. Iſti ſunt duæ oliuæ & duo candelabra lucentia ante Dominum: habent poteſtatem claudere cœlum nubibus:& aperire portas eius:quia linguæ eorum claues cœli factæ ſunt alle. Oratio vt ¶ In inuentione ſanctæ crucis ad primas veſp. añ. Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi: quod per crucem tuam redemiſti mundũ:all. Pſ. Laudate pue. per totum Cap.

Sap. 5.

87

88

88

FRatres:confido de vobis in domino Ieſu: qđ nihil aliud ſapiatis: qui autem conturbat vos portabit iudicium quicunq; eſt ille. Deo. ℟. Tuam crucem adoramus domine tuam glorioſam recolimus paſsionem. Miſerere nobis qui paſſus es probis alle. ℣. Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi: quia per crucem tuam redemiſti mundum.

Gal. 5.

Hymnus.

SAlue crux ſancta:ſalue mũdi gloria: vera ſpes noſtra:vera ferens gaudia ſignum ſalutis ſa-

ſus in periculis: Vitale lignum vitam portans omnium. Te adorandam: te crucem viuificam in te redempti dulce decus ſæculi ſemper laudam⁹: ſemper tibi canimus per lignum ſerui: per te lignum liberi. Originale crimen necans in cruce nos à priuatis Chriſte munda maculis: humanitatem miſeratus fragilem: per crucem ſanctam lapſis dona veniam. Protege: ſalua: benedic: ſanctifica: populum cunctum crucis per ſignaculũ morbos auerte corporis & animæ hoc contra ſignum nullum ſtet periculum. Sit Deo patri laus in cruce filij ſit coæqualis laus ſancto ſpiritui: ciuibus ſummis gaudium: ſit Angelis honor in mundo ſit crucis inuentio. vel. exaltatio. ✠ Adoram⁹ te Chriſte & benedicimus tibi alleluia. Quia per crucem tuam redimiſti mundum. Ad mag. añ. O crux glorioſa: o crux adoranda: o lignum precioſum & admirabile ſignum: per quod & diabolus eſt victus & mundus Chriſti ſanguine redemptus alle. ✠ Arbor amara nimis de ſede pia paradiſi illos eduxit: quos vita beata reduxit ad vitæ regnum: per te venerabile ſignum. Oratio.



DEus qui in præclara ſalutiferę crucis inuentione: paſsionis tuæ miracula ſuſcitaſti: concede vt Vitalis ligni precio: æternæ vitæ ſuffragia cõſequamur. Qui viuis. Eodem die añ. Precioſus martyr Chriſti Alexander per tota membra

punctim

pūctim transfixus eſt: Euentius & Theodolus de collati: quorum corpora venerabilis Seuerina cō uenientibus clericis ſepeliuit alleluia alle. ℣. Lætamini in. Oratio.

PRæſta quæſumus Omnipotens Deus: vt qui ſanctorum tuorum Alexandri Euentij & Theodoli natalicia colimus à cunctis malis imminentibus eorum interceſsionibus liberemur. Per dominum. Complet. de reſurrectione domini. Ad matut. inuit. Alleluia. Regem crucifixum dominum. Venite adoremus: Alleluia. Pſal. Venite. Ad noctur. añ. Ecce crucem Domini fugite partes aduerſæ: vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid. Alleluia. Pſalm Domine dominus noſter 4
Añ. Dulce lignum dulces clauos: dulce pondus ſuſtulit quæ digna fuit portare precium huius ſæculi. Alle. Pſal. Conſerua me domine. Añ. O crux be 8
nedicta: quia in te pependit Saluator mundi: & in te triumphauit Rex Angelorum. all. Pſal. Domine in vir. ℣. Adorauimus te Chriſte.

Lectio prima. Secundum Ioannem.

IN illo tempore. Erat homo ex Phariſæis Nicho Ca 3.
dem⁹ noīe: prīceps Iudęorū: hic venit ad Ieſum nocte & dixit ei. Rabbi: ſcimus quia à Deo veniſti magiſter. Nemo pōteſt hæc ſigna facere quę tū facis niſi fuerit Deus cum eo. Et reli. Homelia beati Hieronymi Presbyteri de eadē Lectione.

Cum diuerſis ſignis & miraculis diuinitatis ſuæ potentiam declararet dominus: & Saluator noſter: in oībus vbiq; locis ſiue in vrbibus: ſiue in caſtellis:

ſtellis: ſeu etiam vicis atq; in omni ſynagoga Iudæorum: venit ad eum quidam ex principibus Iudæorum nocte Nichodemus nomine vt in præſenti audiſtis Euangelica lectione: & dicit ei. Rabbi ſcimus quia â Deo veniſti magiſter. Nemo enim hæc ſigna facit quæ tu facis: niſi fuerit Deus cum eo. ℟. Dulce lignũ dulces clauos: dulce pondus ſuſtinuit. Quæ digna fuit portare precium huius ſæculi alle. ℣. Hoc ſignum crucis erit in cœlo cum dominus ad iudicandum venerit. Quæ.

Lectio ſecunda.

Multotiens enim Nichodemus deſiderabat venire ad dominũ Ieſum audire verba eius: particeps exiſtere fidelium eius: ſed Iudæos grauiter offendere metuebat: & iccirco non in die: ſed in nocte primo ad dominum venit quia tenebatur adhuc in noctis ignorantia: in infidelitate Iudæorũ. Necdum enim cordi eius Chriſtus ſol iuſtitiæ illuxerat: quia necdum lumen veritatis agnouerat. Tu autem. ℟. Hoc ſignum crucis erit in cœlo: cum dominus ad iudicandum venerit. Tunc manifeſta erunt abſcondita cordis veſtri alle. all. ℣. Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ: & cœperit iudicare ſæculũ per ignem. Tunc. Lect. tertia. Ex Homelia vene. Bædæ Presbyteri.

Reſpondit Ieſus & dixit ei. Amen amen dico tibi: niſi quis natus fuerit denuo: non poteſt videre regnum Dei: Quæ ſententia tanto apertius cunctis fidelibus lucet: quanto cõſtat quia ſine huius natiuitatis luce fideles eſſe nequeunt. Quis etenim

Digitized by Google

nim ſine lauacro regenerationis remiſsionē pec-
catorum conſequi & regnum valet intrare cœlo-
rum? Tu autem domine miſere. ℟. O crux bene-
dicta. Quæ ſola fuiſti digna portare Regem cœlo
rum? & hominum allel. ℣. Mihi autem abſit glo-
riari: niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. Quę. Te
deum. dicitur. Ad lau. añ. Helena Conſtantini ma
ter Hieroſolymam petijt: alle. Pſal. Dominus re.
Añ. Tunc præcepit eos omnes igne cremari: at il 7I
li timentes tradiderunt Iudam all. Añ. Cunq̄ aſcē
diſſet Iudas de lacu perrexit ad locū vbi iacebat
ſancta crux. all. Añ. Orabat Iudas Deus deus meꝰ
oſtende mihi lignum ſanctæ crucis all. Añ. Cum
oraſſet Iudas commotus eſt locus ille in quo ſan
cta crux iacebat alle. Capitulū. Confido de vobis.

Hymnus.

LIgnum crucis mirabile per orbem prænitet: in quo pependit innocens Chriſtus Redemptor omnium. Hæc arbor eſt ſublimior Cedris quas habet Libanus: quæ poma neſcit noxia: ſed ferre vitæ præmia. Tu Chriſte Rex pijſſime huius crucis ſignaculo: horis momentis omnibus munire nos non abnuas. Vt ore tibi cōſono & corde deuotiſsimo poſsimus omni tempore laudes referre debitas. Quæſumus auctor. Gloria tibi domine qui ſurre. vt ſup. Alias. Deo patri ſit gloria. ℣. Dicite in nationibus: alle. Quia. Ad bñs añ. Helena ſancta dixit ad Iudam: comple deſiderium meum & viue ſuper terram: vt oſtendas mihi qui dicitur Caluariæ locus vbi abſconditum

eſt precioſum lignum domini cum alle. Oratio.
vt ſup. Suf Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt al-
le. & non tanget illos tormentum mortis allelui.
in pace ſunt illa quæ poſſident alle. ℣. Lætamini
in domino. Oratio. vt ſup. Ad primam Hym. Iam
lucis. Añ. Helena Conſtan. Pſal. Deus in nomine.
Cap. Chriſtus reſurgens. ℟. Ieſu Chriſte. ℣. Qui
ſurre. Oratio. Spiritum nobis. Domine ſancte pa
95 ter. Ad tertiam añ. Tunc præcepit. Pſal. Legẽ po-
ne. Cap. Confido de vobis. vt ſup. ℟. Adoramus te
Chriſte & benedicimus tibi. Alle. All. ℣. Quia per
crucem tuam redemiſti mundum. ii. ℣. Hoc ſignũ
7 crucis. Ad vi. añ. Cunq;. Pſalm. Defecit in ſa.

Capitulum.

Gal. 5. FRatres ego autem ſi circuncifionẽ adhuc præ
dico quid adhuc perſecutionem patior? ergo
euacuatum eſt ſcandalum crucis: vtinam &
abſcindantur qui vos conturbant. Deo g. ℟. Hoc
ſignum crucis erit in cœlo. Alleluia. ℣. Cum do-
minus ad iudicandum venerit. Alleluia. ℣. Mihi
autem abſit gloria. Ad ix. Añ. Cum oraſſet. Pſalm.
99 Mirabilia teſtimo.

Capitulum

FRatres. Quicunq; volunt placere in carne: hi
Gal 6. cogunt vos circuncidi tantum vt crucis Chri
ſti perſecutionem non patiantur: neq; enim
qui circunciduntur legem cuſtodiunt ſed volunt
vos circuncidi: vt in carne veſtra glorientur: mi-
hi autem abſit gloriari: niſi in cruce domini no-
ſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifi-
xus eſt & ego mundo. Deo gratias. ℟. Mihi autẽ
abſit

abſit gloriari. All. alle. ℣. Niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. All. ℣. Dicite in nationibus. Oratio. vt ſu. In ij. vs. añ. Helena Conſt. Pſ. Credidi pr. Ad dñm. Eripe me Dñe cla. Voce mea. Cap. Cõfido de vobis. ℟. Per tuam crucem ſalua nos Chriſte Redemptor qui mortem noſtram moriendo deſtruxiſti. Et vitam reſurgendo reparaſti. alle. ℣. Miſerere noſtri Ieſu benigne q paſſus es clemẽter pro nobis. Et. Hym. Salue crux ſancta. ℣. Adoramus te Chriſte. Ad mag. añ. Super omnia ligna Cedrorum tu ſola excelſior: in qua vita mũdi pependit: in qua Chriſtus triumphauit: & mors mortem ſuperauit alle. Oratio. vt ſup. ¶ In feſto ſancti Floriani martyris. Oratio.

PRæſta quæſumus Omnipotens Deus: vt qui beati Floriani Martyris glorioſa merita veneramur: eius apud te meritis & precibus ſemper mutuamur. Per dominum. ¶ In feſto ſancti Ioannis Apoſtoli ante portam latinam ad veſp. añ. Pax vobis. Pſal. Laudate pue. Cap. Qui timet Deum Quære ſu. in alio feſto poſt natiuitatem domini. ℟. Vox tonitrui tui Deus in rota Ioannes eſt Euangeliſta: mundi ambitum prædicans lumẽ cœlicum qui triumphans Romæ. Lauit in vino ſtolam ſuam: & in ſanguine oliuę pallium ſuũ. alle. ℣. Victo Senatu cum Cæſare virgineo corpore tripudiat in igne. La. Hym. Vita ſanctorum. ℣. In omnem ter. Ad mag. añ. in feruentis olei dolium miſſus Ioannes Apoſtolus: diuina ſe protegente gratia illeſus exiuit alleluia. 88

Ioannis ante portam latinam.

Oratio.



DEus qui conſpicis quia nos
vndiq; mala noſtra pertur-
bant: præſta quæſumus: vt
beati Ioannis Apoſtoli tui interceſ
ſio glorioſa nos protegat Per domi
num. Ad matut. inuit. Alle. Regem
Apoſtolorum. vt ſup. noct. añ. Tri-
ſtitia veſtra all. vt ſup. Pſal. Cœli e-
11 nar. Benedicam dominum. Eructa. ℣. In omnem
21 ter. Home. In illo tempore dixit Ieſus Petro. Se-
quere me. Quære ſu. in alio feſto eius: vel alia. E-
go ſum vitis vera. Vt ſu. ℟. Iſte eſt Ioannes. ℟. Di
ligebat autem eum. Quære ibidem ℟. Vox toni-
trui. vt ſup. Lectio ij. Sermo Iſidori.

IOannes Apoſtolus & Euangeliſta: filius Zebe-
dæi: frater Iacobi: virgo eſt electus à Domino:
atq; inter cæteros magis dilectus. Qui etiam ſu
pra pectus magiſtri recumbens Euangelij ſui fluc
ta de ipſo ſacro dominici pectoris fonte potauit:
& quaſi vnus de Paradiſi fluminibus: verbi Dei gra
tiam in toto terrarum orbe diffudit. Tu autem.

Lectio tertia.

Hic anno ſexageſimo ſeptimo poſt paſsionē do
mini Saluatoris: ſub Traiano Principe lōgeuę ve
tuſtatis ſenio feſſus: cum diem tranſmigrationis
ſuæ imminere ſibi ſentiret: iuſsiſſe fertur effode
re ſibi ſepulchrum: atq; inde valedicens fratri-
bus: facta oratione viuens tumulum introiuit.
Deinde in eo tanquam in lecto requieuit. Ad lau.

aū.

Digitized by Google

añ. Sancti tui dñe. vt ſup. Cap̃. vt ſup. Hym. Triſtes erant apoſtoli. ℣. Annunciauerũt opa dei alleluia. Ad bñs añ. Iſte eſt Ioannes qui ſupra pect⁹ dñi in cœna recubuit: btũs apoſtolus cui reuelata ſunt ſecreta cœleſtia. Cap̃. ad horas quære ſup. in alio feſto ipſius. Ad ſcd'as veſp. añ. Sed tui domine. Pſal. Dixit dñs. Laudate puer. Credidi. In 87
conuertendo. Dñe ꝓbaſti. Ad magni. añ. Propter 88
inſuperabilem euangelizandi conſtantiam exilio 108
relegatus diuinæ viſionis & allocutionis meruit crebra conſolatione reuelari alleluia. De ſancto Staniſlao. cap̃. Omne gaudium. Homelia. Ego ſum vitis vera. Lectiones vide poſt feſtum ſancti Michaelis archangeli. ¶ In feſto ſancti Victoris martyris. Oratio.

Beati martyris tui Victoris ſolennia domine recenſentes: q̃s: vt eius precibus ab om̃ibus nos tribulationib⁹ ꝓpitiat⁹ abſoluas. Per do.

¶ In feſto ſancti Gordiani & Epimachi cap̃. Reddet deus mer. Tp̃e paſchali. Stabunt iu. Oratio.

DA quęſumus omp̃s deus: vt qui beatorum martyrũ tuorũ Gordiani & Epimachi ſolennia colim⁹: eorum apud te interceſsionibus adiuuemur. Per. Lectio i.

TEmporibus Iuliani impĳſsimi imperatoris diuulgati ſunt multi Chriſtiani. Cunq; hoc audiſſet impius Iulianus iracundia plenus iuſsit eos teneri: & in cuſtodiam publicã mitti. Erat aũt inter eos quidã Chriſtian⁹ noĩe Ianuari⁹ preſbyter ſenex. Poſt tertiũ vero diem impĳſsi-

mus Iulian⁹ imperator miſit & vocauit ad ſe Gordianum vicarium ſuum : iuſſitq; ei vt Ianuarium presbyterum ſua audientia interrogaret. Tu aūt.

Lectio ij.

Tunc Gordianus vicarius iuſſit ſibi ſicut preceperat illi rex Ianuarium presbyterum de carcere pn̄tari. Cui ita dixit. Quis vocaris: vel ex qua natione te oſtendis : fœliciſsime nobis orator edicito. Rn̄dit ſc̄tūs Ianuarius p̄sbyter & dixit. Siquidem ciuem diſcere vis : Antiochenus ſum : ſi vero natione: ex parentib⁹ Chriſtianis Chriſtianus ſum. Tu autem.

Lectio iij.

Cui Gordianus vicarius dixit. Quid nos multis verboſitatib⁹ fallere conaris ? Nūc ergo audi me: & elige tibi e duobus vnum rn̄ſum : aut ſacrifica dijs immortalibus & eſto amicus inuictiſsimi principis noſtri Iuliani aut certe ſuſcipe ſententiam nephandorum criminum. Tu.

Lectio iiij.

Reſpondit ſanctus Ianuarius presbiter: & dixit ad Gordianū. Si mihi conſenſeris: ego quidem meip̄m opto deo meo offerre ſacrificiū placationis : tā quicq̄d mihi promittis ꝓ peccatis meis dignus ſum recipe : verūtā vt dixi ꝓ peccatis meis nō ꝓ iuſticia. Rn̄dit Gordianus: & dixit ei. Si pro peccatis tuis omnia ſupplicia mereris : funde diꝭs libamina : vt ſic merearis a nobis expiratione ſaluari. Tu.

Lectio v.

Cui ſanct⁹ Ianuarius p̄sbyter dixit. Fili noli ꝑdere tempus tuum: ſed magis age pn̄iam pro corporib⁹ ſanctorū quos interfeciſti & baptizare vt

poſsis

poſsis inuenire requiem ſempiternam & igni æterno nõ cremari. Gordian⁹ vicari⁹ dixit. Et quõ ſecur⁹ ſum ſi hoc fecero q̃ euado tormẽta? Tu.

Lectio vi.

Rñdit ſctũs Ianuari⁹ pbyter & dixit ei. Ego tibi pmitto ĩ noĩe dñi mei Ieſu Chriſti: qḋ ſi toto corde credideris & baptizat⁹ fueris: oĩm criminum tuorũ delauabis ſordes: ita vt te immaculatũ dño Ieſu Chriſto offeras. Gordian⁹ vicarius dixit. Da mihi mẽſurã credẽdi. Sctũs Ianuari⁹ pſbyter dixit. Vt cõfitearis in noĩe patris & filij ſpũſſcti vnã deitatẽ: & pnĩam agẽs oñdas te peccaſſe. Tu. Homelia tempore paſchali. Ego ſum vitis vera.

In feſto ſancti Gẽgulfi martyris. Oratio.

DEus qui nos beati Gengulfi martyris tui cõcedis natalicio pfrui: eius nos tribuas pcibus adiuuari. In feſto ſanctorum Nerei & Archilei martyrũ capitulum. Iuſti in ppetuum. Tempore paſchali. Stabunt iuſti. Oratio.



SEmper nos dñe martyrũ tuorum Nerei & Archilei atq; Pancratij foueat quęſumus beata ſolennitas: & tuo dignos reddat obſequio.

Lectio prima.

Plantilla ſoror Clemẽtis conſulis: Nereum & Archileum pueros comparauit: poſtea autem à ſancto Petro verbum vitę audiẽs credidit & babtizata eſt cum filia ſua Domicilla: & cum iſtis ſanctis pueris duobus ſancto baptiſmate

Digitized by Google

mate conſecrata. Eodem anno beatus Petrus Apoſtolus: per martyrij coronã ad Chriſtũ propauit: & plantilla corpus terrenũ deſeruit. Tu aũt.

Lectio ij.

Domicilla vero filia eius cum Aurelianum illuſtrem haberet ſpõſum à ſanctis Nereo & Archileo didicit ſermonem quem ex ore apoſtoli didicerant: qa virgo quæ ꝓpter amorẽ dñi in virginitate permanſerit: Chriſtũ mereatur habere ſponſum: cum quo in æternis delitijs & glorijs perſeueret perpetuis. Tu

Lectio iij.

Audiens verba ſanctorum Domicilla concupiuit ſuæ virginitatis votum religionis velamento conſecrari. Tunc ſanctus Clemens Papa veniens ad Domicillam conſecrauit eam. Sed quia longum eſt per ordinẽ ſcribere quæ mala ſpõſus eius Aurelianus exercuit circa Domicillam furijs plen⁹: hunc articulum ad rerum exitum transferamus. Tu autem.

Lectio iiij.

IMpetrauit itaq; à Domiciano principe: vt ſi ſacrificare contẽneret: Pontianæ inſule ſubiret exiliũ: in quo exilio poſſe ſe arbitrabatur à propoſito perſeuerantiæ animum ſanctę virginis reuocare. Aurelianus autem ſponſus eius contemptus ab ea: fecit eam pro Chriſtianitatis titulo in Pontianam inſulam exilio relegari. Tu autem.

Lectio v.

Veniens aũt Aurelianus ad prædictam inſulã cepit ſanctorũ Nerei & Archilei animos attentare: putans ſe per ipſos animum virginis cõmouere.

Sancti

Digitized by Google

Sancti vero execrantes dona eius & magis Domicillę fidem coroborantes in deo: verberibus ab eo grauiſsimis attrectati ſunt atq; trancinam depoſiti: Memo Ruſo ſunt traditi conſulari. Tu aūt.

Lectio vi.

A quo cum eculeo & flammis compellerentur ad immolandum idolis: & dicerent ſe à beato Petro apoſtolo baptizatos: nulla ratione poſſe idolis immolare capite ceſi ſunt. Quorum corpora rapuit Auſpicius diſcipulus eorum: nutritor ſanctę Domicillę. Qui etiam nauiculę imponens aduexit & in prædio domicillæ: in Crypta Aretina: à muro vrbis miliario vno ſemis: iuxta ſepulchrum in quo ſepulta fuerat beata Petronella apoſtoli Petri filia. Tu. Homelia tēpore paſchali. Ego ſum vitis ve. ¶ In feſto ſancti Bonifacij martyris Cap. Nemo militans. Tēpore paſchali capitulum. Omne gaudium. Oratio.



DA queſumus omnipotens deus: vt qui beati Bonifacij martyris tui ſolennia colimus eius apud te patrocinia ſentiamus. Per.

Lectio i.

Paſsio beati Bonifacij martyris ſub Diocletiano & Maximiano apud Tharſum ciuitatem paſsi: ſed Romę in via quę latina nuncupatur ſepulti. Quæ cū eſſet pcurator rerū cuiuſdā nobilis matronę noīe Aglaen: & cū ea in ſtupro miſceretur: tandē vtriq; diuino nutu cōpuncti

puncti conſilium habuerunt vt ad requirendum corpora ſanctorum martyrum Bonifacius mitteretur: ſi quo modo ſeruientes atq; obſequentes eis per orationes eorū ſaluari mererentur. Le. ij.

Perueniens igitur poſt dies aliquot Tharſum ciuitatem: dixit ad eos qui cum eo erant Bonifacius. Viri euntes requirite nobis hoſpitium: ego autem ibo videre eos quos valde deſidero: martyres certantes. Lectio iij.

Feſtinans itaq; ad locum vidit beatiſsimos: alium ſuſpenſum per pedes igne ſuppoſito: alium in quatuor lignis extenſum & diutiſsime afflictum: alium vngulis exaratum: alium manibus abſciſſum: alium ſtipitem in collo habentem infixum & á terra eleuatum: & ſic per diuerſa ſupplicia martyria ab impio carnifice diſpoſita. Tu autē.

Lectio iiij.

CVm eminus feruens & ipſe amore Chriſti reſpiceret magnū deū ſanctorū martyrum clamare cœpit. Et accurrens conſedit pedibus eorum: deoſculans vincula ac dicens. Certate martyres Chriſti: calcate diabolū: ſuſtinete modicū ꝓ veritate. Prius quidē labor: ſed multa requies & ineffabilis poſtmodū ſatietas. Tu aūt.

Lectio v.

Aſpiciens autem Simplicianus Iudex: iuſsit eum applicari ad tribunal: eiq; dixit. Quis es tu? Sanctus Bonifacius dixit. Chriſtianus ſum: Bonifacius vocor. Tunc iratus Iudex iuſsit eum ſuſpēdi: & tādiu corp⁹ eius vngulis radi: donec oſſa eius appare-

apparerent: deinde calamos acutos ſub vngulis manuum eius affigi. Lectio vi.

Deinde iuſsit Iudex impijſsimus aperire os eius & plumbum bulliens infundi: & deinde iuſsit afferri ollam: & pice impleri atq; ſanctum martyrem verſum capite in bullientem picem mitti. Sed cum nihil leſus eſſet: iuſsit impius Iudex vt gladio caput eius abſcinderetur. Quo facto terræmotus magnus factus eſt: ita vt multi infideles virtutem Chriſti in martyres cernentes crederent. Tu. Homelia tempore paſchali. Ego ſum vitis vera. ¶ In feſto ſanctæ Potentianæ virginis Capitulum. De virginibus præceptum. Oratio.



Da q̄s ops deus: vt beatę potētianæ virginis tuæ ſolennia recenſentes: meritis ipſius protegamur & precib⁹. Per. Lectio prima.

Prudēs pater ſanctarū virginum Praxedis & Potentianę: cultor & ſuſceptor ſctōrum: ſumma ambitione fuit cultor mūdi: Chriſto ſemper ſeruire paratus in om̄ibus p̄ceptis dn̄i eruditus. Qui has duas filias ſuas cum omni caſtitate enutriuit: & nimio amore Chriſtianitatis oēm legē diuinā edocuit.

Lectio ſecunda.

Hic ſancto ſtudio eccleſiā ī domo ſua ſctificauit: vbi & titulum conſtituit qui appellatur in vico patricij. Poſtquam aūt ad dn̄m migrauit: hę duę filiæ in omni lege diuina eruditæ: ſine dolo in

amore Chriſti tenebant: in virginitatis flore glo-riantes: in vigilijs in ieiunijs & orationibus ꝑdu-rantes. Quæ omnem patris facultatē inter ſe di-uidentes cœperunt ome patrimonium erogare pauperibus. Lectio iij.

Rogauerūt aūt ꝑdictæ Chriſti famulę ſcđm Piū Romanę vrbis epiſcopū: vt in eo titulo quem pa ter earū dedicauerat: baptiſmi fontem conſecra re dignaretur. In puo loco beatiſsimus pius eps manu ſua fontē aſsignauit & conſtruxit. Famulę aūt Chriſti cōuocauerunt familiam ſuam: tam de vrbe q̄ poſſeſsionibus communibus & fecerunt diſcuſsionem & quoſcunq; inuenerunt Chriſtia-nos donauerūt vinculo ingenuitatis quos aūt in-uenerūt gentiles: applicauerunt ad credulitatem legis ſanctę Chriſtianę. Tu. Lectio iiij.

Ad diem aūt ſanctū paſchę baptizati ſunt ꝑ-miſcui ſex⁹ numero nonaginta ſex: in eo-dem titulo. Et cepit ibi eſſe conuentus: vt diebus ac noctibus gloria hymnorum nō ceſſaret in eodē titulo: & multitudo ex paganis ad credu-litatem conueniret: & baptizaretur cū omi gau-dio. Tu autem domine. Lectio v.

Facta autem ſuggeſtione Antonio imperatori de Chriſtianis: ꝓceptū eſt: vt qui Chriſtū colerent: ſufficeret eis in habitaculis ſuis viuere: & nulla cōiunctione cū alio populo ſe miſcerēt: neq; eme rēt q̄cq̄ neq; venderēt: neq; in turmis publice ha bitarēt. Et dū cuſtoditur hoc ꝓceptū ab vniuerſis Chriſtianis: prædictę famulę Chriſti deo dicatę: & in

Digitized by Google

& in virginitatis pio teſtimonio cõfirmate: in domo ſua in ſupradicto titulo: orationib⁹ & vigilijs cũ omĩ populo dei & ſpũſſcti amore inceſſanter die noctuq́ in laudib⁹ & hymnis ſufficiẽter exultabãt: & cũ eis btíſsimus Pius ep̃s quotidie gloriã & ſacrificia deo offerebat. Lectio vi.

Cõcludens aũt ſextũdecimũ ætatis annũ: virgo dñi Potẽtiana migrauit ad dñm Cuius venerabile corpus cũ omĩ diligẽtia conditum aromatibus poſitũ eſt iuxta patrẽ ſuũ pudentem in cimiterio Priſcillę: via ſallaria: vbi fiũt beneficia diuina orationib⁹ ſctitatis eius vſq́ in hodiernũ diem. Tu. Hom. Simile eſt re. ce. de. vir. ¶ In feſto ſcti Donationi & Rogationi martyrum. Oratio.

PReſta q̃ſumus ops deus: vt btõrũ martyrum tuorũ Donationi & Rogationi ſolẽnia recẽſentes: meritis ipſorũ ꝓtegamur & ꝓcibus. Per do. ¶ In feſto ſancti Vrbani Papæ cap̃. Beat⁹ vir qui in ſapientia. Oratio.



DA quæſumus omnipotens deus vt q beati Vrbani martyris tui atque pontificis ſolennia colimus eius apud te interceſsionibus adiuuẽmur. Per dñm. Hiſtoria de vno marty. L. i.

Almachius vrbis Romę ꝓfect⁹ cũ ſctõs dei Tyburtiũ & Valerianũ & Maximum per martyrĳ coronã præmiſiſſet ad dñm: miſit & tenuit ſanctũ Vrbanum vrbis Romę epiſcopũ cũ clero ſuo. Quibus ſibi pręſentatis

Almachius dixit cum furore. Iſte eſt Vrbanus ſa crilegus ſeductor hominum: quem Chriſtiani ſuum Papam commemorant. Tu autem Lect. ij.
Cui beatus epiſcopus reſpondit. Ego ſeduco homines: vt iam iniquitates reſpuant. Almachius dixit. Vere viã veritatis doces quia nec deos times: nec iuſsis imperatorũ obtemperas. Ad hæc ſctũs Papa reſpondit. Ego nec te timeo nec tuis obtẽpero præceptis fac quod facturus es. Scio enim dominum meum Ieſum Chriſtum cuius auxilio ſum gubernaturus & gubernator. Lectio iij.
Almachius iuſsit beatos martyres in terra extendi: vt fortiter cederentur. Cum autem diu fuiſſent fuſtigati: gratias deo referebant dicentes. Gloria tibi domine altiſsime rex qui nos feciſti dignos pro nominis tui amore Agonizare: fac nos quæſumus vſque ad Victoriæ palmam peruenire. Tu autem. Lectio iiij.
CVm hæc orarent beati martyres vnus ex diaconibus erectis ad cœlum oculis: emiſit ſpiritum. Sequenti die Almachius præcepit apparitorib⁹ vt ſanctiſsimũ Papã Vrbanuũ cũ clero ſuo ad tẽplũ Dianę duceret: qđ ſi ſacrificare nollẽt ꝓtinus capitalẽ ſententiã acciperẽt. L. v
Et miniſtri accipientes eos: duxerunt ad phanũ Dianæ: Sancti autem ibãt gaudentes & dicentes. Gratias tibi agimus dñe Ieſu Chriſte quia inuenti ſumus digni pro nomine tuo contumeliam pati. Et cũ ducti fuiſſent ad templũ Dianę coartabãtur ab eis vt idolis immolarẽt. Tũc ſancti ceperunt clama-

clamare & dicere. Vnus eſt deus creator omniū viſibilium & inuiſibilium: præter ipſum non eſt alius ipſi ſoli ſacrificamus. Tu. Lectio vi.

Ad hæc apparitores irati eduxerunt eos de templo. Tunc beatiſsimus Vrbanus extenſis manibꝰ erectis in cœlum oculis orauit ad dñm. Deinde ſancti oſculantes ſe inuicē: & munientes frōtes ſuas vexillo crucis Chriſti: flectentes genu ſua & gratias deo referētes decollati ſunt pro noīe domini noſtri Ieſu Chriſti: cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorū amen. Tu. Hom. Homo quidam nobilis. ¶ In feſto ſanctæ Petronillę virginis cap. Sapientia vincit. Oratio.



Concede quęſumus dñe fidelibus tuis: digne ſanctę virginis tuæ Petronillæ celebrare ſolennia vt qui eius fideliter hic appetunt auxilium: æternis effectibus apprehendant. Per. Lectio i.

Poſt paſsionem beati Petri apoſtoli: quoniā Petronilla filia eius nimis ſpecioſa erat venit ad eam Flaccꝰ comes cum militibꝰ ſuis: vt ſibi eam vxorem aſſumeret. Cui Petronilla ait. Ad inermem cum militibus armatis veniſti? ſi vxorem me habere vis: fac matronas & virgines honeſtas ad me poſt tres dies venire: cum ipſis veniam ad domum tuam. Tu autem domine mi.

Lectio ij.

Factum eſt autem vt trium dierū accepto ſpacio:

Digitized by Google

virgo ſancta ieiunijs & orationibus occuparetur habens ſecum ſanctam virginem Feliculam: collactaneam ſuam in dei timore perfectam. Tertio autem die veniens ad Petronillam ſanctus Nicomedis presbyter celebrauit myſteria Chriſti.

Lectio iij.

Virgo autem ſacratiſſima mox vt Chriſti ſacramentum accepit: reclinans ſe in lectulo emiſit ſpiritum. Factumq́ eſt vt omnis turba matronarũ & virginũ q̃ à Flacco erãt adductę exequias ſanctę virginis celebrarẽt. Flaccus aũt dixit ad Feliculã. Vnũ tibi è duobus elige: aut eſto vxor mea aut ſacrifica dijs. Tu autem. Lectio iiij.

Vi ſancta Felicula reſpondit. Nec ero vxor tua: quia Chriſto ſacrata ſum: nec immolabo idolis q͛a Chriſtiana ego ſum. Tũc Flaccus tradidit eã vicario & fecit eam in tenebroſo claudi cubiculo ſine cibo ꝑ ſeptem dies. Le. v.

Vxores aũt cuſtodum dicebant ad Feliculam. Quare vis mala morte mori? Accipe virum nobilem diuitem: iuuenẽ: elegantẽ: comitẽ & amicũ imꝑatoris. Audiens hęc Felicula nullũ ſermonis om̃ino reddebat reſpõſum niſi hoc. Virgo Chriſti ſum & prꝍter illũ nullũ om̃ino accipiã. Le. vi.

Poſt hæc leuata in eculeo clamabat dicens. Modo cepi amatorem meum Chriſtum: ĩ quo amor meus fixus eſt. Dicebant autem omnes ad eam: & ipſi qui torquebant eam. Nega te Chriſtianam eſſe & dimitteris. Felicula autem clamabat. Ego non nego amatorem meum. Poſt hoc depoſita

eſt

Digitized by Google

eſt & præcipitata eſt in cloacam. Sanctus aũt Nicomedes presbyter in ſpeculis poſitus occulte liberabat corp⁹: & ſeptimo miliario ab vrbe Roma ſepeliuit illud Homelia. Simile eſt regnum cœlorum decem vir. ¶ In feſto ſancti Nicomedis martyris. Oratio.

Adeſto dñe populo tuo vt beati Nicomedis martyris tui merita præclara ſuſcipiens ad impetrãdam miſericordiam tuam ſemper eius patrocinijs adiuuetur. Per. ¶ In feſto ſanctorum Marcelli: & Petri martyrum. Cap. Iuſti in perpetuum. Oratio.



Deus q̃ nos annua beatorũ martyrũ tuorum Marcellini & Petri ſolennitate lætificas: præſta q̃s: vt quorũ gaudemus meritis ꝓuocemur exẽplis. Per. L. i.

Cum teneretur Petr⁹ exorciſta pro Chriſti nomĩe in vinculis: dixit ad Archemium cuſtodem carceris: qui habebat filiam ab immundo ſpiritu obſeſſam: Crede Archemi dñm Ieſum Chriſtũ: & ſaluabitur filia tua. Archemius dixit. Credã illi ſi te de his vinculis & filiam meã à dæmonis vexatione liberabit. Lectio ij.

Et poſt hęc receſsit Archemius ad domum ſuam & cepit narrare hæc coniugi ſuę noĩe Cãdidæ. Et ecce adeſt hõ dei Petr⁹ Archemio & Cãdidæ indutus veſtib⁹ cãdidis tenens in manu ſua ſignum crucis. Filia quoq; eorũ noĩe virgo mox ſalua facta eſt.

Digitized by Google

Lectio tertia.

Cum igitur omnes qui cōgregati fuerãt cuperẽt effici Chriſtiani: abijt vir dei Petrus & adduxit ſanctū Marcellinū pſbyterū & baptizati ſunt oẽs ab eo in domo Archemij. Currit ergo fama ad peſtilentiſsimum iudicem nomine Serenum & fecit ſctōs Marcellinū & Petrum arctari. Le.iiij.

ET cum feciſſet vtroſq; diutiſsime cedit iuſsit beatiſsimum Marcellinū nudū in carcere vbi fractum vitrū ſpargi iuſſerat claudi: & victum ei & lucem penitus negari: beatum vero Petrū vinculis recipi: & pedes in Cyppo arctiſsime cōſtringi. Angelus aũt dñi apiens oſtium carceris & educens eos: iuſsit vt abirent: & ſeptẽ dies confortarent populum qui per eos in dominum crediderat. Lectio v.

post hæc præcepit Iudex Archemium & vxorẽ eius Cãdidã: & filiã ei⁹ noĩe Virginẽ teneri & nolentibus eis ſacrificare: iuſsit lapidibus obrui. Cũ ergo ſancti ducerentur ad paſsionem occurrerũt eis oẽs Chriſtiani cum Marcellino & Petro: & tenuerũt miniſtros donec miſſarum celebrationẽ peragerct ſctũs Marcellinus pſbyter. Lectio vi.

poſt hæc miniſtri beatum Archemiũ gladio percuſſerunt ſanctam vero Candidã & virginem per pcipitium iactantes lapidibus obruerũt. Beatos vero Marcellinũ & Petrũ iudice iubẽte ĩ ſylua q̃ vocatur candida decolauerunt Ipſe aũt miniſter Dorotheus nomine: qui eos decolauit: publicam pœnitẽtiam geſsit & baptizatus ad miſericordiã dei

dei peruenit. Tu. Homel. Cũ audieritis p̃. ¶ In feſto ſanctorum Pergentini & Laurentini martyrum cap. Reddet deus. Oratio.



DA quæſumus op̃s deus vt qui beatorum martyrum tuorũ Pergentini & Laurentini ſolennia colimus eorum apud te orationibus adiuuemur. Per. Le. i.

In diebus Decij Cæſaris vrbis Romæ: multæ perſecutiones erant aduerſus Chriſtianos: multaq́; præcepta propoſita vt ſi quis Chriſtum coleret: diuerſis pœnis interficeretur: inuenti vero ſi nõ ſacrificarent: capitalem ſubirent ſententiam. Lectio ij.

Eodem tempore dũ peragraret impijſſimus Decius Cæſar vniuerſas ciuitates regionesq́; cũ ſuis conſiliarijs exercens crudeliſſimam perſecutionem aduerſus Chriſti nomen: tũc vnus ex paganis dixit ei. Sunt hic duo viri fratres Vterini Pergentinus & Laurentinus noĩe nobili de genere: qui Chriſtianos fatẽtur: qui quotidie ſcholã ꝑgũt & erudiuntur literis: vt pleniſſime Chriſti præcepta quæ ſcripta ſunt cognoſcere poſſint. Si eos ſic dimiſeritis magnum malum adueniet ciuitati iſti totumq́; populum iſtum ad Chriſti culturam perducent. Lectio iij.

Tunc Tyburtius his auditis in ira furoris ſui iuſſit eos accerſiri & ante conſpectum ſuum perduci. Milites vero cũ feſtinatione cõprehenderũt eos

Digitized by Google

dixeruntq́; patres ſanctos. Dominus noſter Tyburcius vos vocat. Lectio iiij.

CVmq́; ducerentur dixit ſanctus Pergentin⁹ ad Laurentinum fratrem ſuum. Modo appropinquabit certamen noſtrum. Reſpondit beatus Laurentius & dixit Domine frater nõ metuamus iſta tormenta: ſed potius timeamus æternum ſupplicium noſtrum redemptorem qui docuit: vt nõ metuam⁹ eos q̧ occidũt corp⁹ animam aũt nõ poſſunt occidere. Tu aũt. Lectio v.

Sanctus Pergentinus dixit. Agamus viriliter: & ſtemus in fide præcepta Tyranni non metuentes. Sed te eligo priorem: vt reſpondeas iudici quoniam tibi data eſt ſcientia loquẽdi & reſpondendi maior quam mihi. Tu autem. Lectio vi.

Cum autem perducti fuiſſent ante conſpectum Tyburtij: dixit eis Quare iſta audio de vobis: vt relinquatis deos quos coluerunt pijſsimi imperatores: & quibus dominus noſter ceruicem flectit & ſequamini eum qui à Iudęis crucifix⁹ eſt? Beatus Laurentinus dixit nos alium deum neſcimus præter ipſum Ieſum Chriſtum filiũ dei viui qui fecit cœlum & terram mare & omnia quę in eis ſunt. Paſsi ſunt autem beatiſsimi martyres Chriſti Laurentinus & Pergentin⁹ ſub Decio imperatore in ciuitate Aretina tertio nonas Iunij regnãte domino noſtro Ieſu Chriſto: cui eſt laus & gloria in ſecula ſeculorum Amen. Tu autem. Homel. Deſcendens Ieſus. ¶ In feſto ſancti Quirini martyris. Oratio.

Digitized by Google

AVrem tuã quæſumus domine precibus no ſtris inclina: vt qui peccatorum noſtrorum flagellis percutimur intercedente beato Quirino Martyre tuo tua gratia liberemur. Per dominum. ¶ In feſto ſancti Bonifacij. cap. Beatus vir qui. Oratio.

DEus qui multitudinem populorũ beati Bonifacij martyris tui atq; Pontificis inſtantia: ad agnitionem tui ſancti nominis vocare dignatus es: concede propitius: vt cuius ſolennia colimus etiam patrocinia ſentiamus. Per eum ¶ In feſto ſanctorum Medardi & Gildardi Confeſſorum. Oratio.

COncede quæſumus Omnipotens Deus: vt qui ſanctorum Confeſſorum tuorum atq; pontificum Medardi atq; Gildardi ſolennia recolimus: eorum apud te ſemper orationibus adiuuemur. Per. ¶ In feſto ſanctorum Primi & Fæliciani martyrum Cap. Iuſtorum animæ. Oratio.



FAc nos quæſumus domine ſanctorum martyrum tuorum Primi & Fæliciani ſemper feſta ſectari: quorum ſuffragijs profectionis tuæ dona ſentiamus. Per dominum. Lectio prima.

TEmpore Diocletiani & Maximiani comprehenſi ſunt â militibus viri ſancti; Prim⁹ & Fælicianus & ciues Romani: & duxerunt

eos ad Imperatores. Et dixerunt eis Imperatora-tores. Sacrificate Deo Herculi & Ioui: & nolite perdere generis dignitatem. Tu autem domine.

Lectio ſecunda.

Beati martyres dixerunt. Nos Deo hoſtias placationis & laudis in odorem ſuauitatis offerimus: & non conſentimus operibus tenebrarum. Indignati itaq; Diocletianus & Maximianus iuſſerunt eos tradi Promoto pręſidi ciuitatis Numentanæ: vt eos fortiter laniaret. Tu autem domine.

Lectio tertia.

Et accipientes eos milites miſerunt in carcerem: Beati vero martyres ab hymnis & orationibus non ceſſabant: pſallentes domino. Poſt multũ temporis ſedens Promot⁹ pro tribunali dixit ad ſanctos. Secundum præceptum dominorũ noſtrorum principum ſacrificate dijs. Sancti dixerunt. Noli dicere dominorum ſed impiorum: qui colunt ligna & lapides.

Lectio quarta.

PRęſes iuſsit eos ab inuicem ſeparari: & dixit beato Fæliciano. Conſule ſenectuti tuæ: & ſacrifica Deo Ioui. Reſpondit beatus Fælicianus. Conſulat dominus ſenectuti meæ & cuſtodire me dignetur. Tu autem. Lectio quinta.

Alia die iuſsit præſes beatum Primũ ſibi præſentari. Cunq; adductus fuiſſet dixit ad eum. Accede & ſacrifica dijs. Sanctus primus dixit. Tu ſacrifica dijs tuis: ego autem ſacrificabo Deo meo ſacrificium & hoſtiam placationis. Præſes præcepit pluma-

Digitized by Google

plumbum liqueſieri: & bulliens in os eius fundi.

Lectio ſexta.

Cumq́ beatus Primus bibiſſet omne plumbũ quaſi aquam frigidiſsimam pſallebat dicens. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine ſuper mel & fauum ori meo. Videns prçſes quia non potuit eos ſuperare: iuſsit eos capitalem ſubire ſententiam. Rapta ſunt autem corpora ſanctorum: & diligenter ſepulta â fidelibus Chriſtianis: vbi multa beneficia Dei exuberant vſq́ in præſentẽ diem. Tu autem. Homelia. Cum audieritis. ¶ In feſto ſancti Barnabæ Apoſtoli ad veſp. añ. Excel-
ſus. Pſal Laudate pueri. Capitulum. Iam non eſtis. 88

Oratio.



SAncti Apoſtoli tui Barnabæ nos quæſumus domine tueatur veneranda ſolennitas: quod tãto fiducialius tuo nomini ſupplicamus quãto frequentius Apoſtolorum fouemur exemplis. Per do.

Hiſtoria de communi Apoſtolorum Lect. i.

IOannes qui & Marcus famulus domini noſtri Ieſu Chriſti: diſcipulus vero ſanctorum Apoſtolum Pauli & Barnabæ: myſtica Dei opera quæ diuinitus vidi & diligenter cognoui gradiendo ſcilicet cũ prædictis Apoſtolis ſanctis & famulando in miniſterio eorum: omnibus fidelibus in Chriſti Eccleſia commorantibus per gratiam Domini fideliter dando.

Lectio

Lectio ſecunda.

Deniq; cum eſſem Ethnicus & famulator idolorum: commorando ſcilicet in miniſterio Cirilli quondam Pontificis Nephandiſsimi templi Iouis: annuente gratia domini noſtri Ieſu Chriſti baptizatus ſum per beatum Paulum & Barnabam qui digni fuerunt vocatione Dei: in loco qui dicitur Iconium. Lectio tertia.

Poſtquam vero ſacrum baptiſmum ſuſcepi: vidi in viſione virum ſplendidum: atq; mirabilem amictum ſtola candida: qui dixit mihi. Conſtans eſto Ioannes & crede fideliter quoniamquidem ammodo non Ioannes: ſed Marcus: ideſt excelſus vocaberis & gloriam excellentiæ tuæ prædicari & glorificari oportet pro eo ſcilicet quia tenebræ quæ hactenus fuerũt in te: penitus effugatæ ſunt: & data eſt tibi gratia & intellectus vt cognoſcas myſteria Dei Omnipotentis. Lectio quarta.

CErnendo itaq; hanc reuelationem obſtupui fateor & euigilans procidi ad pedes beati Barnabæ ac ſeriatim illi omnia quæ â prædicto viro cognoui profeſſus ſum. Interea beatus Paulus non ibi erat: quando hæc ſecreta Dei ſancto Barnabæ pandere ſtudebam. Lectio v.

Poſtquam vero beatus Barnabas animaduerteret hanc reuelationem commonuit me dicens. Præcaue diligenter: & pone cuſtodiam ori tuo: ne alicui virtutem myſterij quod vidiſti aſſeras. Nam & mihi ſimiliter hac nocte dñs apparuit Chriſtus dicens. Conſtans eſtò Barnaba credendo veriſsime:

me: quoniam pro tanta deuotione qua reliquiſti generationem tuam: & pro nomine meo tradidiſti animam tuam: in eo perſeuerando præmia æterna percipies. Attamen conuoca Ioannem miniſtrum tuum: quoniam quidem & ipſe vidit myſteria quædam. Interim conſerua omnia quæ vidiſti: quoniam veniet tempus quando manifeſtus appareas Tu autem. Lectio ſexta.

Introeuntibus autem nobis in Salamiam: inuenimus ſynagogam Iudæorum: quam beatus Barnabas exhortari cœpit & per Euangelium ſancti Matthæi ad Chriſti gratiam introducere. Seditione autem facta contra ſanctum Apoſtolũ cõprehenderunt eum & poſt multos agones & diuturna certamina circundantes eum igne crudeliter cremauerunt ſpiritu migrante ad gaudia ſempiterna. Homel. Hoc eſt præceptum. ¶ In feſto ſanctorum Baſilidis Cirini Naboris marty. Capit. Reddet Deus. Oratio.



Sanctorum martyrũ tuorum Baſilidis Cirini Naboris atq; Nazarij quæſumus domine natalitia votiua nobis reſplendeant: & quod illis contulit excellentia ſempiterna: fructibus noſtræ deuotionis accreſcat. Per dominum. Lectio prima.

Cum paganorum perſecutio famulos domini noſtri Ieſu Chriſti per totum affligeret orbem: eoſq; varijs tormentis necaret: erat

beatus

beatus Baſilidis in ciuitate orientali ſub Platone præfecto: tenens ſanctæ religionis tramitem. Cui dominus dixerat Non licet tibi huic homine ſeruire: ſed potius tibi conuenit pro nomine meo forti dimicare certamine. Lectio ij.

Reſpōdit ei beatus Baſilidis dicens. Domine magiſter omnium virtutum paratus ſum pro te tormentorum omnium ſuſtinere cruciatus. Et dominus: beati inquit qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū. Audiens hæc beatus Baſilidis: abijt ad prędictum præfectū referens quod per vigintiquinq; annos in ſuo ſeruitio fuiſſet & iam tempus eſſet vt ſuos viſitaret parentes vtrum nam Vitalis aura eos foueret annon. Tu autem domine miſer.

Lectio tertia.

Quem præfectus interrogans ait. In qua prouincia parentes tui degunt. Et ſanctus in Italię inquit prouincia in ciuitate quæ appellatur Aurelia. Reſpondit autem Præfectus dicens. Audiui iā à multis quod Aurelianus eiuſdem prouinciæ habitator plurima tormenta diſcipulis Chriſti ingerat & ideo timendum hoc valde eſt tibi: nedum præſens ibi fueris audiat te diſcipulū illius & iubeat te grauioribus affici tormentis.

Lectio quarta.

CVi beatus Baſilidis reſpondit dicens. Si dignus fuero beatorum martyrum meritis: pro mei magiſtri domini Ieſu Chriſti amore acriores ſuſtinebo pœnas. Quicquid enim in

hoc

hoc ſæculo patimur nihil ad comparationem cœleſtis remunerationis quam Deus diligentibus ſe promiſit. Quibus auditis præfectus ei licentiam contulit. Ipſe autem ſumpta licentia ingreſſus eſt nauem diuino nutu præparatam: & aura flante ſecunda: poſt aliquantos dies ad Romanum portum nauis applicuit. Tu autem. Lectio v.

Sanctus autem valefaciens ſocijs: Aureliam ciuitatem ingreditur: pergens ad domum parentum ſuorum. Mox compertum eſt auribus crudeliſsimi tyranni: quod quidam vir ſanctæ religionis ciuitatem fuiſſet ingreſſus. At ille ſtatim præcepit militibus vt ſanctum per totam prouinciam quærerent. Qui cum inuentus fuiſſet in domibus parentum ſuorum nunciatum eſt tyranno.

Lectio ſexta.

Tunc miniſter impiorum iuſsit ſub ingenti feſtinatione virum Dei ad ſe venire quem ita alloquitur dicens. cuius diſcipulus es? Robuſtiſsimus athleta reſpondit. Ieſu Chriſti ſeruus ſum: & illi ſeruio. Tyrãnus ad hæc ait. Non audiſti quam plurima diſcipulis eius fecerimus? Et ſanctus audiui inquit tua tormenta: ſed minime expaui. Proinde huc veni vt ego merear à domino palmam martyrij accipe. Hom Cum audieritis. ¶ In feſto ſanctorum Viti & Modeſti mar. Cap. Sancti per fidẽ. Ad mag. añ. Orauit ſanctus Vitus dicens domine Deus pater Ieſu domini mei reſpice in me & confirma me: vt non prçualeat draco iniquus perficere in me voluntatem ſuam. Oratio.

Digitized by Google



DA Eccleſiæ tuæ quæſumus dñe ſanctis martyribꝰ tuis Vito & Modeſto atq; creſcentia intercedentibus ſuperbe non ſapere ſed tibi placita humilitate proficere vt proterua deſpiciens: quæcunq; matura ſunt libera exerceat charitate. Per. Ad matut. inuit. Adoremus Chriſtum Regẽ. Qui æterna ſanctum Vitum coronauit gloria. Pſ. Venite. In i. noctur añ. Beatus Vitus dixit patri ſuo: vtinam cognoſceres Chriſtum Deum eſſe & in eius cultu mihi conſentires. Añ. Ipſe enim eſt agnus Dei qui tollit peccata mundi. Añ. A cuius charitate nemo quacunq; tribulatione illata me vnquam poterit ſeparare. ℣. Lætamini in domi.

Lectio prima.

IN prouincia Lucana ſub tempore Diocletiani & Antonij Imperatorum multas virtutes operabatur beatus Vitus in infantia ſua timẽs Deũ cœli & terræ die noctuq; deprecans eũm: & conuertens animas non credentium: elemoſynis vacans viduis & orphanis tribuens. Tu. ℟. Tempore quo Valerianus ſub Diocletiano Imperatore perſecutionem Chriſtianorũ exercuit apparuit Angelus domini ſancto Vito puero confortans eum & dixit. Datus ſum tibi inquit cuſtos: vt te cuſtodiam vſq; in diem exitus tui. ℣. Erat enim ſanctus Vitus multa ſigna faciẽs & die noctuq; miſericordiam diuinam implorans cui Angelus domini apparens dixit.

Lectio.

Digitized by Google

Lectio ij.

Erat autem ex genere nobili: & diuitiæ magnæ. Eratq́ Cilitio indutus: & Chriſtum deprecabatur dicēs. Fac miſericordiā tuā cū ſeruo tuo dñe: & ne repellas me à mandatis tuis: nec ſepares me à congregatione iuſtorū. Erat aūt pater eius ſacrilegus & impius qui à cultura idolorum non recedebat Facta eſt autem illi vox de cœlo dicens. Vite exaudita eſt oratio tua faciam tibi ſicut petiſti. Suadebat autem ei pater eius Ylas vt ad culturam idolorū puerilem aīum adduceret. Tu aūt. ℟. Sanctus Vitus dixit patri ſuo patienter audi & veritatis ſuſcipe rationē. Traditio & crucifixio Ieſu Chriſti dñi noſtri redemptio & ſalus noſtra eſſe dinoſcitur. ℣. A cuius charitate nemo quacunq́ tribulatione illata me vnq̄ poterit ſeparare. Tra.

Lectio iij.

Cui beatus Vitus dixit. Ego non ſcio alium deū niſi vnum qui eſt in æternum cuius ſpiritus ferebatur ſup aquas: q̄ ſepauit lucem à tenebris: & facta eſt lux: & vocauit tenebras: & factæ ſunt tenebræ: & ſermo ipſi dño regi angelorū: qui fecit cœlum & terrā: mare & oīa quę in eis ſunt Et cōfiteor & illi oībus diebus vitę meę. ℟. Beatus Vitus eleuās oculos in cœlū dixit ꝓpter eos q̄ aſtāt dñe vt videāt: in noīe Ieſu Chriſti dñi noſtri Sanetur p̄ſidis huius manus. ℣. Vt credant dñm Ieſum Chriſtū filiū tuū in vnitate ſctīſpūs. Sa. In ij. noct. aīa. Sctūs Vit⁹ p̄ſidi Valeriano dixit dęmonib⁹ nō cōſentio nec ſculptilib⁹ aut lapidibus ve-

Vu neratio-

nerationem impendo. Añ. habeo em̃ dñm noſtrum Ieſum Chriſtum cui fideliter ſeruit anima mea Añ. Valeriano ſanctus Vitus reſpondit ſemel tibi dixi præſes: Chriſtum adoro filium dei. ℣. Exultent iuſti in. Lectio quarta.

HÆc autem audiens pater eius iuſsit infantem cathomis cedi dicens. Quis te docuit hæc confiteri? Neſcis: quia ſi hæc audierint principes peribis? Btũs Vitus dixit. Iſta quæ me vides loqui Chriſtus me docuit: cuius ego ſeruus ſum. Tu aũt. ℟. Orauit ſanctus Vitus dicẽs deus cœli & dñe Ieſu Chriſte fili dei viui: qui natus es ex Maria perpetua virgine. Exaudi me & aggrega mecũ patrẽ meũ in aula ſancta tua ℣. Veruntamen dñe non voluntas mea ſed propoſitum fiat gratiæ tuæ. Exaudi. Lectio v.

Tempore imminente angelus dñi apparuit Modeſto Papato beati Viti dicens. Tolle puerum & deſcende ad mare: & inuenietis nauiculam: & transferã vos in aliam terrã quã tibi dixero. Modeſtus dixit. Viam neſcio. Angelus dñi dixit ei. Ego vos deducã. Erat autem Vitus annorũ duodecim. Angelus autem deducebat eos. Et dum perueniſſet ad mare inuenerũt nauiculam quam ei Chriſtus præparauit. Tu aũt. ℟. Sanctus Vitus dixit dñe Ieſu Chriſte qui cæco nato lumẽ quod natura denegauerat: potentia tribuiſti. Illumina oculos patris mei. ℣. Vt videant & confundantur omnes inimici mei lætentur omnes qui nouerunt te domine. Illumina. Lectio vi.

Nautę

Digitized by Google

N autę vero tentantes infantē dixerunt ei. In q̄ regionē feſtinatis? Beatus Vitus dixit. Chriſtus cuius ſerui ſumus ipſe dabit vobis mercędē. Et aſcenderunt in nauiculam & venerunt in locum qui dicitur Alectirio. Et ſubito nauis quę eos depoſuit: nō cōparuit. Et venerūt iuxta fluuiū qui dicitur Siler: & inuenti ſunt orantes. Multas aūt virtutes opabantur & aquilę victum cœleſtē miniſtrabant eis. ℟. Beatus Vitus exclamauit voce magna dicēs in auxilium noſtrum tu dn̄e intende. Accelera & libera nos. ℣. Et ſicut liberaſti tres pueros de camino ignis: & Suſannam de iniquitate falſorum teſtiū. Ac. In iij. noct. añ. Venerandus Vitus reſpondit patri ſuo: non debeo perire ſi poſſum congregationem iuſtorū introire. Añ. Miniſtri p̄ſidis in infantē manus mittere tentauerunt: areſacta ſunt brachia eorum ſed & manus præſidis areſacta eſt. Añ. Tūc exclamauit p̄ſes & dixit: heu manū pdidi & dolore torqueor. ℣. Iuſti aūt in ppe. Hom. Deſcēdens Ieſus. ℟. vij. Dū ſe ſignaret ſc̄tūs Vit⁹ ſigno crucis viuifice iactatus eſt in medium clibani. Et ſubito apparuit ei angelus dn̄i qui oēm feruorem ignis extinxit. ℣. Beatus aūt Vitus ſtās in medio clibani hymnum dicebat dn̄o. Et. ℟. viij. Beatus Vitus deuictis tormentis omnibus orauit dicens: cuſtodi domine oēs qui per me glorificāt te. Et pduc eos ad gloriam tuā. ℣. Perfice domine deſiderium cordis eorū & libera eos ab oīb⁹ impedimētis ſeculi hui⁹. Et. ℟. ix. Dū cōpleſſet ſc̄tūs Vitus orationē

facta eſt vox de cœlo dicens: Vit ex auditæ ſunt orationes tuę. Beatę ſctōrum aīę his quoq; dictis cœlum cum gaudio petierunt. ℣. Ciues vero ſanctorū corpora aromatib⁹ cōdientes honorifice ſepelierūt. Beatę Ad lau. an. Beat⁹ Vit⁹ Diocletiano dixit: magiſter noſter q̃ nos docuit: natura bonus eſt ptāte magn⁹ & ſimplicitate modeſtus. an. Cui ſi perſeuerauero fideliter: induet me ſtolam immortalē: q̃ tenebræ cōprehēdere nō pñt. An. Pro cuius noīe tormenta quę ꝓmittis deſidero vt palmam martyrĳ percipiā: q̃ electis ſuis pollicit⁹ eſt ſine fine manſurā. An. Btūs Vitus illeſus ab igne Clibani decantabat: ꝓbaſti me dñe: ſicut aurum igne me examinaſti: & nō eſt inuenta in me iniq̃tas. An. Sanctus Vitus dixit dñs meus Ieſus Chriſtus mecum eſt cuius iuſſu me angelus eius de oībus pœnis potentiſsime liberauit. Cap. De martyrib⁹. Hym. Rex glorioſe. ℣. Glorioſus in. Ad bñs an. Cū appariuiſſet dñs ſctō Vito facta eſt vox multorū angelorū ī carcere Pſallentiū dicēs bñdict⁹ dñs Iſrael. Ad horas matutina la⁹. Cap. ℟. de martyrib⁹ In ĳ. veſp. matutina laus p̄ter quartā loco cuius illa legi ſolet. Dū eſſet ſctūs Vitus in cubiculo circūſtantes illū ſctī angeli Agyos Agyos dicebant. Pſ. de martyrib⁹. Cap. Scti per fidē. ℟. Dū cōpleſſet. Ad mag. an. Sācte Vite p̄cioſe martyr Chriſti tuo ſctō patrocinio nos famulos tuos vbiq; tuere gubernando: vt tuis meritis conceſſa venia delictorum placere valeamus regi ſeculorum.

Oratio.

Digitized by Google

Oratio. vt ſupra. ¶ In feſto ſanctorum Quirici & Iulite mirtyrum Cap̄. Iuſtorū animæ. Oratio.

EXaudi nos dn̄e deꝰ noſter cū ſanctorū martyrū tuorū Quirici & Iulite matris eius: tibi patrocinio ſupplicantes: vt quorū celebramꝰ triumphum: ſentiamus patrocinium. Per dn̄m.

Lectio prima.

SEuiente perſecutione ſub Alexandro imperatore in partibus orientis: tenta eſt pro fide Chriſti nobilis matrona nomine Iulita cū paruulo filio ſuo Quiriço noīe: & præſidis conſpectibus præſentata eſt. Lectio ij.

Cui præſes inq̄t: Hortor te imp̄atoris iuſſa perfice atq; dijs noſtris libamina redde. Beata Iulita rn̄dit. Ego vni deo ſeruiens nec dijs tuis vanis ſacrifico: nec tormenta paueſco. Lectio iij.

Sancta ergo martyre Iulita poſita in fidei confeſſione: vnicus eius filius à militibus p̄ſidis rapitur & ad ipſum p̄ducitur: primo blandimētis demulcetur: deinde minis exaſperatur. Lectio iiij.

ILle vero blandientem eque paruipendēs: vt minantem Chriſtianum ſe eſſe firmiſsime confitetur. At impius correptus furore ſctm̄ infantē iuſsit cedi vehemētiſsime. Qui dū cederetur erectis ad cœlū oculis & manibus veluti athleta fortiſsimus benedicebat dominum. Lectio v.

Concidentibus aūt manibus cedentiū: videns p̄ſes nullo modo eos à propoſito fidei poſſe reuocari: fecit iterum eos diuerſis penarū modis torqueri ac ita demum horrori carceris mancipari.

Lectio vi.

In quo carcere habebātur in vinculis detēti quadringenti & quadragintaquatuor viri. Qui ſanctorum monitis ad fidē Chriſti conuerſi: & in fidei ſtabilitate fundati: deinde iubēte præſide de carcere educti: & capitali ſententia puniti: æterni regni gaudia ſunt adepti. Homelia. Cum audieritis. ¶In feſto ſanctorum Marci & Marcelliani martyrum Cap̄ Sancti per fidem. Oratio.

SAnctorum martyrum tuorum Marci & Marcelliani nos domine natalitia tueantur eorūꝗ ſupplicatione ſemper confoueamur. Per do.

Lectio prima.

SAncti martyres Chriſti Marcellian⁹ & Marcus duo gemini fratres: iuſſu Chromacij vrbis Romæ præfecti pro Chriſti nomine comprehenſi: cum idolis ſacrificare nollent: in carceralibus vinculis ſunt poſiti. Tu autem domine.

Lectio ij.

Qui fugitiua ſeculi blandimenta reſpuentes: & momentanea tormentorum genera non timentes: cum in Chriſti confeſsione durarent: capitalem ſunt iuſsi ſubire ſententiam ea tamen ratione vt ſi eodem momento quo decollandi erāt ſacrificijs conſenſiſſent: & parentibus & coniugib⁹ & filijs & facultatibus redderentur. Erant enim genere clariſsimi viri ſed & facultatibus ditati.

Lectio iij.

Parētes ergo ſanctorum à præfecto vrbis triginta dierum inducias impetrantes: agebant interea

rea cum eis quatin⁹ ad thurificandum idolis cõſentirent. Mater autẽ ſanctorũ Marcia: & pater Tranquilinus vocabatur. Hi monitis ſancti Sebaſtiani ab infidelitate ad fidem dñi cum alijs pluribus conuerſi ſunt & à ſancto Policarpo presbytero ſunt baptizati. Lectio iiij.

TRanquillinus autem dum interrogaretur: ſi crederet in patrem & filium & ſpiritum ſanctum: ſtatim vt reſpondit credo: renouatis manibus & pedibus: in fontem deſcendit clamans & dicens. Tu es deus viuus & verus: quem mundus iſte miſer ignorat. Tu autem do.

Lectio v.

Poſt hæc martyres Chriſti Marcellianus & Marcus præfecto vrbis nomine Fabiano præſentati: ambo ad ſtipitem ſunt ligati. Deinde pedibus clauis artiſsimis transfixi in Chriſti confeſsione ſtabant ſecuri. Tunc ambo fratres confixi dicebant præfecto Nunquã tam bene epulati ſumus: modo enim cepimus eſſe fixi in amore Chriſti. Et pſallebant inter ſe dicentes Ecce quã bonum & quam iocundum habitare fratres in vnum.

Lectio vi.

Cũ pertranſiſſet ergo vna dies & vna nox & ipſi in pſalmis & hymnis perſeuerarent: iuſsit præfectus ambos vbi ſtabant lanceis per latera verberari. Sic igitur prædicti ſancti ad ſyderea regna migrarunt. Tu aũt dñe. Homelia. Deſcendens Ieſus. ¶ In feſto ſancti Geruaſij & Prothaſij martyrum. Capitulum.

 Oratio.

Oratio.

DEus qui nos annua ſanctorum martyrum tuorum Geruaſij & Prothaſij ſolennitate lætificas concede propitius: vt quorũ gaudemus meritis accẽdamur exẽplis Per. Lect. i.

GEruaſius & Prothaſius gemini fratres fuerunt filij ſancti Vitalis & ſanctę Valerię. Cũq; ab inteſtato parentibus ſucceſsiſſent: domũ propriam in qua nati fuerant & res parentũ caſellulasq; venũdantes dederũt preciũ omẽ pauperibus & familiolę ſuę quam etiam ingenuã fecerunt. Tu autem domine. Lectio ij.

Ipſi vero in vno cœnaculo ſe cõcluſerunt: & per decem annos lectionibus & orationibus ieiunijs vacantes: hoc ordine in anno â conuerſione ſua vndecimo ad palmam martyrij peruenerũt. Tu.

Lectio iij.

Supueniente comite Aſpaſio q̃ proficiſcebatur ad bellum quod à Marcomannis fuerat excitatũ occurrerunt ei templorũ cultores cũ ſacerdotibus ſuis dicẽtes. Si vis lætus ad Auguſtos noſtros reuerti & victor: Prothaſium & Geruaſium ſacrificare compelle: vehementer enim dij noſtri de eorum contemptu commoti ſunt: & dare nobis reſponſa contemnunt. Lectio iiij.

AVdiẽs hęc Aſpaſius comes iuſsit eos teneri & ad ſe adduci: quibus & dixit: hortor vos vt â deorum noſtrorũ iniurijs temperãtes ad immolandum eis deuote ſtudeatis inſiſtere vt expeditio mea nauiter celebretur. Geruaſius dixit

Digitized by Google

dixit victoriam de cœlo debes à deo omnipotē-
te requirere: non de ſimulacris mutis & vanis q̄
oculos habent ſine lumine: aures ſine auditu: na-
res ſine odoratu: os habent ſine ſermone: ma-
nus ſine tactu pedes ſine greſſu: & ventrem ſine
interioribus probantur habere ſine flatu eſſe no-
ſcuntur. Tunc indignatus comes Aſpaſius iuſsit
eum plumbatis tamdiu cedi: quamdiu exhala-
ret ſpiritum. Tu autem domine. Lectio v.

Quo amoto iuſsit ſibi aſtare Prothaſium. Cui di-
xit. Miſer vel tu viuere ſtude noli Biothanatus
fieri ſicut & frater tuus. Cui Prothaſius reſpōdit.
Deum ſolum qui regnat in cœlis adoro. Tu aūt.

Lectio vi.

Audiens hæc Aſpaſius comes iuſsit eum fuſtibus
cedi: poſtea vero erecto eo dixit ad eum. Miſer
homo vt quid tam ſuperbus & tam rebellis exi-
ſtens vis perire ſicut probaſti periiſſe Geruaſium.
Prothaſius dixit. Age quod cepiſti: vt mihi poſ-
ſit cum meo fratre benignitas ſaluatoris occurre-
re. Tunc impius comes Aſpaſius iuſsit eum capi-
te cedi. Homelia. Cum audieritis. ¶ In feſto ſan-
cti Albani martyris. Cap̄. Nemo militans.

Oratio.



Præſta quæſum⁹ oр̄s de⁹: vt qui beati Albani marty-
ris tui glorioſa merita veneramur eius apud te precibus
& meritis ſemper muniamur. Per dominum.

Lectio prima.

BEatus Albanus in Britania ortus: cum adhuc paganus eſſet: & perfidorum principũ mandata aduerſus Chriſtianos ſeuirent: quendã clericũ hoſpitio recepit. Cuiꝰ monitis edoctꝰ: relictis idolatrię tenebris Chriſtianꝰ factus eſt. L. ij.

Quod cũ ad noticiã ꝓuincię iudicis ꝑueniſſet: ſibi eum exhiberi p̄cepit. Cui & dixit. Cuius familie vel generis es? Albanus rñdit. Si veritatẽ religiõis audire deſideras: Chriſtianũ me eſſe agnoſce. Albanus à parentibꝰ vocor: & deum viuũ ac verũ qui vniuerſa creauit adoro & colo. Lc. iij.

Auditis itaq; verbis Albani cedi iudex cum à tortoribus p̄cepit. Qui dum à tortoribus penis afficeretur acerrimis: patienter hæc ꝓ dño ferebat. Iudex vbi beatum Albanũ tormentis ſuperare nõ poſſe perſenſit: capite eũ plecti iuſsit. Lc. iiij.

CVmq; ad mortem duceretur: peruenerunt ad quoddam flumẽ per quod illis difficilis tranſitus erat. Beatus Albanus dirigens ad cœlum oculos illico ſiccato alueo vnda eius ceſſit veſtigijs. Lectio v.

Quod cũ inter alios etiam ipſe carnifex qui eum ꝑcuſſurus erat vidiſſet: ꝓiecto enſe quem ſtrictũ tenuerat: pedibus eius aduoluitur multum deſiderans: vt cum martyre quem percutere iubebatur. ipſe mereretur percuti. Lect. vi.

Qui cum ex ꝑſecutore factus eſſet collega fidei: ac iacente ferro eſſet inter carnifices colluctatio montẽ amœniſsimũ iuxta poſitũ: cum multis dei

confeſſor

confeſſor aſcendit. Decollatus itaq; martyr fortiſsimus in ſupradicto monte: accepit coronam vitæ: quã repromiſit deus diligentibus ſe. Hom. Si quis venit ad me. ¶ In feſto ſanctorũ decẽ milliũ militũ martyrũ Cap. Sancti per fidẽ. Oratio.



OMnipotens ſempiterne deus qui ad imitandum paſsionis tuæ exemplum: decem milliũ martyrum crucis patibulum ſubire voluiſti: concede propiti⁹: vt qui eorum paſsionem colimus: paſsionis tuæ beneficia conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Hiſtoria de martyribus. Lectio prima.

ACharius princeps nobiliſsimus & Heliades dux & Theodorus magiſter militum atque Carcerari⁹ Campiductor cum ſuis ſcilicet decẽ milib⁹ vno die hoc modo paſsi ſunt. Cũ eñ Adrian⁹ & Antonius regnũ Romanorũ gubernarẽt: quędã gẽtes Sandareni & Euphratenites earũ dñationi ſe oppoſuerũt Quo cõperto p̃dicti imperatores ira cõmoti: ſtatim aduerſus eos caſtrametati ſunt habẽtes ĩ exercitu nouẽ milia & ſeptẽ viros robuſtiſsimos & ĩ reb⁹ bellicis ſtrenuos valde. Cũ aũt ſtatuto die ad dimicandũ in campũ veniſſent: videntes imperatores quod nimia eſſet multitudo hoſtium ſcilicet centena milia: & ſuorum pauci: videlicet nouẽ milia: timore perterriti: cum ſeptem militibus fugam arripuerũt. Lc. ij.

Quod

Quod videns Achacius princeps & Heliades dux conuerſi ad exercitum ſcilicet ad illa nouem milia dixerunt. O fortes viri quid vobis videtur? Nunquid fugere volumus an ſtare: ſicut decet viros fortes. Venite igitur & ſacrificemus dijs noſtris: vt per eos victoriam obtineamus. Tulerunt enim ſecum imperatores ſtatuas deorum ſuorum: Appollonis & Iouis. Illis ergo Hedum ſacrificantes: nihil ex hoc ſecuritatis recipiebant: ſed videntes hoſtes ſuos ĩ nimia fortitudine ſibi appropinquare magis timere ceperũt. Et cum eſſent in fuga: ecce angelus dñi in ſpecie adoleſcentis ante eos decurrebat: qui dixit Achacio. Quid eſt quod dijs veſtris ſacrificaſtis & tñ adhuc ĩ tali timore eſtis? vt fugere vos oporteat? In hoc magnum ridiculũ dijs veſtris facitis. Lectio iij.

Audite igitur me: & quod vobis dico facite. Deũ qui fecit cœlum & terram inuocate: qui per angelum ſuũ centũ & octoginta milia regis Aſſyriorũ interfecit: & ipſum regem etiam conuertit. Credite etiam Ieſum Chriſtum dei omnipotẽtis filium regem immortalem & ipſe pugnabit pro vobis. Hec vt angelus locutus eſſet: Achacius Eliadi & cæteris dixit. Quid vobis videtur? Reſpondit Heliades. Experimento diſcam⁹ quæ nobis ille iuuenis locutus eſt. Tunc omnes vno ore clamabant dicentes. Domine deus cœli & terræ omnes credimus in te: & omnia quæ locutus eſt ille iuuenis: in nomine tuo ſecuri nos eſſe promittimus. Tu autem domine. Lectio iiij.

Tempo-

TEmporibus igitur Adriani imperatoris & ſex regum aliorũ qui ſibi in adiutorium venerãt: decẽ milia martyres ſcilicet Achacius Emolaus Alexander & Marcus ſociiq́; eorũ cũ ad ſacrificandũ idolis cõpellerentur: Adriano imꝑatori dixerũt. Nos ſacrificiũ viuũ & immaculatũ noſmetipſos offerimus dño noſtro Ieſu Chriſto regi immortali: q̃ de virgine naſci dignatꝰ eſt & multis modis affligi pro oĩbus pctõribus corpus ſuum crucifigi voluit. Oĩa tormenta quę dñs noſter paſſus eſt firmiſſimo aĩo portamus. Inter quos etiam Ermolaus archiepiſcopus paſſus eſt: q eoſdem conuerterat & baptizauerat. Tu. Lc. v.

Venerũt aũt exercitus regis & imperatoris triginta milia: â quibus paſſi ſunt beati martyres ꝓdicti. Locus in quo paſſi ſunt beati martyres: eſt maximus mons qui dicitur Ararath & in Armenia diſtans quindecim ſtadiis à ciuitate Alexandria. Hora vero ſexta illius diei in quo paſſi ſunt: terręmotus factus eſt magnꝰ & Petrę ſciſſe ſunt: & ſol obſcuratus eſt & monumenta aperta ſunt & multa corpora ſanctorum ſurrexerunt: & intrauerunt Alexandriam. Et omnia ſigna quæ in morte domini apparuerunt in paſſione ſanctorum viſa ſunt. Lectio vi.

Tunc ſancti martyres quaſi vno ore orãtes ad dominũ dixerũt. Dñe deus oꝑs memento noſtri in hoc patibulo crucis exaudi ꝓces noſtras: q̃a laudabile: & glorioſum eſt nomẽ tuũ in ſecula. Dicentibus oĩbus amẽ: facta eſt lux immenſa per vnius

horę

horæ ſpacium ſuper eos: & vox de cœlo audita eſt dicens. Vos dilectiſsimi omia quæ petitis ſcitote veraciter impetraſſe. His dictis in confeſsione verę fidei: & pro noīe Ieſu Chriſti paſsi ſunt ſctī martyres: & emiſerunt ſpūm. Decimo kalendas Iulīj prēmia regni cœlorum adepti ſunt martyres. Tu. Hom. Vidēs Ieſus turbas. Quære in die oīm ſanctorū. Laudes & cætera de martyribus.

¶ In feſto ſctī Paulini epiſcopi & cōfeſſoris. cap. Ecce ſacerdos ma. q in die. ſu. Oratio.



CONcede quæſumus omnipotens deus vt qui beati Paulini confeſſoris tui atq; pontificis ſolennia colimus: eius apud te interceſsione muniamur. Per do.

Lectio prima.

CVm ſeuientium Vuandalorum tpe fuiſſet Italia in Campaniæ partib' depopulata: multiq; eſſent de hac terra in Affricanā regionē traducti: vir dñi Paulinus Nolanę vrbis epiſcopus cuncta q̄ ad epi vſum habere potuit: captiuis indigentibusq; largitus eſt. Lectio ij.

Cunq; iam nihil omnimodo ſupereſſet quod petentibus dare potuiſſet: quadam die quædam vidua aduenit: quæ â regis Vuandalorum genero ſuum filium ī captiuitatem fuiſſe ductū phibuit: atq; â viro dei eius precium poſtulauit: ſi forte illius dominus hoc dignaretur accipere: & hunc concederet ad propria remeare.

Lectio

Lectio tertia.

Sed vir dei magnopere petenti fœminę q̃d dare potuiſſet inquirens: nihil apud ſemetipſum aliud quam ſe inuenit. Petenti fœminę r̃ndit dicens. Mulier q̃d poſsim dare non habeo: ſed meipſum tolle me ſeruũ iuris tui proficere: atq; vt filiũ tuũ recipias me vice illius in ſeruitium trade. Tu aũt.

Lectio iiij.

Quod illa ex ore tanti viri audiens: irriſionẽ potius credidit quam cõpaſsionem. At ille vt erat vir eloquẽtiſsimus atq; apprime exterioribus quoq; ſtudijs eruditus dubitanti fœminę citius ꝑſuaſit vt audita crederet: & pro redemptione filij ſui in ſeruitium epiſcopum tradere non dubitaret. Perrexerunt igitur vtriq; ad Africam. Procedenti igitur genero regis qui eius filium habebat: vidua rogatura ſe obtulit: ac prius petijt vt ei donari debuiſſet. Tu Lect. v.

Quod cum vir barbarus Typo ſuperbię turgidus gaudio tranſitorie proſperitatis inflatus: non ſolũ facere ſed audire deſpiceret vidua ſubiunxit dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium prębeo: & ſolummodo pietatem in me exhibe: mihi q; vnicum filium redde. Cunq; ille venuſti vultus hominem conſpexiſſet: quam artem noſſet inquiſiuit. Cui vir dñi Paulinus reſpondit dicens artem quidem aliquam neſcio ſed hortum bene excolere ſcio. Lectio vi.

Quem vir gentilis valde libenter accepit: cũ in nutriendis oleribus quia peritus eſſet audiuit.

Suſce-

Suſcepit itaq; ſeruum: & roganti viduæ reddidit filium. Quo accepto vidua ab Affricana regione diſceſsit. Paulinus vero illum imitatus qui formā ſerui aſſumpſit ſeruus factus voluntarie ſolus vt eſſet poſtmodum liber cū multis excolendi horti curam ſuſcepit. De cuius etiam morte apud eius eccleſiam ſcriptum eſt: quia cum dolore eſſet tactus lateris: ad extrema perductus eſt. Tu autem domine miſerere. Homelia. Homo quidam peregre proficiſcens. ¶ In vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ. Lectio prima. Secundum Lucam.

cap. 1



FVit in dieb' Herodis regis Iudę ſacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia: & vxor illi de filiab' Aaron: & nomen eius Eliſabeth. Et reliqua. Homelia venerabilis Bædæ p̄ſbyteri.

Venturus in carne domin' & redemptor noſter multos diſpenſationis ſuę teſtes præmiſit & nuncios: qui diuerſis temporibus diuerſis Iſraeliticæ plebis tribubus orti: non diuerſa fide: ſed vno eodemq; per omnia ſenſu: eiuſdem incarnationis myſterium prophetando præcinerent. Horum vltimus: & quaſi limes quidam legis & euangelij figuræ & veritatis Ioannes apparuit: domino atteſtante qui ait. Lex & Prophetæ vſque ad Ioannem & ex eo regnum dei euangelizatur. Tu autem domine. Lectio ij.

V nde

Vnde etiam plusq̃ propheta dictus eſt: quia quẽ cæteri â longe ꝓphetando ſolum prædixerant ille & primo venturum ꝓphetando ſignauit: & mox venientẽ oſtendẽdo demõſtrauit. Qui certe gratia diſpenſationis non ſolum iuſtis: ſed & de pontificali ſtirpe ortis parentibus nat⁹ aſſeritur. Fuit enim ſacerdos ſicut ex lectione euangelica audiuimus: noĩe Zacharias de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron: & nomẽ eius Heliſabeth. Erãt autem iuſti ambo ante deum. Lectio iij.

Iuſtis q̃ppe parentibus eſt genitus: vt eo cõfidentius iuſtitiæ præcepta populis daret: quo hæc ipſe non quaſi nouicia didiciſſet: ſed velut hęreditario iure â ꝓgenitoribus accepta ſeruaret. De ſacerdotali proſapia ortus eſt: vt eo potenti⁹ imitationem ſacerdotij ꝑconaretur: quo ipſum ad ſacerdotale genus ꝑtinere clareſceret. Tu autem do.

Laudes de pſalterio. Capitulum.

IN diebus illis. Factum eſt verbum domini ad me dicens. Priusq̃ te formarẽ in vtero noui te: & anteq̃ exires de vulua ſanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te. Cætera de pſalterio.

Oratio.

PRęſta q̃s omp̃s de⁹: vt familia tua ꝑ viã ſalutis incedat: & bti Ioannis ꝑcurſoris tui hortamẽta ſectãdo ad eũ quẽ ꝑdixit ſecura ꝑueniat. Dñm. Suffragia fiant. Ad vi. Capitulum.

ET dixi. A a a dñe de⁹ ecce neſcio loqui: quia puer ego ſum: & dixit dñs ad me: noli dicere q̃a puer ego ſum: q̃m ad omnia quæ mittãte

Digitized by Google

ibis: & vniuerſa quæcunq; mandauero tibi loqueris: ne timeas â facie eorum: q̄m ego tecum ſum vt eruam te: dicit dominus. Ad nonam Capitulū.

Hiere. cap. 1. ET miſit dominus manum ſuam & tetigit os meum: & dixit ad me: ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce cōſtitui te hodie ſuper gentes & ſup regna vt euellas & deſtruas: & diſperdas & diſsipes & ędifices & plātes: ait dn̄s omp̄s. Deo. Ad i. veſp. añ. Deſcendit angelus dn̄i ad Zachariā dicēs: accipe puerū ĩ ſenectute tua & habebit no-

88 men Ioannes Baptiſta. Pſal. Laudate pueri. Cap̄.

Heſa. ca 40. HÆc dicit dn̄s deus. Audite inſulæ: & attendite populi de longe: dn̄s ab vtero vocauit me: de ventre matris meę recordat' eſt nominis mei. Deo. ℟. Tu puer ꝓpheta altiſsimi vocaberis. Prĉibis em̄ ante faciē dn̄i parare vias ei'. ℣. Ad dandā ſcientiā ſalutis plebi eius in remiſsionem peccatorum eorum. Prĉibis. Hymnus.

VT quæant laxis reſonare fibris mira geſtorum famuli tuorum: ſolue polluti labīj reatum ſancte Ioannes. Nuncius celſo veniēs olimpo: te patri magnum fore naſciturum: nomen & vitę ſeriem gerendę ordine promit. Ille promiſsi dubius ſuperni: perdidit prompte modulos loquelæ: ſed reformaſti genitus peremptæ organa vocis. Ventris obſtruſo poſitus cubili: ſenſeras regem thalamo manentem: hinc parens nati meritis vterq; abdita pandit. Antra deſerti teneris ſub annis ciuiū turmas fugiens petiſti: ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſes. Præbuit

buit hirtũ tegimen camelus: artubus ſacris Strophium bidentes: cui latex hauſtum ſociata paſtũ mella locuſtis. Cæteri tantũ cecinere vatum corde præſagoiubar affuturum tu quidẽ mundi ſcelus auferẽtem indice prodis. Non fuit vaſti ſpacium per orbis: ſanctior quiſq̃ genitus Ioanne: qui nephas ſecli meruit lauantẽ tingere limphis. O nimis fœlix meritiq́; celſi: neſciens labẽ niuei pudoris: præpotens martyr heremiq́; cultor maxime vatum. Serta terdenis alios coronant aucta cremẽtis duplicata quoſdam: trina centeno cumulata fructu te ſacer ornant. Nunc potens noſtri meritis opimis: pectoris duros lapides repelle aſperũ planans iter & reflexos dirige calles. Vt pius mundi ſator & redẽptor: mentibus pulſa luuione puris: rite dignetur veniens ſacratos ponere greſſus. Laudibus ciues celebrant ſuperni te deus ſimplex pariterq́; trine ſupplices & nos veniam precamur: pace redemptis. Amen. ℣. Fuit homo miſſus à deo cui nomen erat Ioannes. Ad magni. Añ. Ingreſſo Zacharia templum domini apparuit ei Gabriel angelus ſtans à dextris altaris incenſi.

Oratio.

DEus qui præſentem diem honorabilem nobis in beati Ioannis Baptiſtæ natiuitate feciſti: da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in viã ſalutis æternę. Per. Ad matutinum inuitat. Regem præcurſoris dominum. Venite adorem⁹.

Pſal. Venite. Quære in communi ſanctorũ de a-
poſtolis. In primo nocturno. añ. Priusq̃ te forma
rem in vtero noui te: & anteq̃ exires de ventre
1 ſanctificaui te. Pſal. Beatus vir. Añ. Ad omnia q̃
mittam te dicit dominus ibis: ne timeas: & quæ
1 mandauero tibi loqueris ad eos. Pſal. Quare fre.
Añ. Ne timeas à facie eorum: quia ego tecũ ſum
1 dixit dominꝰ. Pſal. Domine quid mul. ℣. Gloria
& hono. Lectio i. Sermo beati Maximi epiſcopi.

SOlennitates nobis diuerſorum martyrũ fra-
tres chariſsimi: vitę pñtis occaſus & ſuſcepta
ab eis pro Chriſti noïe paſsio cõſecrauit. Mul
timoda nãq; veterũ relatione didicimus nonnul-
los martyrũ ꝓſtratos gladio: igne alios concre-
matos quamplures beſtiarũ dilaceratos dentibꝰ:
innumeros etiam varijs tormentorũ cruciatibus
affectos ſpreta ſui corporis morte: Chriſtianæ fi-
dei teſtimoniũ reddidiſſe. Beatus vero Ioannes
baptiſta: cuius nunc feſtiuitate lætamur: cœleſtia
mundo gaudia ſterili ab vtero hodie natus inue-
xit. Tu. ℟. Fuit homo miſſus à deo cui nomen
Ioannes erat. Hic venit vt teſtimonium perhibe-
ret de lumine & parare domĩo plebem perfectã.
℣. Erat Ioannes in deſerto prædicans baptiſmum
pœnitentiæ. Hic. Lectio ij.

Et illi quidẽ indubitata iã gloria regnantẽ cõfeſ-
ſi ſunt dei filiũ: hic aũt & naſciturũ dñm ꝓpheta-
lis ſpũs illuminatione ꝑuidit: & natum priuilegio
gratię ſingularis oñdit. In tantũ aũt ſpecialis in eo
ꝑfulſit electio vt ante mereretur annũciare dñm:
quam

Digitized by Google

quam naſcendi initium vel linguã qua enunciare poſsit acciperet. Tu autem. ℟. Heliſabeth Zachariæ magnum virum genuit Ioannẽ Baptiſtam ꝑcurſorem domini. Qui viam domino præparauit in heremo. ℣. Fuit homo miſſus à deo: cui nomen Ioannes erat. Qui. Lectio iij.

DEniq; Eliſabeth illa vet⁹ mulier & noua mater: quę ante partũ ſuũ de futuri filij lætabatur officio veniẽti ad ſe beatę Marię: in ipſo ſalutationis occurſu ait. Ecce ex quo facta eſt vox ſalutationis tuæ in aurib⁹ meis: exultauit in gaudio infans in vtero meo. ℟. Priusq̃ te formarem iu vtero noui te: & anteq̃ exires de ventre ſanctificaui te. Et ꝓphetam in gentibus dedi te. ℣. Vir dilectus à deo & ab hominibus honorificatus eſt. Et. In ij noct. añ. Miſit dñs manũ ſuã & tetigit os meũ: & prophetam in gentibus dedit me dñs. Pſal. Cũ inuo. 2
Añ. Fcce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtitui te ſuper gentes & regna Pſal. Verba mea 2
au. Añ Dñs ab vtero vocauit me: de ventre matris meæ: recordatus eſt nominis mei. Pſal. Dñe 4
dñs noſter. ℣. Poſuiſti domine. Lect. iiij.

ET quã bene decuit fratres vt de matre ſterili naſceretur q fœcunditatẽ virginis reuelaret: quatinus mirabilem partũ mirabiliter natus oſtẽderet. Illud etiã q̃ ſtupendũ eſt: q̃q; magnificũ: qđ Zacharias pater futurus ꝓphetę: qa hoc ipſum qđ gerebatur angelo loquẽti nõ credidit: vſum loquendi amiſit: donec ꝓmiſsione cõpleta natus: noui hoīs ꝑeo: paternę linguę vincula rela-

 xaret.

xaret. Tu aũt. ℟. Deſcendit angelus dñi ad Zachariam dicens: accipe puerum in ſenectute tua. Et habebit nomen Ioannes Baptiſta. ℣. Iſte puer magnus coram domino: nam & manus eius cum ipſo eſt. Et. Lectio v.

Os enim quod angelus clauſerat: ꝓmiſſus ab angelo filius reſerauit. Nam cum de nuncupatione paruuli: cognatorum vicinorumq́; hæſitaret arbitrium: proprietatem veri nominis eius: quam angelo dictante didicerat: recepta ſubito Priſtini facultate ſermonis: pater mutus apparuit: vt cuiꝰ natiuitatem præceptione cœleſti taciꝰ expectabat: nati vocabulum loq̃retur: & agnoſceret anxiꝰ ſenex per eũ ſe ſibi redditũ: quẽ de ſe nõ crediderat naſciturũ: nec dubitaret vltra celitus illum vel promiſſum fuiſſe vel natum: cuiꝰ cauſa & amiſiſſe ſe probabat & recepiſſe ſermonẽ. Tu. ℟. Hic præcurſor dilectus & lucerna lucens ante dñm. Ipſe eſt enim Ioannes qui viam dño præparauit in heremo: ſed & agnum dei demonſtrabat & illuminabat mentes hominũ. ℣. Ipſe ꝓibit ante illũ in ſpiritu & virtute Helię. Ipſe. Lectio vi.

Quid hac fratres religione glorioſius: quid hac inſignius fide: in qua ſterilis concipit: virgo parturit: mutus loquitur: & in ſecreto maternorum viſcerum: paruuli totius mundi gaudia futura ꝓludunt? nec enim poterat veteri ſub lege ordinẽ ſuum mortalis ſeruare natura quando per nouã diuinitatis gratiam nouum ſaluti omnium myſterium parabatur. Hic eſt ergo Ioannes: de quo prophe-

prophetauit Heſaias dicens. Vox clamantis in
deſerto: parate viã dñi: rectas facite ſemitas dei
noſtri. ℟. Innuebãt patri eius quem vellet voca-
ri eum: & poſtulans pugillarem ſcripſit dicens.
Ioannes eſt nomen eius. ℟. Apertum eſt os Za-
chariæ: & prophetauit dicens. Ioan. In iij. noct.
añ. Poſuit os meum dñs quaſi gladium acutum:
ſub vmbra manus ſuę protexit me. Pſal. Domi- 7
nus quis habi. Añ. Formans me: ex vtero ſeruũ
ſibi dñs in lucem gentiũ: vt ſim ſalus eius ab ex-
tremis terrę. Pſal. Domine in virtute. Añ. Re- 12
ges videbunt & conſurgent principes: & adora- 68
bunt dominum deum tuum qui elegit te.
Bonum eſt confi. ℟. Magna eſt gloria. Lectio vij.
Secundum Lucam.



IN illo tempore Eliſabeth cap. 5
impletum eſt tempus pari-
endi: & peperit filium. Et
audierunt vicini & cognati
eius quia magnificauit dñs
miſericordiã ſuã cum illa &
congratulabantur ei. Et reli.

Homelia venera. Bedæ presbyteri.

Præcurſoris dñi natiuitas: ſicut ſacratiſsima le-
ctionis euangelicę prodit hiſtoria: multa miracu
lorum ſublimitate refulget: quia nimirum dece-
bat vt ille quo maior inter natos mulierũ nemo
ſurrexit maiore præ cæteris ſanctis in ipſo mox
ortu virtutum iubare clareſceret. ℟. Præcurſor
dñi venit. De quo ipſe teſtatur: null⁹ maior inter

natos mulierum Ioanne Baptiſta. ℣. Ipſe præibit. Ante illum in ſpiritu & virtute Heliæ. De. L. viij.

Senes ac diu infœcũdi parẽtes dono nobiliſsimę prolis exultant. Ipſi patri quem incredulitas mutum reddiderat: ad ſalutandum nouę præconem gratiæ: os & lingua reſeratur. Nec ſolum facultas deũ bñdicendi reſtituitur: ſed de eo etiã prophetandi virtus augetur. Excitati fama facti: omnes vicini admiratione ac metu percelluntur: omniũ quę audiere circũquaq; ad aduentũ noui ꝓphetæ corda præparantur. ℟. Gabriel angelus apparuit Zachariæ dicens: naſcetur tibi filius: nomen eius Ioannes vocabitur. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. ℣. Erit enim magnus coram domino: nam & manus eius cum ipſo eſt. Et.

Lectio ix.

Vnde merito ſancta per orbem eccleſia: quę tot beatorũ martyrũ victorias: quibus ingreſſum regni cœleſtis meruere frequentant huius tãtummodo poſt dñm etiã natiuitatis diẽ celebrare cõſueuit. Quod nullatenus ſine euangelica auctoritate in cõſuetudinẽ veniſſe credendũ eſt: ſed attentius animo recondendũ: quia ſicut nato dño paſtoribus apparens angelus ait: ecce euangelizo vobis gaudium magnũ quod erit omi populo: qa natus eſt nobis hodie ſaluator q̃ eſt Chriſtus dñs: ita etiã angelus naſciturũ Zachariæ ꝑdicãs Ioannem: & erit inq̃t tibi gaudiũ & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram dño. Tu. ℟. Inter natos mulierum non

ſurrexit

ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Quia viam dño ꝑparauit in heremo. ℟. Fuit homo miſſus à deo cui nomen Ioannes erat. Qui. Ad laudes añ. Heliſabeth Zachariæ magnum virum genuit: Ioannem Baptiſtam præcurſorem domini. Pſal Dñs reg. deco. Añ. Innuebant patri eius quem vellet vocari eum: & ſcripſit dicens Ioannes eſt nomen eius. Añ. Ioannes vocabitur nomen eius: & in natiuitate eius multi gaudebũt. Añ. Ioannes eſt nomen eius: vinũ & ſiceram non bibet: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Añ. Iſtæ puer magnus coram dño nam & manus eius cũ ipſo eſt. Cap. Audite inſulę. Hymnus. O nimis fœlix. ℣. Iuſt⁹ vt palma. Ad bñs añ. Apertum eſt os Zachariæ: & prophetauit dicens: bñdictus deus Iſrael. Oratio vt ſup. Ad vi Capitulum.

POſuit os meum dñs: quaſi gladium acutum: in vmbra manus ſuæ protexit me: & poſuit me ſicut ſagittam electã: in pharetra ſua abſcondit me: & dixit mihi: ſeruus meus es tu Iſrael quia in te gloriabor. Deo. Ad nonã Capitulũ. Heſa. ca. 49.

HÆc dicit dñs deus Formans me ex vtero ſeruũ ſibi: dedi te in lucem gentium: vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terrę: reges videbunt & conſurgent principes: & adorabunt dñm deum tuũ: & ſanctũ Iſrael qui elegit te. D. Ad ij. veſp. añ. Heliſabeth zachariæ ma. Pſ. Btũs vir. Credidi. Ad dñm. Ad te le. De profundis cla. Cap. Audite inſulę. ℟. Inter natos. Hymn. Vt quæãt la. ℣. Gloria & honore. Ad magni. añ. Puer Heſa. ca. 49. 88

Digitized by Google

qui natus eſt nobis pluſq̃ propheta eſt: hic eſt eñ de quo ſaluator ait: inter natos mulierum nõ ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Nota iſta añ. Puer qui natus eſt. Suffragatur vna cũ oratione p totã octauam ¶ In feſto ſctõrum Ioannis & Pauli martyrum añ. Sanctũ eſt verum. Pſal. Laudate pue.

Capitulum.

Eccle. ca. 44 HI ſunt viri miſericordię: quorũ iuſtitiæ obliuionem non acceperũt: cum ſemine eorum pmanent bona: hæreditas ſancta nepotes eorũ. Deo. ℟. Beati martyres Chriſti. Hym. Sanctorũ meritis. ℣. Lętamini in. Ad magni. añ. Iſti ſunt duę oliuę & duo cãdelabra lucentia ante dñm: habent ptãtẽ claudere cœlum nubibus & aperire portas eius: qa linguæ eorum claues cœli factæ ſunt. Oratio.



QVæſumus ops deus: vt nos geminata læticia hodiernæ feſtiuitatis excipiat: quæ de beatorum martyrum tuorum Ioannis & Pauli glorificatione proceſſit: quos eadem fides & paſſio vere fecit eſſe germanos. Per. Hiſtoria de martyribus in communi. Lectio i.

TEmpore quo Iulianus impius Cęſar Romanum tenebat imperium: multi Chriſtianorum declinantes ſęuiciam tyrannidis eius occultabantur: alĳ vero ſe ingerentes martyrĳ palmam conſequebantur. Tu. Lectio ĳ.

Data autem fuerat impiiſsima iuſsio ab eo: vt nō eſſet ciuitas vicus aut poſſeſsio: vbi non idolum erigeretur. Ipſe autem captus cupiditate ſacrilega: auaritiam ſuam euangelij teſtimonio colorabat. Nam Chriſtianorum facultates & patrimonia auferens dicebat eis. In euangelio Chriſtus veſter dicit. Qui non renunciat omībus quę poſsidet: non pōt meus eſſe diſcipulus. Tu aūt. Lc. iij.

Peruenit igitur ad eū qd' Paulus & Ioannes omī die turbas Chriſtianorū recrearent ex his rebus quas ſacratiſsima virgo Cōſtantia reliquerat: quibus Iulianus mandauit hæc. Conſiderare vos oportet optimi milites qa in regali aula eſtis nutriti: non debetis deeſſe lateri meo: quia vos primos in Palatio meo habere volo. Quod ſi contemptus à vobis fuero: neceſſe mihi erit agere vt non contemni poſsim. Tu. Lectio iiij.

Tunc Paulus & Ioannes dixerunt. Deum tibi ꝑponimus q̄ fecit cœlum & terram mare & oīa q̄ in eis ſunt: & ideo ſcire te volumus: qa nunq̄ ad culturā tuā neq; ad Palaciū veniemus. Lectio v.

Tūc Iulian⁹ furore replet⁹ ait. Decē dieb⁹ donātur vobis inducię: vt decima tranſacta die ſponte ad me veniētes: amicos vos habeā: nō venientes aūt quaſi hoſtes publice puniā. Paulus & Ioannes dixerunt. Iam induciarum nobis decimā exiſtima diem ꝑteriiſſe: hoc aūt quod poſt decem dies minaris te eſſe facturū hodie perfice. Lectio vi.

Tūc ſcti viri Ioannes & Paulus Chriſtianos ad ſe

conuocan-

conuocantes: ordinauerũt de om̃ibus quæ relinquere poterant: ac per totos decem dies & noctes inceſſanter de mortis ſupplicio metuentibus inſiſtebant. Die aũt vndecima miſſus Terentianus ab imperatore venit ad eos cum militibus hora cœnę. Qui ingreſſus inuenit eos orãtes: & dixit eis. Dñs meus Iulianus ſtatunculam auream miſit ad vos: vt adoretis illam & thura incendatis ei. Homel. Cum audieritis. Item ĩ miſſa euangeliũ. Attendite à fermento Phariſæorum. Iſti ſunt duo viri miſericordię qui aſsiſtunt ante dominũ. Dominatorem vniuerſæ terræ. ℣. Iſti ſunt duæ oliuę: duo candelabra lucentia ante dominum. Do. ℟. Iſti ſunt duæ oliuę & duo candelabra lucenti ante dominũ: habent ptãtẽ claudere cœlum nubibus & aperire portas eius: quia linguæ eorum claues cœli factæ ſunt. ℣. Iſti ſunt duo viri miſericordiæ qui aſsiſtunt ante dominũ. Quia ℟. Beati martyres Chriſti Ioannes & Paulus dixerunt Iuliano: nobis autem alius non eſt niſi vnus deus. Pater & filius & ſpiritus ſanctus. ℣. Vnus ſpiritus & vna fides erat in eis. Pater. Ad lau. añ. Paulus & Ioannes dixerunt ad Iulianum: nos vnum deum colimus qui fecit cœlum & terram.

69 Pſal. Dominus reg. Añ. Paulus & Ioannes dixerunt ad Terentianum: ſi tuus dominus eſt Iulianus: habeto pacem cum illo: nobis alius nõ eſt niſi dominus Ieſus Chriſtus. Añ. Ioannes & Paulus cognoſcentes tyrannidem Iuliani: facultates ſuas pauperibus erogare ceperũt. Añ. Sancti ſpiritus

ritus & animæ iuſtorum hymnum dicite deo alleluia. Añ. Ioannes & Paulus dixerũt ad Gallicanum fac votum deo cœli: & eris victor melior quam fuiſti. Cap̃. vt ſup. Hymnus. Rex glorioſe. Ad bñ. añ. Iſti ſunt ſancti qui pro dei amore minas hominum contempſerunt ſancti martyres in regno æterno exultant cum angelis: ô quam precioſa eſt mors ſanctorum qui aſsidue aſsiſtũt ante dominum & ab inuicem non ſunt ſeparati.

Oratio vt ſupra ad vi. Capitulum.

ET in teſtamẽtis ſanctorũ ſtetit ſemen eorũ: & filíj eorum propter eos vſq; in æternum manent: generatio eorum & gloria eorum non derelinquetur in ſecula. Ad nonam capitulũ. Eccle. ca. 44.

COrpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt: & nomina eorum viuent in ſecula: ſapientiã eorum narrent populi: & laudem eorum pronunciet omnis eccleſia ſanctorum. Deo. Ad ſecundas veſp. añ. Paulus & Ioannes. Pſal. Dixit dominus. Beatus vir. In conuertendo. Eripe me. Lauda Hieruſalem. Cap̃. vt ſupra i. Beati martyres. Hym. Sanctorũ meritis. Ad magni. añ. Hæc eſt vera fraternitas quę nunq̃ potuit violari certamine: qui effuſo ſanguine ſecuti ſunt dominũ: contemnentes aulam regiam puenerunt ad regna cœleſtia. ¶ In feſto ſancti Ladislai regis & cõfeſſoris ad veſperas añ. Fons æternæ pietatis lux ſupernæ veritatis: tibi Chriſte complacente Ladislao nos tuente: fac conſortes æternorum te laudantes gaudiorum. Pſal. Laudate pue. Capit. Eccle. ca. 44.

Dedit

Dedit dominus confeſſio. ℟. Salue rex benigne Ladislae laude digne. Honor noſter & patrone pie potens tutor bone. ℣. Afflictorum portans onus & ad omne pium pronus. Honor. Hymnus.



REgis regum ciuis aue regum gēma Ladislae regni conſors gloriæ: regem regum es aggreſſus: ſis defenſor indefeſſus & athleta patriæ. Salue ſalus Vngarorū rex coheres angelorum: vas cœleſtis grātiæ: ab æterno vas electum: vas inſigne: vas effectum vendicans iuſtitiæ. Hungarorum gens congaude: noua noui regis laude pulſans tyntinabula: fœlix aue Varadinum cuius augens famā ſignum reſonet ſecula. Tibi Chriſte conſors hymnum canit orbis: qui per lignum ad te trahis omnia: ſcala factus aſcenſorum & corona confeſſorū: tibi laus & gloria. Amen. ℣. Ora pro nobis beate rex Ladislae. Vt. Ad magni. añ. Confeſſor domine Ladislae aſtantem plebē corrobora ſctā tua intercesſione vt q̄ pctōrū pōdere ꝓmimur beatitudinis tuę gratia ſubleuemur: & te duce æterna pręmia conſequamur. Oratio.

DEus qui btm̄ Ladislaum regem noſtrum & confeſſorē tuū: miro miſerationis modo delinquentē ad veniā & iuſtū trāſtuliſti ad gloriā: p̄ſta q̄s: vt quē rectorem habuimus in terris: cum modo protectorē ſentiam' in cœlis. Per. Ad matut. inuitat. Confeſſorum regem adorem'.

Qui cœleſtis regni meritum & gloriam conceſſit ſcto ſuo Ladislao. Pſal. Venite. Quære infra in communi ſanctorum de Apoſtolis. In i. noct. an. Hic iniquis non conſenſit: quorum vitam dum contempſit Chriſti iugo ſe ſubiecit: & quæ deo placent fecit cogitando operando: & doctrinam vitæ dando. Pſal. Beatus vir. Añ. Rex â Chriſto constitutus: eſt ab ipſo ſecutus quod virtute ſit indutus & in mõte ſancto tutus. Pſal. Quare fre. Añ. Tua Chriſte eſt gloria ſalus & victoria: ipſe tuus eſt ſuſceptor idem noſter ſit protector. Pſ. Dñe quid. ℣. Amauit eum do. Lectio prima.

Beatus rex Ladislaus Chriſtianæ fidei cultor eximius: pura mẽtis deuotione Chriſto ſeruire ſtuduit. Illuſtratus enim ſancti ſpũs gratia: arridentis ſibi atq; blandientis mundi gloriam caducã reputans & tranſitoriam eſuriuit & ſitiuit iuſtitiam: vt ad æternã fœliciter perueniret patriã. Quamuis enim mundus ſibi florens alludeſceret: in eius corde tamẽ iam aruerat: cuius ipſe cõcupiſcentis crucifixus fuerat. ℟. Edoctus ſpiritus ſancti gratia beatus rex Ladislaus ruentis mundi gloriam ſpreuit vt tranſitoriam: ſecutus eſt iuſtitiam. Qui pro Chriſti gratia perẽni gaudet gloria. ℣. Mundum ſibi blandientem ſuos ſemper ſeducentem cõtemnendo ſuperauit: & ſe Chriſto mancipauit. Qui. Lectio ij.

In hoc itaq; mortali corpore viuens: iam non ipſe ſed in ipſo Chriſtus fidẽ rectã verã catholicã in Chriſto Ieſu fundatã: in cordib⁹ patriarcharũ & propho-

prophetarum radicatam apoſtolico præconio cō-
mendatam: tota mēte fideliter amplectendo te-
nuit. Sup hoc fundamentū: gratū deo omipotēti
habitaculū: & ſcti ſpūs ſacrariū ex auro gēmiſq; &
lapidib⁹ pcioſis: ſcd'm apoſtolū ædificauit. Tu. ℟.
Diuturnis excubijs in eccleſijs deum inſtan-
ter obſecrabat. Ieiunijs & vigilijs carnem ma-
cerabat: mentem roborabat. ℣. Vt Iſaac exiens
in agrum meditabatur dū diuinę celſitudinis ſpe
ciem contemplabatur. Ieiunijs. Lectio iij.
Erat enim copioſus in miſericordia: longanimis
in patientia: pietate rex ſerenus: gratiatum do-
nis plenus: cultor iuſtitiæ: patronus pudicitiæ:
conſolator afflictorum: ſubleuator oppreſſorum:
miſerator orphanorū: pius pater pupillorū miſe-
rorum & inopū neceſſitatibus miſericordiæ vi-
ſceribus affluens ſubueniebat. Vñ & exuberante
in ipſo donorū plenitudine diuinę miſerationis
gratia: ſpeciali tamē pęminentię progatiua: ipſa
corporis Phiſonomia vt ſpecies Priami imperio
digna declararet. Erat em̄ manu fortis magnas ha
bens ſcapulas: ſtatura deniq; procerus: viſu ſine
dubio deſiderabilis. ℟. In iudicandis & examinā-
dis cauſis non potentia ſed prudētia decernebat.
Rigori iuſtitiæ lenitatem miſericordiæ præfere-
bat. ℣. Diſcretus in eloquio: vtilis in ſilentio:
cautus in conſilio. In ij. noctur. Aña. Inuocan-
tem exaudiuit dominus dilectū quem aſciuit ſibi
Chriſtus: cui donauit fructū qđ bonū optauit. Pſ.
Cum inuoca. Añ. Scuto bene volūtatis dono tuæ
pietatis

pietatis Chriſtũ Chriſte coronaſti quem ad cœlos ſubleuaſti. Pſal. Verba mea. An. Admirabile & ineffabile nomen tuum dñe: nam in tuo noĩe ſanctus iſte proſpere ſublimis in æthere tecum gaudet viuere. Pſal. Dñe dñs noſter. ℣. Iuſtum deduxit.

Lectio iiij.

HIc ſanctus rex rigorem iuſtitiæ lenitate tẽperans miſericordię: cui regni quippe gubernaculũ nõ ſolũ honori ſed & oneri erat Hieroſolymam ſe iturũ vouerat: vt vbi ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti pro redemptione noſtra fuſus eſt: ibi ipſe ſangnine ſuo contra inimicos crucis Chriſti dimicaret. Duces autem Francorum Lothoringorum & Alemannorũ qui cum exercitu dñi illuc ꝓfecturi erant: oẽs pium regẽ Ladislaum digne dignum ſibi ducem ac præceptorem ꝓficere concorditer diſpoſuerant. Prius autem q̃ de Francia & Alemannia cæteriſq; occidentalibus regionibus exercitus dñi in Vngariã conueniret: pius rex vrgente neceſsitate contra Bohemos in expeditionem profectus eſt. ℟. In naturalibus bonis gratuitis donis ipſum natura prærogatiua ꝓtulerat. Quæ dederat ſibi valorem cunctis meliorem. ℣. Ladislai ſpecies digna fuit imperio: veneranda facies angelorum conſortio. Quæ.

Lectio v.

TAndem repentina ibi egritudine correptus: viribus corporis cepit omnino deſtitui: conuocatis itaq; à rege principibus indicauit diſſolutionẽ ſui corporis imminere. Quo audito clamor mul-

titudinis plangentium & lamentantiū gementium morte pĳſſimi regis Ladislai: vſq; in cœlū extollitur. Sed pius rex accepta euchariſtia corporis & ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti: in quem fideliter credidit: & quem tota mente dilexit fideliter migrauit ad dominum. ℞.Hunc circundat veritas & miſericordia oſculatur charitas ſimul cum iuſtitia: per hunc ad terreſtria ꝓſpexit benignitas. Et dona cœleſtia nobis dedit deitas. ℣.Cęcis viſum reſtaurauit: mutis linguas reſerauit: rupta membra roborauit diſſoluta ſolidauit. Et dona ce.

Lectio ſexta.

Hanxit aūt cum vniuerſa multitudo Hungarorū: clerus & populus ſimul in vnū diues & pauper. Iuuenes & virgines continuo triū annorū ſpacio in veſtibꝰ lugubribus ſqualidi: choreas nō duxerūt: & omne genus muſicorū & dilenitiua dulciſſona vltra tempus luctus ſiluerunt. Noſtris quoq; temporibus deus multis mirabilibus ſctm̄ confeſſorē ſuum Ladislaum glorificauit. Nam anno dn̄i mileſimo: centeſimo nonageſimo ſcd'o: ſctm̄ corpꝰ eius canonizatū eſt. Tu. ℞.Salue rex be. vt ſup.

In iij. noct. An̄.Dn̄e hic opatus eſt iuſtitiā: & cōfirmatus eſt in gratiam nunc in ſuperno ſolio: in ſanctorū tripudio fœlici gaudet gaudio. Pſal.Dn̄e quis ha. An̄. Ladislaus honoratur cuius caput coronatur: regum ritu generoſo de lapide precioſo
12 datur illi dignitas æterna fœlicitas. Pſal. Domine in vir. An̄. Hic accipit benedictionem quem ſuſcepit in adoptionē eius & deuotionē eius clare

commen-

commendauit: quem hæredem adoptauit: & in
cœlis coronauit. Pſal. Domini eſt terra. ℣. Non 15
eſt inuentus ſimilis. Homelia. Nemo accendit
lucernam. ℟. De radice regię ſtirpis propagatus
illuſtri proſapia ſcemate prolatus. De ſancta pro-
genie regum generatus qui virtutum acie viguit
ſtipatus. ℣. Moribus nobilior: virtutibus clarior q;
genere: cui viuere Chriſtus eſt in æthere. De. ℟.
Ieſu bone per Ladislai merita: noſtra dimitte de-
bita domum portam ſepulchrum viſita. Et à trina
nos morte ſuſcita. ℣. Actu mente vel vſu perdita:
pietate reſtaura ſolita. Et. ℟. Surge gaude Pan-
nonia: fœlix intende proſpere vt collaudes fœ-
licia Ladislai præconia. Noctis expelle tedia iam
lucis orto ſydere. ℣. Surge collauda dñm: quia de
viris ſanguinum per hunc ſaluare voluit: & libe-
rare ſtatuit te lucis ante terminum. No. Ad lau-
des añ. Sanctus iſte indutus eſt decorem qui ſe-
cutus eſt ſaluatorē: cōſecutus eſt honorem mun-
di pompis meliorem: nam eſt eius fortitudo ſem
piterna ſanctitudo. Pſalmus. Dominus reg. Aña. 69
Iubilate & inuocate Ladislai præſidiū: quod per
ipſum rex oīm Chriſt⁹ noſtrū ſit gaudiū. Añ. Qui
paſſus eſt propter nos: illuminet ſuper nos vultū
ſuum cū gratia in beata gloria. Añ. Mundialis fa-
bricę gaudens vniuerſitas te beata trinitas bene-
dicit: & condicit tibi laudes debitas. Añ. Laudet
te rex gloriæ ſancta vox eccleſiæ ſolennizans ho-
die dulci voce melodię. Capitulū vt ſup. Hymn⁹.
Hūgarorū gēs. ℣. Os iuſti. Ad bñs añ. Bñdictus

Digitized by Google

eſt ſaluator ſanitatis reparator Ieſus Chriſtus qui
beatum Ladiſlaum ſanitatum decorauit gratia: q̄
mira potentia multis egrotantibus pluribusq́ de-
bilibus de ſalute deſperatis: mole mortis mole
ſtratis: diuinam medicinam adhibuit: & ſanita-
tem tribuit. Oratio vt ſup. Ad ij. veſp. añ. Sanctus
87 iſte. Pſal. Dixit dñs. Cõfitebor. Beatus vir. Cre-
didi. In conuertendo. Cap̄. vt ſup̄. ℟. Surge gau-
de. Hymnus. Regis regum. ℣. Amauit eum. Ad
magni. añ. O ſancte rex Ladiſlae: ô columna mi-
litiæ Chriſtianæ: ô firmiſsima ſpes tuæ gentis: in
tuere deuotionem populi te quærentis & ſub tuũ
præſidium confugientis: ô miſericors miſericor
diã conſecutus: intercede ꝑ noſtra oimq́ ſalute.

¶ In vigilia ſanctorum Petri & Pauli inuit. añ. Pſ.
de pſalterio. Lectio i. Secundum Ioannem.

cap. 16



IN illo tempore. Dixit Ieſus
Simoni Petro Simon Ioan-
nis diligis me plus his dicit
ei. Etiam dñe: tu ſcis quia a-
mo te. Dicit ei. Paſce agnos
meos. Et reli. Homel. vene.
Bedæ.

Virtutem nobis perfectę dilectionis: pręſens ſcti
euangelij lectio commendat. Perfecta enim dile-
ctio eſt qua deum ex toto corde: tota anima: tota
virtute: proximum autem tanq̄ noſmetipſos di-
ligere iubemur. Tu. ℟. ia. de dñica dicuntur. L. ij.
Et neutra harum dilectio ſine altera valet eſſe ꝑ-
fecta: quia nec deus vere ſine proximo: nec ſine
deo

deo vere põt proximus amari. Vnde dominus totiens interrogato Petro an ſe diligeret: & illo reſpondente: quod eum ipſo teſte diligeret: adiungebat p ſingula ita concludẽs. Paſce oues meas: ſiue agnos meos. Tu. Lectio iij.

A c ſi aperte diceret. Hæc ſola & vera eſt ꝓbatio integri in deum amoris ſi erga fratres ſtudueris curam ſoliciti exercere laboris. Nam quicunq; fratri opus pietatis quod valet impendere negligit: minus iuſte ſe conditorem diligere oſtendit cuius mandatum in ſuſtentanda proximi neceſſitate contemnit. Tu. Laudes de pſalterio. Cap.

IN diebus illis Petrus & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam: & quidã vir qui erat claudus ex vtero matris ſuæ baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi quæ dicitur ſpecioſa vt peteret elemoſynam ab introeuntibus in templũ. Hym de pſalterio. Actuũ cap. 3

Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt nullis nos permittas perturbationibus concuti: quos in apoſtolice cõfeſſionis Petra ſolidaſti. Per. Eodem die oratio.

DEus qui beatum Leonem pontificem ſanctorum tuorum meritis coæquaſti: concede propitius: vt qui cõmemorationis eius feſta percolim⁹ vitæ quoq; imitemur excẽpla. Per.

Ad vi. Capitulum.

INtuens aũt in eum Petrus cum Ioanne dixit reſpice in nos: at ille intendebat in eos ſperãs ſe Actuũ cap. 3

Yy iij aliquid

Digitized by Google

aliquid accepturũ ab eis. Deo gratias. Ad ix. Cap.

Actuũ cap. 3

ET vidit eum oĩs populus ambulantem & laudantem deũ: cognoſcebant autem illũ: quoniam ipſe erat qui ad elemoſynam ſedebat: ad ſpecioſam portam templi: & repleti ſunt oẽs ſtupore & extaſi in eo quod contigerat illi. Deo. In primis reſp. añ. In plateis ponebantur infirmi in lectulis: vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quemq̃ illorũ: & liberaretur ab infirmitatib⁹ ſuis. Pſal. Laudate. Añ. Ait Petrus principibus ſacerdotũ: Ieſum quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno: hunc deus ſuſcitauit principem ac ſaluatorem exaltauit ad dandam pœnitentiam in remiſſionem peccatorũ. Añ. Petrus Apoſtolus dixit paralytico: enea ſanet te dñs Ieſus Chriſtus ſurge & ſterne tibi: qui cõtinuo ſurrexit: & omnes qui videbant conuerſi ſunt ad dominũ. Añ. Factum eſt vt quædam diſcipula nomine Tabitha plena operib⁹ bonis & elemoſynis infirmata moreretur miſerũt autem diſcipuli ad Petrum rogantes ne pigriteris venire vſq; ad nos. Añs. Aduentente Petro circunſteterunt illum omnes viduę flentes & oſtendentes tunicas & veſtes quas faciebat illis dorcas. Capitulum.

Actuũ cap. 3

IN diebus illis Miſit Herodes rex manus vt affligeret quoſdam de eccleſia: occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio: videns autẽ q̃a placeret Iudeis: appoſuit apprehendere & Petrũ: erat autem dies Azimorum. ℟. Cornelius centurio vir religioſus ac timẽs deũ: vidit manifeſtè ange-

angelum dei dicentem ſibi. Corneli mitte & accerſi Simonem qui cognominatur Petrus: hic dicet tibi quid te oporteat facere. ✠. Cum oraſſet Cornelius nondum in Chriſto renatus apparuit angelus dicens. Cor. Hymnus

AVrea luce & decore roſeo: lux lucis omne pfudiſti ſeculū: decorās cœlos inclyto martyrio hac ſacra die quę dat reis veniā. Ianitor cœli doctor orbis pariter iudices ſecli: vera mūdi lumina p crucē alter: alter enſe triumphās: vitę ſenat⁹ laureati poſſident. Iā bone paſtor Petre clemēs accipe vota pcantū: & pctī vincula reſolue tibi ptāte tradita: qua cunctis cœlum verbo claudis aperis. Doctor egregie Paule mores inſtrue: & mente polū nos trāsferre ſatage: donec pfectū largiatur plenius: euacuato qđ ex parte gerimus. Oliuę binę pietatis vnicę ſide deuotos: ſpe robuſtos: maximę fonte repletos charitatis gemine: poſt mortem carnis impetrate viuere. Sit trinitati ſempiterna gloria: honor ptās atq; iubilatio in vnitate cui manet imperiū ex tunc & modo per æterna ſecula. Amen. ✠. Tu es Petrus. Et ſup. Ad magni. aā. O princeps apoſtolorū pie paſtor ouium Ianitor aulę cœleſtis tibi patet oſtium: cui non præualēt portarū vectes infernaliū: tu ligandi tu ſoluendi tenes pontificiū: ſolues nos cœli nobis aperi palacium. Oratio.

DEus qui hodiernum diem apoſtolorū tuorum Petri & Pauli martyrio cōſecraſti: da eccleſię tuę eorū ī oīb⁹ ſeq. pceptū: p quos

 religio-

religionis ſumpſit exordiū. Per. Ad matut. inuit. Venite adoremus regem regum. Qui in cœlo & in terra primum ſancto donum dedit Petro ius ligandi atq; ſoluendi. Pſal. Venite. Quęre in communi ſanctorū de apoſtolis. In i. noctur. an. Petrus & Ioannes aſcenderunt in templum ad horā
11 orationis nonam. Pſal. Cœli enar. Añ. Claudus quidam cum vidiſſet Petrum & Ioannem: cepit
21 rogare eos vt elemoſynam acciperet. Pſal. Bñdicam. Añ. Argentū & aurum non eſt mihi: quod
31 autem habeo hoc tibi do. Pſal. Eructauit. ℣. In omnem terram. Le. i. Sermo beati Leonis Papę.

Omnium quidem ſanctarum ſolennitatū dilectiſsimi totius mundus eſt particeps: & vnius fidei pietas exigit: vt quicquid ꝓ ſalute vniuerſorum geſtum recolitur: communibus vbiq; gaudijs celebretur. Verūtamē hodierna feſtiuitas: præter illam reuerentiam quam toto orbe terrarū promeruit: ſpeciali & propria noſtræ vrbis exultatione veneranda eſt: vt vbi præcipuorum apoſtolorum glorificatus eſt exitus: ibi in die martyrij eorum ſit læticiæ principatus. Tu. ℟. Simon Petre anteq̄ de naui vocarem te noui te: & ſuper plebem meam principem te conſtitui. Et claues regni cœlorum tradidi tibi. ℣. Quodcunq; ligaueris ſuper terram: erit ligatum & in cœlis & quodcūq; ſolueris ſuper terrā: erit ſolutum & in cœlis. Lectio ij.

Iſti enim ſunt viri per quos tibi euangeliū Chriſti Roma reſplenduit & quę eras magiſtra erroris facta

facta es diſcipula veritatis. Iſti ſunt ſancti patres tui veriq́; paſtores q̄ te regnis cœleſtibus inſerēdo multo meli⁹ multoq́; fœlicius condiderunt: q̄ illi quorum prima ſtudio mœnium tuorum fundamenta locata ſunt: e quibus is qui tibi nomen dedit: fraterna te cede fedauit. ℞. Si diligis me Simon Petre paſce oues meas: dñe tu noſti quia amo te. Et animam meam pono pro te. ℣. Si oportuerit me mori tecum: non te negabo.

Lectio iij.

Iſti ſunt qui te ad hanc gloriam ꝓuexerunt: vt gens ſancta: populus electus: ciuitas ſacerdotalis & regia: per ſacram beati Petri ſedem caput orbis effecta latius præſideres religione diuina: q̄ dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs ius imperij tui terrę mariq́; protuleris: minus tamen eſt quod tibi bellicus labor ſubdidit quam quod pax Chriſtiana ſubiecit. Tu. ℞. Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam & portę inferi nō perualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. ℣. Quodcunq́; ligaueris ſuper terram. vt ſup. In ij. noctur. an. In noīe Ieſu Chriſti Nazareni ſurge
& ambula in pace. Pſal. Omnes gen. Añ. Exiliēs 32
claudus ambulabat & intrauit cum illis ambulās
& laudans deū. Pſal. Exaudi deus depre. Añ. Vi- 42
dit populus claudū ambulantem & laudantē deū: & repleti ſunt ſtupore & extaſi in eo quod conti-
gerat illi. Pſal. Exaudi deus oratio. ℣. Conſti- 43
tues eos principes. Lectio iiij.

VT autem dei inenarrabilis gratię per totū mundum diffunderetur effectus: Romanū regnū diuina ꝓuidentia ꝑparauit: cuius ad eos limites incremēta perducta ſunt: q̄bus cunctarū vndiq̄ gentiū vicina & cōtigua eſſet vniuerſitas. Diſpoſito enim diuinitus opi maximè congruebat: vt multa regna vno confederarentur imperio: & cito ꝑvios haberet populos ꝑdicatio generalis: quos vnius teneret regimen ciuitatis. Tu. ℟. Dn̄e ſi tu es iube me venire ad te ſuper aquas. Et extendens manum apprehendit eum: & dixit Ieſus: modicę fidei: quare dubitaſti ℣. Cūq̄ vidiſſet ventum validū venientem timuit & cū cepiſſet mergi clamabat dicens dn̄e ſaluū me fac. Et.

Lectio quinta.

Hęc aūt ciuitas ignorās ſuę ꝓuectionis auctorē cū pene oib⁹ dn̄aretur gentib⁹ oīm gentiū ſeruiebat errorib⁹: & magnā ſibi videbatur ſuſcepiſſe religionē quia nullā reſpuerat falſitatē. Vnde quanto erat per diabolum tenacius illigata: tanto per Chriſtum eſt mirabilius abſoluta. Tu. ℟. Surge Petre & indue te veſtimentis tuis accipe fortitudinem ad ſaluandas gentes. Quia ceciderunt cathenę de manibus tuis. ℣. Angelus autē dn̄i aſtitit & lumen refulſit in habitaculo carceris percuſſoq̄ latere Petri excitauit eum dicēs ſurge velociter. Quia.

Lectio vi.

Nam cū duodecim apoſtoli per ſpiritū ſc̄tm̄ oīm locutionē linguarū ad imbuendū euangelio mūdū: diſtributis ſibi terrarū partib⁹ ſuſcepiſſent: beatiſsimus

tiſsimus Petrus princeps apoſtolici ordinis ad ar-
cem Romani deſtinatur imperij: vt lux veritatis
quę in oĩm gentiũ reuelabatur ſalutẽ efficaci⁹ ſe
ab ipſo capite p̃ totũ mũdi corp⁹ effunderet. Tu
es paſtor ouium princeps apoſtolorũ: tibi tradidit
deus oĩa regna mundi. Et ideo traditæ ſunt tibi
claues regni cœlorũ. ℟. Tibi enim â dño collata
eſt ptãs ligandi atq; ſoluendi. In iij. noct. añ. Pe-
trus autem ſeruabatur in carcere: & oratio fiebat
pro eo ſine intermiſsione ab eccleſia ad deum.
Pſal. Confitebimur. Añ. Dixit angelus ad Petrũ
circunda tibi veſtimentum tuũ & ſequere me. 71
Pſal. Dñs reg. ex. Añ. Miſit dñs angelũ ſuum: &
liberauit me de manu Herodis alleluia. Pſal. Dñs 73
reg. iraſ. ℣. Nimis hono. Lectio vij. Secundum
Mattheum.



IN illo tẽpore. Venit Ieſus in cap. 16
partes Cæſareę Philippi & in-
terrogabat diſcipulos ſuos
dicens. Quem dicunt homi-
nes eſſe filium hominis? Et
reli. Homelia venerabilis Bæ-
dæ præsbyteri.

Lectio ſancti euangelij: quam modo fratres audi-
ſtis tanto intentius cogitanda: ac ſine obliuione
eſt iugiter retinenda: quanto conſtat quia ma-
gnam nobis fidei perfectionem commẽdat: ma-
gnũ eiuſdẽ perfectæ fidei contra omnia tenta-
menta robur eque demõſtrat. Tu. ℟. Quẽ dicũt
hoĩes eſſe filiũ hominis dixit Ieſus diſcipulis ſuis?
rñdens

Digitized by Google

rñdens Petrus dixit tu es Chriſtus filius dei viui. Et ego dico tibi qa tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meã. ℟. Beatus es Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi ſed pater meus qui eſt in cœlis. Lectio viij.

Si enim ſcire volumus quomodo in Chriſtũ credi oporteat: quid lucidius eo quod ait ad eum Petrus: tu es Chriſtus filius dei viui? Rurſus ſi audire delectat quantum hæc fides valeat: quid apertius eo quod dicit dñs de eccleſia quę ſuper eã ædificanda erat & portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Sed hæc ſuis l locis plenius exponentur. Tu aũt. ℟. Ego pro te rogaui Patrẽ vt nõ deficiat fides tua: Et tu aliquando conuerſus cõfirma fratres tuos. ℣. Caro & ſanguis non reuelauit tibi ſed pater meus qui eſt in cœlis. Et.

Lectio ix.

Tunc autem reuertẽtes ad explanandam ex ordine lectionem dominicam: primo videamus de loco in quo habita memorantur. Venit inquit Ieſus in partes Cæſareę Philippi. Philippus: vt lucas teſtatur: erat tetrarcha Iturię & traconitidis regionis hic ergo ſtatuẽs ciuitatẽ in loco vbi Iordanis ad radices oritur Libani montis & eſt terminus Iudeæ contra ſeptentrionem: appellauit eam Ceſaream Philippi. ℟. Petre amas me? tu ſcis domine qnia amo te. Paſce oues meas. ℣. Simon Ioannis diligis me plus his? tu ſcis dñe quia amo te. Pa. Ad Laudes añ. Petre amas me? paſce oues meas: tu ſcis dñe quia amo te. Pſal. Dñs re.

Digitized by Google

Añ. Simon Ioannis diligis me plus his tu ſcis dñe quia amo te. Añ. Significauit dñs Petro qua morte clarificaturus eſſet deum alleluia. Añ. Ego pro te rogaui Petre vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Añ. Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam. Cap. In diebus illis miſit Herodes. Hym. Iam bone paſtor. Doctor egre. Sit trinitati. ℣. Annunciauerũt. Ad bñs añ. Quem dicũt homines eſſe filium hominis dixit Ieſus diſcipulis ſuis? rñdens Petrus dixit tu es Chriſtus filius dei viui: & ego dico tibi: quia tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam tuam.

Oratio vt ſup. Ad vi. Cap. Actuũ cap. 12

ANgelus aũt dñi aſtitit & lumen refulſit in habitaculo carceris percuſſoq; lateri Petri excitauit eum dicens: ſurge velociter: & ceciderunt cathenę de manibus eius. Ad ix. Cap. Actuũ cap. 12

ET Petrus ad ſe reuerſus dixit nũc ſcio vere: quia miſit dñs augelum ſuum & eripuit me de manu Herodis: & de omni expectatione plebis Iudæorum. Deo gratias. Ad veſp. añ. Petre amas me? Cum cæteris. Pſal. Dixit dñs. Laudate pueri. Credidi. In conuertendo. Dñe probaſti. Cap. In diebus illis miſit her. ℟. Petre amas me? Hymnus. Iam bone pa. Sit trinitati. ℣. In omnẽ terram. Ad magnifi. añ. Quodcunq; ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis: & quodcunq; ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis dicit dominus Simoni Petro. Oratio.

87

108

D eus

DEus qui beato Petro apoſtolo tuo collatis clauibus regni cœleſtis animas ligādi atq; ſoluendi pontificiū tradidiſti: concede: vt interceſsionis eius auxilio: à peccatorū noſtrorū nexibus liberemur. Per. Itē finita oratione dicit ſacerdos. Per dñm.& reſpōdetur. Amen. Statim incipitur. ℟. ſcilicet Pauli & continuantur vſq; ad finem veſpere de eo. ¶ In commemoratione ſancti Pauli. ℟. Magnus ſanctus Paulus vas electionis. Vere digne eſt glorificandus: qui & meruit thronum duodecimum poſsidere. ℣. A Chriſto de cœlo vocatus: & in terram proſtratus ex perſecutore effectus eſt vas electionis. Vere. Hym. Doctor egregie. Sit trini. Quære hinc ſup. ℣. Ora pro nobis beate Paule apoſtole. Vt digni effi. Ad magni.añ. O glorioſum lumen oīm eccleſiarum ſole ſplendidius: ô vere apoſtolicum ſydus altiſsimum ſancte Paule qui æterni ſolis ſplendorem tenebris gentium pfudiſti: qui in terris poſitus cœlorum ſecreta petiſti: & quę nō licet homini loqui p̄uidiſti: illuc ſupplices tuos poſt hui⁹ carnis terminū perducere dignare quos feciſti veritatis lumen agnoſcere. Oratio.

DEus qui multitudinem gentiū beati Pauli apoſtoli tui prædicatione docuiſti: da nobis q̄s: vt cuius natalicia colimus eius apud te patrocinia ſentiam⁹. Per. Ad matut. inuit. Regem apoſtolorū. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Qui opatus eſt Petro in apoſtolatu: opatus eſt & mihi inter gentes & cognouerunt gratiā quæ data eſt

mihi

mihi à Chriſto dño. ℣. Qui me ſegregauit ex v-
tero matris meæ: & vocauit per gratiam ſuam.
Pſal. Cœli enar. Añ. Scio cui credidi & cert⁹ ſum 11
quia potẽs eſt depoſitum meum ſeruare in illum
diem iuſtus iudex. ℣. De reliquo repoſita eſt mi-
hi corona iuſtitiæ. Pſal. Bñdicam dñm. Añ. Mi- 21
hi viuere Chriſtus eſt & mori lucrum gloriari me
oportet in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. ℣. Per
quem mihi mũdus crucifixus eſt: & ego mundo.
Pſal. Eructauit. ℣. In omnem terram exi. Lect. i. 31

Sermo Ioannis Epiſcopi.

BEatus Paulus: qui tantam vim humanę ala-
critatis oſtẽdit: vt ad cœlũ quoq; ipſum vale-
at ſubuolare: ꝓtermittẽs angelos & archan-
gelos aliasq; virtutes: aliquando quidem ſuo ex-
emplo Chriſti nos fieri imitatores iubet dicendo:
imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti: aliquã
do aũt de ſe reſipiſcens ad ipſius nos dei imitatio-
nem accendit dicens. Eſtote ergo imitatores dei
ſicut filij chariſſimi. Iam vero demonſtrans: quia
nihil ita hanc imitationem pariat quam ſi ita vi-
uat aliquis: vt bonum eius in commune ꝓficiat:
atq; vniuerſis altiora prouideat adiunxit. Ambu-
late in charitate. Tu aũt. ℟. Qui operatus eſt Pe-
tro in apoſtolatu: operatus eſt & mihi inter gen-
tes. Et cognouerunt gratiam dei quę data eſt mi-
hi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit ſed gratia
eius ſemper in me manet. Et. Lectio ij.

Ideo cum dixiſſet: imitatores mei eſtote: conti-
nuo de charitate diſſeruit: quia hęc præcipue vir-
tus

tus homines deo proximos facit. Quantę enimcunq; ſint alię virtutes inferiorem tenentes locũ: cunctæ erga hominũ ſtudia verſantur vt eſt contra concupiſcentiam pugna: vt quo aduerſus gulam geritur bellum vt in auaritiæ interitum acies ordinata vt cum iracundię furore conflictus. Diligere vero nobis deoq; commune eſt. Propterea & dñs imperabat. Orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt. ℟. Bonum certamen certaui: curſum conſumaui: fidem ſeruaui. Ideoq; repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. ℣. Scio cui credidi: & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem Ideo. Lectio iij.

Hoc igitur & Paulus cunctorum eſſe intelligens caput bonorum omni in ſe ſtudio exprimere curauit. Nemo enim ita dilexit inimicos. Nemo in inſidiatores ſuos tam beneficus fuit. Nullus pro afflictoribus ſuis tanta perpeſſus eſt. Non illa eñ quæ patiebatur ſed naturæ copulam cogitabat: quantoq; amplius efferebantur inimici tanto magis eorum miſerabatur inſaniam. ℟. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi dñs in illum diem. Iuſtus iudex. ℣. Scio cui credi. vt ſup. In ij. noctur. ℟. Tu es vas electionis ſancte Paule apoſtole ꝑdicator veritatis in vniuerſo mundo. ℣. Per quem omnes gentes cognouerunt gratiam
32 dei. Pſal. Omnes gentes. Añ. Magnus ſanctus Paulus vas electionis vere digne eſt glorificandꝰ: qui & meruit thronum duodecimũ poſſidere. ℣.

In

Digitized by Google

In regeneratione cum ſederit filius hoīs in ſede maieſtatis ſuæ. Pſal. Exaudi deus dep̄. Añ. Bonū 42
certamen certaui curſum conſummaui: fidē ſeruaui. ℣. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Pſal. Exaudi deus oratio. ℟. Cōſtitues eos 43
prin.

Lectio iiij.

AVdi igitur quam cōpatienter quamq́ manſuete nobis pro illis loquatur: q̄ eū q̄nquies verberabāt: qui cathenis onerauerant: qui vinculis ſæpe conſtrinxerāt qui ipſum eius ſitiebant cruorem: quiq́ illum quotidie diſcerpere cupiebant. Teſtimonium inquit illis perhibeo quod emulationem dei habent: ſed non ſecundum ſcientiam. Rurſus eos qui ſe ſupra illos ſuperbius efferebant refrenans noli ait altū ſapere ſed time Si enim deus naturalibus non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Tu. ℟. Scio cui credidi & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare. In illum diem. ℣. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi dn̄s. In illum.

Lectio quinta.

Quia enim cognouerat dominicam iam illos p̄ceſsiſſe ſententiam: quod vnum & ſolum erat in ſua ptāte p̄ſtabat: ſæpe lachrymabatur vehementer pro illis dolebat: volentes eis inſultare p̄hibebat: atq́ inquantum poterat laborabat vmbrā eis aliquam excuſationis obtendere. Et quia propter contumaciam eorum atq́ duritiam perſuadere illis fidē ſermone non poterat ad orationes conuertebatur aſsiduas. Fratres inquit voluntas

 quidem

quidem cordis mei & obſecratio ad deum fit pro
illis in ſalutem. Tu. ℟.Audiſtis enim conuerſa-
tionem meam aliquando in Iudaiſmo quoniam
proficiebã. Supra multos coętaneos meos in ge-
nere meo ℣. Abundantius eñ emulator exiſtẽs
paternarũ mearum traditionũ. Su. Lectio vi.
Spe quoq; illos meliore ſolicitat dicẽs Sine pœ-
nitentia enim ſunt dona & vocatio dei: vt non
pertinaci vſq; ad finem deſperatione moriantur.
Quæ vtiq; omnia ſunt amantis & valde eorum
vtilitatibus prouidentis: vt cum dicitur. Veniet
ex Sion q eripiat & auertat impietates ab Iacob.
Mordebatur nanq; vehementer ac penitus diſſe-
cabatur cum eos pereuntes videret. Tu. ℟.San-
cte Paule apoſtole prædicator veritatis & doctor
gentiũ intercede pro nobis ad deum qui te ele-
git vt digni efficiamur gratia dei. ℣. Tu es vas ele
ctionis ſancte Paule apoſtole: prædicator veritatis
in vniuerſo mundo. Inter. In iij. noct. añ.Saulus
qui & Paulus magnus prædicator à deo conforta-
tus conualeſcebat & confundebat Iudæos. ℣.Af-
53 firmans q̃m hic eſt Chriſtus filius dei viui. Pſal.
Confitebimur. Añ. Ne magnitudo reuelationum
extollat me: datus eſt mihi ſtimulus carnis angel⁹
Sathanæ qui me colaphizet propter qd' ter dñm
rogaui: vt à me auferetur: & dixit mihi dñs: ſuf-
ficit tibi Paule gratia mea. ℣. Nam virtus in infir
71 mitate perficitur. Pſal. Dñs reg. ez. Añ.Repoſi-
ta eſt mihi corona iuſtitiæ: q̃ reddet mihi dñs in
illũ diem iuſtus iudex. ℣.Cooperante gratia ſpũs
ſancti.

ſancti. Pſal. Dñs re ℟ Nimis honorati ſunt amici 73
tui deus. Nimis. Lectio vij. Secundum Matth. cap. 19



IN illo tempore. Rñdens Simon Petrus dixit ad Ieſum. Ecce nos reliquim⁹ omnia & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis. Et reli. Homelia beati Hiero. presbyteri.

Tũc rñdens Petrus dixit. Ec- Ecce nos reliquimus omnia: & ſecuti ſumus te. Quid ergo erit nobis? Grandis fiducia: Petrus piſcator erat: diues non fuerat: cibos manu & arte quęrebat: & tñ loqnitur cõfidenter: ecce nos reliquim⁹ oĩa. Tu. ℟. *Saulus* autem magis ac magis conualeſcebat: & confundebat Iudæos qui habitabant Damaſci. Affirmans quoniã hic eſt Chriſtus. ℣. Fuit aũt cũ diſcipulis qui habitabant Damaſci per dies aliquot & continuo in ſynagogis prædicabat Ieſum. Af. Lectio viij.

Et quia non ſufficit tm̃ relinquere: iungit quod perfectum eſt: & ſecuti ſumus te. Fecimus quod iuſsiſti q̃d igitur nobis dabis premij? Ieſus aũt dixit illis. Amẽ dico vobis q̃d vos q̃ ſecuti eſtis me in regeneratione cum ſederit filius hoĩs in ſede maieſtatis ſuę, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Tu. ℟. Gratia dei ſum id quod ſum: & gratia eius in me vacua non fuit: ſed ſemper in me manet. ℣. Bonum certamen certaui: curſum conſumaui fidem ſeruaui. Et. Lectio ix.

Digitized by Google

Non dixit: qui reliquiſtis omnia: hoc eñ & Socrates fecit Philoſophus: & multi alij diuitias cõtempſerũt: ſed qui ſecuti eſtis me: qđ propriè apoſtolorũ eſt atq; credentiũ. In regeneratione cũ ſederit filius hoĩs in ſede maieſtatis ſuæ: qñ ex mortuis de corruptione reſurgẽt incorrupti: ſedebitis & vos in ſolijs iudicantiũ condemnantes duodecim trib⁹ Iſrael: qa vobis credentib⁹ illi credere noluerũt. ℞. Magnus ſanctus Paulus vt ſup. in veſp. Ad laudes añ. Ego plantaui: apollo rigauit deus aũt incrementũ dedit alleluia. ℣. Vnuſqſq; enim propriam mercedem accipiet ſecundũ ſuũ
69 laborẽ. Pſal. Dñs reg. Añ. Libenter gloriabor in infirmitatib⁹ meis vt inhabitet in me virtus Chriſti. ℣. Qñ eñ infirmor tũc fortior ſum & potẽs. Añ. Sanċte Paule apoſtole pdicator veritatis & doctor gentium: intercede pro nobis ad deum q te elegit. ℣. Vt digni efficiamur gratia dei. Aña. Gratia dei ĩ me vacua nõ fuit: ſed gratia eius ſemper ĩ me manet. ℣. Gratia dei ſum id quod ſum. Añ. Damaſci pp̃oſitus gentis Arethę regis voluit me comprehendere: à fratribus per murum ſubmiſſus ſum in ſporta: & ſic euaſi manus eius in noĩe dñi. ℣. Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti ſcit: quia non mentior. Capitulum.

Gal. 1 FRatres. Notũ vobis facio euangeliũ qđ euangelizatũ eſt à me: qa non eſt ſecundũ hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud neq; didici: ſed p reuelationẽ Ieſu Chriſti. Hym. Doctor egregie. Sit trinitati. ℣. Annunciauerũt.

Ad

Digitized by Google

Ad bñs añ. Vos qui ſecuti eſtis me: ſedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael: dicit dñs. Oratio. Deus qui multitudinem. vt ſup. añ. Quem dicunt homines. ℣. Tu es Petrus. Oratio. Deus qui beato Petro. Vt ſupra in die in ij. veſp. Ad vi. Capitulum.

FRatres Poſt annos tres veni Hieroſolymam videre Petrũ. & manſi apud eum diebus quindecim: alium autem apoſtolorũ vidi neminẽ niſi Iacobum fratrem dñi. Deo. Ad ix Capitulũ. Gal. 1.

FRatres. Erat aũt ignotus facie eccleſijs Iudeæ quæ erãt in Chriſto: tm̃ aũt auditũ habebant: qm̃ qui pſequebatur nos aliqñ: nũc euãgelizat fidẽ quam aliqñ expugnabat: & in me clarificabant dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Ad veſp. añ. Iurauit dñs. Cap̃. Iam nõ eſtis. ℟. Fuerũt ſine q̃rela. Hymnus. Exultet cœlũ. ℣. In oẽm terrã. De cõi apoſtolorũ. Ad magni. añ. Glorioſi principes terræ quõ in vita ſua dilexerunt ſe: ita & in morte non ſunt ſeparati. Oratio. Deus qui hodiernam diem. Suffra. fiant de dñica. De ſancto Ioanne añ. Pro eo qd' nõ credidiſti verbis meis: eris tacens & non poteris loqui vſque in diem natiuitatis eius ℣. Fuit homo. Oratio. Omñs deus da cordibus noſtris. Quære hic infra. De ſancto Adalberto de oĩbus ſanctis de pace. fiant ſuffra. Et iſte eſt modus Strigonienſis. Item qui voluerit tenere octauam ſancti Ioannis Baptiſtæ teneat modo infra ſcripto: quia eccleſia Strigonieñ. nõ tenet: ſed ſolum facit ſuff. in oĩbus hori: & etiam Gal. 1.

in miſſa. Sequitur an̄. ad veſp. Eliſabeth Zachariæ. Cum cæteris an̄is & Pſalmis vt ſup. in feſto ſuo. Cap̄. Audite inſu. vt ſup. ℟. Inter natos mulierum. Hym. Vt queāt laxis. ℣. Fuit homo miſſus. Ad magni. an̄. Pro eo quod non credidiſti.

Vt ſupra Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus: da cordib⁹ noſtris illam tuarum rectitudinem ſemitarum: quam beatus Ioannes baptiſta in deſerto vox clamantis edocuit. Cætera vt ſupra. Lectio prima.

NAtalē ſancti Ioannis fratres chariſsimi diē celebramus: qđ nulli vnq̄ ſanctorū legim⁹ fuiſſe conceſſum. Solius enim dn̄i: ſanctæ Mariæ: & beati Ioannis natiuitas in vniuerſo mundo celebratur & colitur. Illum enim ſterilis peperit: iſtum virgo concepit. In Eliſabeth ſterilitas vincitur: in beata Maria conceptionis conſuetudo mutatur. Eliſabeth virum cognoſcendo filium genuit: Maria angelo credidit: & concepit hominem. Concepit Eliſabeth hominem: ſed ſolū hoīem: maria deum & hoīem. Tu. Lc. ij.

Ideo aūt cū Ioannis natiuitate domini generatio deputatur: ne dn̄s extra veritatem videatur conditionis humanę ſi comparetur hoībus. Magnum ſacramentum fratres delectiſsimi. Ideo celebremus natalē Ioannis ſicut & Chriſti: quia ipſa natiuitas plena eſt myſterio. Quo myſterio niſi humilitatis noſtræ: ſicut natiuitas Chriſti plena eſt myſterio altitudinis noſtræ? Ioannes eīm homo eſt: Chriſtus vero deus eſt.

Digitized by Google

Lectio iij.

Beatus Ioannes baptiſta de Chriſto dño ſic pronunciat. Illum oportet creſcere: quia per omnē mundum Chriſti euangelium dilatabitur. Me aūt minui: qa Ioannis prophetia finietur. Huius quoqꝫ rei ſacramentū: tam in natiuitatibꝰ q̄ in paſsionibus amborū eſt impletum. Ioannē peperit mulier grandęua: Chriſtum virgo primęua. Iſtum deſperata ſterilitas: illum intacta virginitas. Poſtremū illum iuuencula creſcens: iſtum ſenecta deficiēs. Tu autem domine miſerere. Lectio iiij.

IN paſsione etiam ille erigitur: iſte proſternitur. Ioannes decollatur gladio: Chriſtus exaltatur in ligno. Vt humiliaretur homo eodem die natus eſt Ioannes: quo incipiunt decreſcere dies vt exaltetur deus: eo die natus eſt Chriſtus quo incipiunt creſcere dies. Illud autē quale eſt fratres & quanta eſt dignitas Ioannis: quod eum naſciturum ſicut Chriſtū dñm angelus parentibus nunciauit? Quare hoc meruit: quia nemo ſurrexit maior inter natos mulierum. Lect. v.

Hoc de Ioanne dixit virginis natus hoc teſtimonium perhibuit teſti ſuo: hanc ſententiā ꝑtulit iudex de præcone ſuo Ioannes ergo præcellit cunctis: eminet vniuerſis: Antecedit prophetas· ſupergreditur patriarchas. Et quiſquis de muliere natus eſt inferior eſt Ioanne: Ioannes natus eſt mulieris: Chriſtus aūt filius eſt virginis. Ille corruptibilis vteri effuſus eſt finibus: iſte impollutę vuluę flore progenitus. Tu autem domine miſe.

Lectio vi.

Sterilitas autē Eliſabeth conuerſa eſt in fœcunditatē: virginitas Marię manſit poſt fœcunditatē. Sterilitas genuit prçconē: virgo genuit iudicem: Eliſabet genuit Ioannem baptizatorē: virgo genuit Chriſtū ſaluatorē. Lactauit Eliſabeth infantem in ſenectute quæ fuit ſterilis in iuuentute. Hoc non fuit cōis carnis affectio: ſed erat diuinæ maieſtatis ꝓmiſſio. Nos ergo fratres qui btī Ioannis dñi præcurſoris hoīs magni natalem diem celebramus: orationū eius auxilia poſtulem⁹. Quia enim ſponſi amicus eſt pōt nobis præſtare vt ad ſponſum pertingere poſsimus: & eius gratiam inuenire mereamur. Tu. Ad laudes añ. Elizabeth Zachariæ. Cętera vt ſup. Item in matut. fit ſuffragium de ſctō Ioanne per iſtam añ. & orationem. Ad bñ. añ. Et factum eſt in die octauo venerunt circūcidere puerū: & vocabāt eum noīe patris ſui Zachariam: & rñdens mater eius dixit: nequaq̄ ſed vocabitur Ioannes. Oratio. Omnipotēs. ſ. d. da cordibus. vt ſup. ¶ In vigiliā viſitationis Marię virginis inuit. Regem virginis filium. Venite adoremus. Pſal. Venite. Pſal. feriales cum ſuis añ. ℣. Specie tua & pul. Lectio i. Secundū Mattheū.

cap. I. 

CVm eſſet deſpōſata mater Ieſu Maria Ioſeph: anteq̄ cōuenirēt inuēta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Et reliqua. Hom. beati Ioannis epiſcopi.

Quoniā

Digitized by Google

Quoniam futurũ fuerat vt oẽs ſancti de virgine naſcerẽtur, eccleſia deſpõſata Chriſto: ideo Chriſtus naſcitur de virgine deſponſata vt digni ſerui naſcerẽtur ſcd'm qd' dñs. Ideo & Maria deſpõſata erat fabro lignario: q̃m & Chriſtus ſponſus eccleſię oẽm ſalutẽ hoim: & omne opus ſuum per lignũ crucis fuerat opaturus Tu. ℟. O dec⁹. L. ij.

Sed priusq̃ cõuenirent nat⁹ eſt Chriſtus: vt ne de corruptione incorruptibilitas naſceretur: vt ne ex paſsione corporis vtriusq; templum ſibi denuo fabricaret: qui ideo venit vt carnis & ſanguinis ſolueret paſsiones & mutaret in ſpiritũ, a quo inuenta eſt in vtero hñs de ſpiritu ſancto. Sine dubio â ſponſo ſuo Ioſeph qui zeloſo amore ſemper ſe ammonente vitam circunſpiciebat Mariæ. ℟. Cœli regina. Lectio iij.

Nam ſicut hiſtoria quædã nõ incredibilis neque irrationabilis docet: qñ geſta ſunt q̃ refert Lucas: Ioſeph abſens erat. Nec enim conueniens eſt putare pñte Ioſeph introiſſe angelum ad Mariam: & dixiſſe quę dixit: & ad Mariam rñdiſſe quęcunq; rñdit. Et ſi concedamus angelum potuiſſe intrare ad eam & loqui plane & cõfeſtim Mariam abijſſe in mõtana cum feſtinatione & introiſſe in domum Zacharię & ſalutaſſe Eliſabeth: & manſiſſe eum ea menſib⁹ tribus: poſsibile nõ fuit pñte Ioſeph: quia neceſſe erat vt præſentationis eius & manſionis diutinę requireret cauſas. Tu aũt. ℟. Salue nobilis. Te deũ. nõ dicitur. Ad lau. añ. Sub tuã ptectionẽ. Hæc ſola pſal. feriales. Capitulũ.

 Signum

Apoc. ca. 12. SIgnum magnum apparuit in cœlo mulier amicta ſole: & luna ſub pedibus eius: & in capite eius corona ſtellarum duodecim: & in vtero habens & clamabat parturiens & cruciatur vt pariat. Deo gratias. Hym. Quem terra. ℣. Audi filia & Ad bñs añ. Ioſeph fili Dauid noli timere: accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt alle. Oratio.

TVæ ſanctificationis Arch. e dñe deus Mariæ quæ te nouem menſibus baiulauit: fac nos debita veneratione ventura feſta peragere: in qua ipſe dignat' eſt clauſum & prophetã in vtero Eliſabeth viſitare. Qui viuis & Fiant ſuff.

38 & primo de ſancto Ioanne Baptiſta añ. Et factum

117 eſt in die. Vt ſup. cũ oratione. Oṗs ſem. d. da cordibus. Vt ſu. Et de ſanctis Petro & Paulo Ad primam Hym. Iam lucis Añ. Sub tuam pro. Pſalm. Deus in nomine. Beati. Retribue. Quicunq; vult. Lau. do. omnes gen. Cap̃.

Cãt. 1. EN ipſe ſtat poſt parietem noſtrum: reſpiciẽs per feneſtras: proſpiciens per cancellos. D. ℟. Chriſte fili. ℣. Qui natus. ℣. Audi filia. Oratio: Tuæ ſanctificationis. vt ſup. Domine ſancte pater. Preces. Exultabunt. Ad tertiam añ. Sancta Dei genetrix. Pſal. Legem pone. Cap̃. Signũ magnum. ℟. Specie tua. Et ne ad alias horas. Ad ſextam Capitulum.

Apoc. ca. 12. ET peperit filium maſculum qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea. Deo. Ad ix. Capitulum.

Digitized by Google

ET raptus eſt filius eius ad deum & ad thro- Apoc, ca. 12.
num eius. Deo gratias. In primis veſp. añ. E-
xurgens autem Maria abijt in montana cũ
feſtinatione in ciuitatem Iuda: & introiuit in do-
mum Zachariæ & ſalutauit Eliſabeth. alle Pſalm.
Laudate pue. Añ. Et factum eſt vt audiuit ſaluta- 88
tionem Mariæ Eliſabeth: exultauit infans in vte
ro eius & repleta eſt ſpiritu ſancto. alle. Añ. Excla
mauit Eliſabeth voce magna & dixit: benedicta
tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui.
alle Añ. Et vnde mihi hoc vt veniat mater domi-
ni mei ad me? ecce enim vt facta eſt vox ſaluta-
tionis tuæ in auribꝰ meis: exultauit in gaudio in-
fans in vtero meo. alle. Añ. Et beata quæ credidi-
ſti: quoniam perficientur in te quæ dicta ſunt ti-
bi all. Cap. Signum magnum. vt ſup. in mat. vel i-
ſtud.

ECce iſte venit ſaliens in montibus: tranſiliẽs Cãt. 2.
colles: ſimilis eſt dilectus meus capreæ hyn-
nuloq́; ceruorum. ℟. Magnificat anima mea
dominum: & exultauit ſpiritus meus in deo ſalu
tari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuę
alle ℣. Ecce enim ex hoc beatam me dicent om-
nes generationes. Quia Hymnus.

ASſunt feſta iubilea in Marię nunc gaudia to
ta pſallat Eccleſia deuota laudum dragma-
ta. Cuius ſacrata viſcera Dei inuiſit gratia:
vt eſſet virgo grauida: thori virilis neſcia. Hæc
paranympho dum credit: ſacrũ hanc pneuma re-
pleuit: aluus tumeſcit & gerit verbũ patris quod
meruit.

meruit. Confeſtim montes adijt: Eliſabeth ſalutauit: obuijs eam ſuſcipit vlnis ſtrīgit & circuit. Sacri iunguntur vteri: mileſq; ſui dñi pręſentiam dum percipit: hunc exultando ſuſcipit. Clamat anus cum iubilo plena ſancto paraclito: beata tu in filio quæ credidiſti domino. Exultet cœli regia & mundialis machina: abyſſus atq; Maria laudent deum per ſecula. Patri ſummo filio ſpiritui ſancto ſit ſempiterna gloria in vnitate ſolida. Amen. ℣. Fecit mihi magna dñs alleluia. Et ſctm̄ nomen eius alleluia. Ad magni. añ. O quanta vis amoris illibate tūc mentē accenderat virginis: vt ī ſpūſctō rapta iubilaret: magnificat aīa mea dñm alleluia alleluia alleluia. Oratio. Tuę ſanctificationis. vt ſup. in mat. omiſſa illa dictione ventura. vel iſta dicatur. Oratio.

DEus qui nos pñtē feſtiuitatē in Ieſu Chriſti filij tui & Mariæ virginis matris eius laudibus venerari feciſti: præſta q̄s: vt qui eiuſdem virginis humilitatis & gaudiorum quibꝰ Eliſabeth viſitauit ſolennia celebramus: in eorū memoria & gaudijs iugiter maneamus. Per eum. Ad complet. añ. Cū iocunditate. Pſ. Cū inuo. Hym.

2 O Chriſti mater fulgida: ſcatēs fons omī gratia: lux pellēs quæq; nubila Maria venuſtiſsima. Geſtanſq; caſtimonia intacta patrem filia: virgo monarcha inclyta genitrix pudiciſsima. Tuā prece hanc miſerā puſillāq; plebiculam ſubleua per auxiliū: quę iacet nexu criminū. O aduocata ſtrenua hoſtem noſtrum extermi-

na:

na: depelle quæq; noxia: impetra cœli gaudia.
Sit gloria deo patri Ieſu Chriſto filio ſpiritui pa-
raclito trino & vni dño. Amē. Cap. En ipſe ſtat.
vt ſup. in vigilia ℣. Bñdictus qui venit in noīe do
mini alleluia. Deus dñs & illuxit nobis alleluia.
Ad nunc dimit. añ. Gaude Maria mater Chriſti:
quæ ſingulari priuilegio meruiſti dominum por-
tare Chriſtum dñm lumen ad reuelationem gen-
tium alleluia. Oratio.

Deus qui nobis tribuis annue celebritatis ve
neranda feſta peragere: te q̄s: vt interce-
dente beata Maria virgine vitā noſtrā diri-
gere & fine digneris fœlici terminare. Deus qui
illuminas noctē. Ad matut. inuit. In honore Ma-
riæ virginis Eliſabeth viſitantis. Adoremus dñm
alleluia. Pſalmus Venite. Aliud inuit. p̄ hebdo-
madam. Quem virginalis vterus ſuper montana
vexit. Nunc adoretur dominus Ieſus qui nos di-
lexit alleluia. Pſal Venite ex. Quære in cōi ſan-
ctorum de apoſtolis In primo noct. añ. Quā glo-
rioſam & admirabilem in vniuerſa terra fecit deꝰ
ancillam humilem alleluia. Pſal. Dñe dñs noſter. 4
Añ. Cœli ſtupēt in Maria cui tot ſingularia ſunt
collata donaria alle. Pſ. Cœli enar. Añ. Ferax eſt 11
terra dñi vēter ſacratæ virginis qui theſaurū fert
hoīum noſtræ parem imaginis alleluia. Pſal. Dñi 15
eſt ter. ℣. Specie tua &c. cum. alleluia. Lect. i.

Quanq̄ fratres chariſsimi huius diei ſolen-
nitas & feſti mira ſublimitas ſatis ſatiſq;
veſtræ dilectioni innoteſcat: placuit tñ vel

paucis in medium propoſitis verbis ad huius feſti-
uitatis peragenda ſolennia: in qua benedicta mu-
lier fœlix mater & ſingularis virgo dignis extolli-
tur prçconijs: animos veſtros: vtcunq; dabitur ex
citare. Tu. ℟ *Surge* propera amica mea: formoſa
mea: & veni: Iam enim hyems tranſijt: imber a-
bijt & receſsit alle. ℣ Audi filia & vide: & inclina
aurem tuam. Iam. Lectio ſecunda.
Et quibus melius verbis quam illius in qua ge-
ſta ſunt hæc omnia? Quam enim tot iteratis vi-
cibus in noſtris euocamus neceſsitatibus: iuſtum
eſt vt ipſam tot frequentatis feſtorum extollam⁹
honoribus. Tu. ℟. En dilectus meus loquitur mi
hi. Intra præcordia mea dat vocem ſuam allelu. ℣.
Quam dulcis faucibus meis eloquia tua domine
ſuper mel & fauum ori meo. Intra. Lectio tertia.
Legitur itaq; in Euãgelio Lucę: quod cum Ange
lus Gabriel à Deo miſſus in ciuitatẽ Galileæ cui
nomen Nazareth ad virginem deſponſatam viro
cui nomen erat Ioſeph de domo Dauid & nomẽ
virginis Maria: nouum virgini ſalutationis obſe-
quium attuliſſet & virgo nõ dubia ſed pauida qua
liter ea fierent inquiſiſſet: cui Angelus modum &
cauſam iam ineffabilis ſacramenti exponens: in-
quit: ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te & virtus
altiſsimi obumbrabit tibi ideoq; & quod naſcetur
ex te ſanctũ vocabitur filius Dei: & vt omnis cre-
dendi ambiguitas tolleretur, alio adiuncto mira-
culo diuinæ poteſtatis efficaciam manifeſtãs ait:
& ecce Eliſabeth cognata tua & ipſa concepit fi-
lium

liũ in ſenectute ſua & hic mẽſis eſt ſextus illi quę vocatur ſterilis quia non erit impoſsibile apud deũ oẽ verbum: mox ad hæc virgo fide & exultatione plena cum magna gratulatione reſpondit: ecce ancilla dñi fiat mihi ſcd'm verbũ tuũ: ſtatimque in ipſa illud lumen æternum cum toto maieſtatis ſuæ fulgore deſcẽdit: & quod non capit mũdus totũ ſe intra viſcera virginis collocauit: iam tunc clamauit ſapientia Dei in illa beata anima. Spiritus vbi vult ſpirat & vocem eius audis: & neſcis vnde veniat aut quo vadat. ℟. Ibo mihi ad mõtem myrrhæ feſtinanter: & videbo verbum hoc, quod factũ eſt in auribus meis ab Angelo ſalutãte alle. ℣. Viam mandatorum tuorũ cucurri iuxta verbum tuum. Quod. In ij. noct. añ. Verbũ bonum virgo paris: manens expers omnis maris: fœcundaris pneumate alle. Pſal. Eructauit. Añ. Torrens ſacrati fluminis vrbem Dei lætificat: dũ Maria vi numinis ore Deum magnificat alle. Pſ. Deus 31
noſter re. Añ. O dilecta ciuitas Dei: rei poſcimus 32
qui te noſcimus: ora pro nobis deũ alle. Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt gratia in la. Lectio quarta.

Sed quia eodem ſpiritu ſancto didicerat ſicut 64
ſua per humilitatem tegere ſic alienis bonis per charitatem congaudere: ſurgit mox: & cũ affluentia tantæ gratiæ ad inferiores properat exhibitura obſequiũ. Conſcendit in montana Iudeę videre & cõgratulari Eliſabeth: vt qđ de ipſa audierat credula: in ipſa pſens videret: & cõdigna exultatione exciperet. T. ℟. Ecce iſte venit ſaliẽs in monti-

montibus tranſiliens colles. Similis eſt dile-
ctus meus hynnulo caprçq; ceruorum alleluia. ℣.
Exultauit vt gygas ad currendam viam: á ſummó
cœlo egreſsio eius. Similis. Lectio v.
Sed quæ ad aliena bona prædicãda deuota cucur-
rit: merito ſua ab alijs prædicari audire debuit: vt
ex eo quoq; gloria eius creſceret in quo exulta-
tioni alterius non inuideret. Tu. ℟. Fœlices ma-
tres ſed nati fœliciores. Et quæ geſſere fœlicia
facta fuere alleluia. ℣. Fœlix domus: fœlix fami-
lia quibus ſunt viſa tot mirabilia. Et. Lect. vi.
Vnde Eliſabeth ſpiritu ſancto repleta: qualis &
quanta eſſet quæ ad ſe venerat: agnouit: & quantũ
ſe indignam eius viſitatione iudicaret: aperuit di-
cens. Vnde mihi hoc: vt veniat mater domini
mei ad me? Tu autẽ domine. ℟. O prçclara ſtella
maris virgo mater ſingularis: quç cognatam vi-
ſitaſti: Ioannem illuminaſti prole pclariſsima. Te
precamur in hoc feſto ſis ſolamẽ omi mœſto: fu-
ga mortẽ cõfer ſortẽ nobis in cœli patria alleluia.
℣. Ad te clamãt oẽs rei larga datrix ſanctę ſpei: ô
fons indeficiens. In iij. noct. añ. Magna mirabilia
in filia q̃ elegit ſibi terrę mariſq; dñs cœli nihilo-
70 minus ſignanter pergit alleluia. Pſal. Cãtate. i. añ.
Exultet terra ꝓpere: multæ lætantur inſulç en
nubẽ rore cœlico repleuit ſanctus ſpũs alleluia.
71 Pſal. Dñs reg. ex. Añ. Nouum tibi virgo canticũ
decantamus: vt per te viaticum habeamus allelu.
73 Pſalmus. Cantate. ij. ℣. Adiuuabit eam deus.
p. 1 Lectio vij. Secundum Lucam.

In



IN illo tempore. Exurgens Maria abijt in montana cũ feſtinatione in ciuitatẽ Iuda & intrauit in domũ Zachariæ & ſalutauit Eliſabeth. Et rel. Hom. Beati Ambroſij Epiſcopi.

Morale eſt omnibus vt qui fidem exigunt: fidẽ aſtruant. Et ideo Angelus cum abſcondita nunciaret: vt fides aſtrueretur, exemplo ſenioris fœminę & ſterilis conceptum Marię virgini nunciauit: vt poſsibile Deo omne quod ei placuerit aſſereret. Vbi audiuit hoc Maria: non quaſi incredula de oraculo: nec quaſi incerta de nuncio: nec quaſi dubitans de exemplo: ſed quaſi læta pro votor: eligioſa pro officio: feſtina pro gaudio: in mõtana perrexit. ℟. Specioſas filias cumulantes diuitias. Theſauro ventris grauidi tranſcendit mater domini alle. all. ℣. Exulta & lauda habitatio Syon: quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. Lc. viij.

Quo enim iam Deo plena: niſi ad ſuperiora virgo cum feſtinatione conſcenderet? Neſcit tarda molimina ſancti ſpiritus gratia. Diſcite & vos mulieres ſanctæ ſedulitatem: quam pręgnantibus de beatis exhibere cognatis. ℟. Ait autem Maria: fecit mihi magna dominus quia potens eſt. Et ſanctum nomen eius. ℣. Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Lectio nona.

Mariã quæ ante ſola in intimis penetralibus verſabatur: non â publico virginitatis pudor: nõ â ſtu

dio aſperitas montium: non ab officio prolixitas itineris retardauit. In montana cum feſtinatione virgo officij memor iniuriæ immemor: affectu vrgente, non ſexu relicta perrexit domo. Diſcite virgines non circuncurſare per alienas ædes, non demorari in plateis: non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera: feſtina in publico: manſit apud cognatam ſuam menſibus tribus. Tu. ℟. Suſcepit Iſrael puerum ſuum recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham & ſemini eius in ſecula alle. ℣. Iurauit dominus Dauid veritatē: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Sicut. Ad laud. añ. In Mariæ virginis vtero parata ſedes tua deus a ſe
71 culo alle. Pſalm. Dominus reg. Añ. Iubilet Deo omnis terra: & cœleſtis Hierarchia ſeruiat ei alle. Añ. Fecit dominus potentiam in brachio, ſuo diſperſit ſuperbos mente cordis ſui alle. Añ. Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles allelu. Añ. Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes alle. Cap. Ecce iſte venit ſaliens. Vt ſupra.
Hymnus

EN miranda prodigia: cōcepit nam virguncula fit Ieſu Chriſti gerula Maria ſacratiſſima. Anus ætate marcida prolis geſtat ſolacia: tument ad partum gelida grandæue matris viſcera. Hic perit omnis regula: naturæq; molimina: hic ceſſat omnis ratio cedens Dei miraculo. Salutat mater domini matrē vatis mirifici: & vates cū præconio reddit ſalutes dño. Laudemus & nos dominum

tiſſimum patrem & patris filium ſanctũ quoq; paraclytũ nũc & per oẽ ſæculũ. Amẽ. Ad dñs añ. Benedictus dñs Deꝰ Iſrael: quia viſitauit & fecit redemptionẽ plebis ſuæ ſicut locutus eſt per os ſanctorũ all. Oratio. Deus qui nos pręſentẽ. vt ſup. in primis vel. Ad primã. hym. En mirãda. Integre dicitur ad oẽs horas. Ad horas añę de laudibus Pſal. cõ ſueti. Sed Confitemini. dicitur tñ iſto die & non alius. Aliis diebus dicitur hym. Iam lucis orto. Concludendo cum. Salutat mater. vt ſup. Cap.

SVrge propera amica mea columba mea formoſa mea & veni: iam enim hyems tranſiit imber abiit & receſsit: flores apparuerunt in terra noſtra: tempus putationis aduenit. ℟. Ieſu Chriſte cũ alleluia. ℣. Qui natus es de Maria virgine. ℣. Benedictus qui venit cũ alle. Oratio. Deꝰ qui nos tribuis. vt ſup. Dñe ſancte pater omnipotens. ℣. Exulta. Ad tertiam añ. Iubilet Deo. Pſal. Legem po. Cap. Ecce iſte venit ſaliens. ℟. Specie tua. & cum. alle. Oratio. Deus qui nos præſentẽ. Cãt. 2.

Ad ſextam Capitulum.

VOx turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Ad nonam Capitulũ. Cãt. 2.

SVrge propera amica mea ſpecioſa mea & veni columba mea in foraminibus petrę: in cauerna macerię: oſtende mihi faciem tuam: ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis: & facies tua decora. Deo gra. Ad ii. veſpe. aña. In Mariæ virginis. cum cæteris Pſalmis. Dixit dominus Cãt. 2. 87

88 dominus. Laudate pue. Lætatus ſum. Niſi domi-
nus. Lauda Hieruſalem. Capitulum.
102 EGo mater pulchre dilectionis & timoris &
114 agnitionis & ſanctæ ſpei: in me omnis gratia
Eccle. viæ & veritatis: in me omnis ſpes vitæ & vir
24 tutis Deo. Aliud Capitulum Ecce iſte venit ſa-
liens. vt ſup. ℟O præclara. vt ſup. Trophus. Ma-
ter Chriſti veneranda ſubleuamen miſeris. Prole
tua adoranda ſubueni peſtiferis. Ad te rei ſuſpira-
mus dux excellentiſsima. Te deuote exoramus:
confer vitæ gaudia. Per aſcenſum hodiernum ad
montana agilem. Nos ad regnum duc æternū per
vitam laudabilem. Vt ſoluti mundi more & car-
nis penuria. De tua lætemur prole virgo præclariſ
ſima. Hym. Aſſunt fœ. ℣. Fecit mihi magna. Ad
mag añ. Magnificet dominum totum genus fide
lium: concrepet harmonica laude cohors Angeli
ca in Mariæ gaudia alle. Oratio. Deus qui nos præ
ſentem feſtiuitatem. Sola dicitur. Complet. Vt
ſup. Per hebdomadam dicitur ſequens Oratio.

DEus qui in viſitatione lætabundę virginis Mariæ Ieſu Chriſti filij tui gerulę nouę laudis præconijs magnificari voluiſti: eius meritis & precibus talem nobis quæſumus tuæ viſitationis gratiā tribue quatinus nunc & ſemper te magnificare mereamur. Per eundem dominū.

Sequuntur lectiones per octauam. Sermo beati Auguſtini Epiſcopi. Lectio prima.

QVid nos tantilli: quid actione puſilli: quid in ſanctæ Mariæ laudibus referamus cum

& ſi omnium noſtrum membra verterentur in linguas eã laudare nullus ſufficeret? Altior enim cœlo eſt: de qua loqui nitimur. Abyſſo profundior cui laudes dicere conamur. Deũ enim quem omnis creatura non capit: ipſa immaculato vtero clauſum geſtauit. Tu.

Lectio ſecunda.

Hæc enim ſola eſt quæ meruit & mater & ſponſa vocari. Hæc primæ matris dãna reſoluit. Hæc homini perdito redemptionem adduxit. Mater enim generis noſtri: pœnam intulit mundo: genitrix domini noſtri: ſalutem edidit mundo. Auctrix peccati Eua occidendo obfuit: Maria viuificando profuit. Illa percuſsit: iſta ſanauit. Tu autẽ.

Lectio tertia.

Hæc enim mirabili atq; ineſtimabili modo: omnium rerũ & ſuum peperit ſaluatorẽ. Quæ enim hæc virgo tam ſancta: ad quam venire dignaretur ſpiritus ſanctus? Quæ tã ſpecioſa: vt eam ſibi Deus eligeret ſponſam? Quæ tã caſta: vt eſſe poſsit virgo poſt partum? Hæc eſt Dei templum: fons ille ſignatus: & porta in domo domini clauſa. Tu aũt.

Lectio quarta.

AD hanc namq;: vt dixi: ſpiritus ſanctus deſcendit. Hanc virtus altiſsimi obumbrauit. Hæc eſt immaculata coitu: fœcunda partu: virgo lactans panem Angelorum: & hominũ cibum enutriens.

Lectio quinta.

Merito itaq; beata Maria ſingulari à nobis præconio extollitur: quæ ſingulare commercium mundo præbuit. Deniq; tantum ſe ad cœli faſti gia ſub

leuauit: vt verbum quod erat in principio apud Deum: de ſuperna cœli arce ſuſciperet. Tu autẽ.

Lectio ſexta.

O fœlix Maria & omni laude digniſsima. O genitrix glorioſa O ſublimis puerpera: cuius viſceribus auctor cœli terræq; committitur. O fœlicia oſcula: labijs lactẽtis impreſſa: cũ inter crepũdia reptantis infantiæ: vtpote verus ex te fili⁹ tibi matri alluderet. cui verus ex patre dominus imperaret. Nam auctorem tuum ipſa concipiens: ediſti in tempore impuberem: quem habebas ante tempora conditorem. Tu autem domine.

Tertio die. Lectio prima.

O Fœlix puerperium: lætabile Angelis: optabile ſanctis: neceſſarium perditis: congruũ profugatis. Qui poſt multas aſſumptæ carnis iniurias & ad vltimum verberatus flagris: potatus felle: affixus patibulo: vt te veram matrem oſtenderet: verum ſe hominem patiendo mõſtrauit. Tu autem.

Lectio ſecunda.

Sed quid dicam pauper ingenio cum de te quicquid dixero: minor laus eſt quã dignitas tua meretur. Si cœlum te vocem: altior es. Si matrẽ gentium dicam: præcedis. Si formam Dei appellem: digna exiſtis. Si dominam Angelorũ vocitẽ per omnia eſſe probaris. Tu autem.

Lectio tertia.

Quid ergo de te Dei genitrix dicam? Quid referam: cum non ſufficit lingua carnis, tuas enatrare virtutes? Has interim laudes ſileat lingua carnis: quas ſemper ardenter intus profert animus. Tu au-

Digitized by Google

Tu autem domine. Lectio quarta.

NVnc peto vt aures noſtras doctrinarũ tuarũ demu lceas organis: plaudant nũc tympanis ſanctæ manus: & inter veloces articulos harmoniæ puerperę cõcrepent. Concinant lætantes chori: & alternantibus modulis dulciſſona carmina miſceantur. Tu autem. Lectio quinta.

Audiamus dilectiſsimi fratres: audiam⁹ pio mentis affectu: audiamus quemadmodum tympaniſtria noſtra doctrinis concrepet virgo Maria. Audiamus inquã: & huic harmoniæ moribus reſpõdeamus. Lectio ſexta.

Deniq; cum hæc virgo beatiſsima ab Angelo iam ſalutata: ſpiritu ſancto repleta: plenitudine diuinitatis flata: veniſſet ad domum Heliſabeth cognatę: poſt exultationem Ioannis in vtero matris: poſt admirationem Eliſabeth de aduentu eiuſdem domini matris, hoc domino decantauit canticum laudis. Magnificat anima mea dominum: & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Tu autem d. Quarto die. Lectio prima.

PRimo igitur hoc in illo quærendũ eſt: quid ſit magnificare. Neq; enim magnus fit à creatura creator. Sed ſciendum nobis eſt tribus modis dici magnificare. Idem aut magnum facere. aut magnum adorare aut magnum admirari. Lectio ij.

Magnificatur enim Deus à nobis cum magnificari dignatur in nobis. Sed nunquã ſic in nobis: ſicut in Maria: vnde carnem aſſumpſit pro nobis.

Aue inquit ad eam Angelus domini: gratia plena: dominus tecum benedicta tu inter mulieres. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſsimi obumbrauit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur filius Dei. Lectio tertia.

Quæcunq; tamen anima ſancta Dei verbum cõcipere poteſt credẽdo: parere prędicando: magnificare amando. Vnde & Dauid dicit. Magnificate dominum mecum: & exaltemus nomen eius inidipſum. Tu autem. Lectio iiij.

Sic namq; optandum eſt vt in ſingulis Mariæ anima magnificet dominum: concipiat Dei verbum, pariat & enutriat: recordetur ſalutationis ſuæ pia commercia. Quoniam nullis ſuis pręcedẽtibus meritis ſit ab iniquitate ſaluata: ſed ſola bonitate gratuita: Chriſti ſanguine ſit redempta: & dicat. Magnificat anima mea dominũ. Tu.

Lectio v.

Sic enim Deus dilexit mundum: ait Euãgeliſta: vt filium ſuũ vnigenitũ daret pro mundo. Hinc & Apoſtolus qui proprio inquit filio ſuo non pepercit: ſed pro nobis omnib9 tradidit illum. O mire magnitudinis affectus. O inęſtimalis ardor charitatis. Lectio ſexta.

Quis tãtæ pietatis diuitias nõ obſtupeſcat? Quis ad talem ineffabilem charitatem non contremiſcat? Quis vnquam poſſet ſperare: vt ex Deo ante tempora natus: naſceretur pro hominibus in tẽpore ex fœmina homo factus? Tu autem domine. Quinto die. Lectio prima.

Vnde

VNde ſcriptum eſt. Cũ venit plenitudo tem poris: miſit deus filium ſuum natũ ex muliere: factũ ſub lege vt eos qui ſub lege erant: redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Lectio ij.

Quis vnquam poſſet eſtimare vt portaretur manibus fœmineis portator orbis: panis angelorũ aleretur: virtus cœlorum infirmaretur: vita hominum moreretur? Tu autem dñe. Lect. iij.

Magnificet ergo in his anima Mariæ dñm: magnificet & noſtra: admiremur: gratulemur amemus: laudemus: adoremus gratias illi agamus: quoniam per eandem redemptoris noſtri mortẽ de tenebris ad lucem: de morte ad vitam de corruptione ad incorruptionem: de exilio ad patriã: de luctu ad gaudium: de terris ad cœleſte regnũ vocati ſumus. Tu. Lectio iiij.

QVæcunq; igitur anima ſancta talibus fuerit incitamentis occupata: nihil concupiſcit terrenũ: nihil tranſitoriũ nihil qđ tps arridet: nihil qđ ad pñs delectat: quæ riſum luctũ reputat: & gaudium in merorẽ cõmutat: cui mũdus carcer cœlũ vero habitatio eſt: cui exultatio de pñtib⁹ nulla eſt: quia in illo tantum gaudere appetit: qui ſuper omnes eſt. Tu. Lectio v.

Vnde in ſancto cantico cum diceret glorioſa virgo: magnificat anima mea dñm & exultauit ſpũs meus ſignanter addidit: in deo ſalutari meo. Ac ſi diceret: Anima mea quæ dominum magnificat

non in quolibet alio ſed in illo.tm̃: exultat quem amando magnificat Tu autem. Lect. vi.
H inc etiam hęc virgo glorioſa beatam ſe dici ab om̃ibus generationibus manifeſtat: eo qđ eius humilitatẽ deus reſpexit. Nam ſubdidit. Quia reſpexit humilitatẽ ancillę ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent oẽs generationes. Tu. Sexto die. Lectio i.
O Vere beata humilitas: q̃ deum hominibus peperit: vitã mortalibus ędidit: cœlos innouauit: mundũ purificauit: paradiſum apuit: & hominum aĩas ab inferis liberauit. Le. ij.
O inquam vere glorioſa Mariæ humilitas: quæ porta paradiſi efficitur: ſcala cœli cõſtituitur. Facta eſt ergo humilitas Mariæ ſcala cœleſtis: per quam deſcendit deus ad terras. Lectio iij.
Q uia reſpexit inquit humilitatẽ ancillæ ſuę: ecce enim ex hoc beatam me dicent oẽs generationes. Et q̇d eſt dicere: reſpexit niſi ap̄pbauit? placuit ei humilitas mea. Tu autem. Lectio iiij.
S Equitur in ſancto cantico. Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctũ nomen eius. Quæ tibi magna fecit quæſo glorioſa virgo: vt dici beata merearis? Puto enim immo veraciter credo: vt creatura ęderes creatorem: famula dñm generares: vt per te deus mũdum redimeret: per te illuminaret: per te ad vitam æternam reuocaret. Tu autem domine. Lectio v.
O virgo beata de teipſa quæ nos ad amorem dei accenderent fideliter protuliſti: ea vero quæ ſequuntur

quuntur humano generi propbetaſti. Meum aũt votum extitit ea tm̃ inde tranſcurrere: quę ad tui nominis laudem pertinerent. Sed hæc quæ de te ipſa narraſti: neq; tu vt dignitas tua meretur dicere potuiſti. Lectio ſexta.

Quas ergo tibi btã virgo laudes fragilitas humanĩ generis perſoluat: quæ ſolo tuo commercio recuperandi aditũ inuenit? Itaq; accipe quaſcunq; meritis tuis impares gratiarum actiones: & cum ſuſceperis vota: culpas noſtras orando excuſa. Tu. Septimo die. Lectio prima.

Admitte preces noſtras intra ſacrariũ exauditionis: & reporta nobis gratiam recõciliatiõis. Sit p te excuſabile: qđ p te ingerim⁹: ſit p te impetrabile qđ fida mẽte poſcim⁹. Le. ij.

Accipe qđ offerimus: impetra qđ rogamus: excuſa quod timemus: quia nec potentiorẽ inuenimus meritis ad placandã iram iudicis: q̃ te q̃ meruiſti mater exiſtere eiuſdem redemptoris & iudicis. Lectio iij.

Succurre ergo miſeris: iuua puſillanimes: reſolue flebiles: ora p populo: interueni p clero: intercede p deuoto fœmineo ſexu: ſentiãt oẽs tuum iuuamen: quicũq; celebrãt tuũ nomẽ. Tu. aũt. L. iiij.

Sit tibi compaſsio ſuper afflictis: ſit pius affectus ſuper cœlorũ peregrinis: & cum te ſemper lætantem aſpicis: fletus noſtros quęſum⁹ ad deum ipſa admittas: cumq; vt proprium filium pro nobis interpelles. Lectio v.

Nos enim adhuc in hac terra affligimur: perſequi-

ſequimur: iniurijs laceſſimur: opprobrijs affici-mur: eſurimus: ſitimus: ſomnium patimur: in carcere retinemur. Tu vero in cœleſtibus regnis prælata es cunctis virginum choris. Tu agnum quocunq; ierit ſequeris. Tu autem. Lect. vi.

Tu virgineos choros & ab incentiue carnis ille-cebris alienos: per albentia lilia roſaſq; vernantes ad fontem perennis vitæ potandos inuitas. Tu au tem domine. Octaua die. Lectio i.

TV in illo beatorum fœliciſſimo regno: primi ordinis dignitatē adepta: plantis roſidis non aberrrans: intra paradiſi amœnitatem gramineoſq; crocos tenero poplite pergis. Feliciq; palma violas immarceſſibiles carpis. Tu concinentibus ſine fine choris coniuncta: angelis archangeliſq; ſociata indefeſſa voce: ſanctus clamare non ceſſas. Lectio ij.

Tu in palacio regis beatitudinū gemmis ac margaritis ornata aſſiſtis Tibi thronus regius ab angelis collocatur in aula æterni regis: teq; ipſe rex regum vt matrem veram & decoram ſponſam p̄ omnibus diligens amoris amplexu ſibi aſſociat Lectio iij.

Nec mirum vt dignetur aggaudere deus regnās in cœlis: quem paruulum ex te hominum natū totiens oſculata es in terris. Has ergo tuas fœlicitates poſſidens conuerte noſtram miſeriam ad ſalutem. Lectio iiij.

INter hæc fratres chariſſimi toto mētis affectu beatiſſimæ Mariæ virginis interceſſionib⁹ nos commit-

Digitized by Google

committamus: omnes eius patrocinia omni niſu imploremus: vt dum nos eam ſupplici obſequio frequentamus in terris: ipſa nos ſedula prece commendare dignetur in cœlis. Lectio v.

Neq; enim dubium quę metuit pro liberandis ꝑferre precium, poſſe plus ſanctis omnibus libertatis impędere ſuffragium. Sed quid nobis prodeſt hanc interpellare vocibus: niſi etiam humilitatis eius exempla teneamus? Curemus ergo dilectiſſimi fratres vt cum eius feſtiuitatibus intereſſe cupimus, veſtimentis humilitatis & charitatis induti appareamus. Lectio vi.

Nos ergo nō inuidia alienæ fœlicitatis torqueat. Non ira vſq; ad diuiſionem dilaniet. Non cupiditas Chriſtum á nobis excludat. Non ſeculi triſtitia exurat. Non proſperitas eius incaute decipiat. Non luxuria inquinet. Non immundicia polluat. Non elatio corrumpat. Non ſuperbia inflet. Tu. ¶ In feſto Proceſsi & Martiniani. Capit. Iuſtorum animæ. Oratio.



Deus qui nos ſanctorum martyrum tuorū Proceſsi & Martiniani cōfeſsionibus glorioſis circundas & protegis: da nobis quæſumus ex eorum imitatione ꝓficere: & interceſsione gaudere. Per dominum. Lectio prima.

Tempore quo Simon Magus crepuit intus: & impiiſsimus Nero tradidit beatiſsimos apoſto-

apoſtolos Chriſti Petrum & Paulũ Paulino clariſſimo magiſteriæ poteſtatis: eodem tpe Paulinus mancipauit beatiſsimos apoſtolos Chriſti Petrũ & Paulum in cuſtodiam Mamertini. Lect. ij.

V eniebãt enim ad eos multi Chriſtiani infirmi: & curabantur ab infirmitatibus ſuis: atq; alij á dæmonibus obſeſsi liberabantur per orationes ſanctorum apoſtolorum. Erant autem cuſtodientes eoſdem beatiſsimos apoſtolos multi milites. Inter quos erant duo magiſtri Animello principis Proceſſus & Martinianus. Tu autem domine.

Lectio iij.

H i cum viderent mirabilia quæ faciebat per beatos apoſtolos ſuos dñs Ieſus Chriſtus: mirari cepeꝛũt dicentes viri venerabiles noſtis qa hic imperator Nero iam obliuione receſsit á perſonis veſtris. Ecce enim nouem menſes ſunt qd in cuſtodia eſtis. Rogamus itaq; vos vt ambuletis quo volueritis: & tantum nos in huius nomine in cui9 vos cognouimus facere virtutes magnas: baptizate. Lectio quarta.

T Vnc dixerunt eis beatiſsimi apoſtoli Petr9 & Paulus. Vos credite ex omni corde & mente veſtra in noĩe ſanctę trinitatis & vos ipſi poteſtis facere quæ nos facere cognouiſtis. Hæc audientes oẽs q ĩ cuſtodia erãt clamauerũt vnanimiter dicẽtes. Date nobis aquam ſiti periclitamur. Tu autem domine. Lectio v.

E adẽ aũt hora btĩſsim9 Petrus apoſtol9 in ipſa cuſtodia Mamertini dũ eſſet dixit ad oẽs. Credite in

deum

deū patrē oīpotentē & in dn̄m Ieſum Chriſtū filiū eius vnigenitū & ſpm̄ſc̄tū: & oīa miniſtrabuntur vobis: Eadē aūt hora miſerūt ſe oēs ꝓſtrati ad pedes apoſtolorum: rogātes vt baptiſmum ab eis perciperent. Tu autem domine. Lectio vi.

At vero btiſsimi apoſtoli orauerūt in eadē cuſtodia: Cūq; oraſſent illico beat⁹ Petrus apoſtolus facto ſigno crucis in mōte Tarpeio ī cuſtodia Mamertini: eadē hora emanauerūt aque de monte. Tūc baptizati ſunt btūs Proceſſus & Martinianus magiſtri Animello prīcipis à btō Petro apoſtolo. Tādē poſt tormēta multa Romę via Aurelia capite trūcati ſunt Hom. Cū audieritis ꝑlia ❡In trāſlatiōe ſc̄i Martini caꝑ. Ecce ſacer. mag. Oratio.



Deus qui populo tuo æternæ ſalutis beatum Martinū miniſtrū conceſsiſti: prȩſta q̄s: vt quem doctorem vitȩ habuimus in terris interceſſorē ſemper mereamur habere in cœlis. Hiſtoriā quære in alio eius feſto infra præter lectiones. Eodem die oratio de ſancto Vdalrico.

Sancti Vdalrici confeſſoris tui atq; pontificis quæſumus dn̄e muniamur ſuffragijs: cuius te donante lætamur ſolennijs. Per. Lectio i.

Tertius in vrbe Turonica ſanctus Martinus ordinatus eſt ep̄s: anno nono Valentis & Valentiniani. Fuit autem de regione Pannonię: de ciuitate Sabaria. Hic vir beatus florem ſuæ adoleſcentię tranſegit in vrbe. Tu. Lectio ij.

Sanctus itaq; Martinus venerabili Epiſcopo Pictauienſi Hylario iunctus eſt: qui tūc tp̄is quaſi lucifer in cœlo: ita omnibus in eccleſia Chriſti excellentior effulſit: ita vt tanti viri exemplis Chriſti fortis athleta muniretur. Lectio iij.
Cū aūt ſctō viro Cathecumin⁹ adhereret: ſancto viro abſente ſubitanea morte p̄reptus eſt. Quem vir dei p̄cibus ꝓfuſis ſuſcitauit: vitæq; redditum baptizauit: qui multis poſtea annis vixit. Tu.
Lectio iiij.
Alterū quoq; in cuiuſdā lupicini agro laqo ſuſpenſum ſacris orationib⁹ vitæ reſtituit. Tertius ab eodem in Carnateno oppido cuiuſdam mulieris fili⁹ ſola oratione in populi conſpectu reſuſcitatus eſt. Lectio v.
Tot viſis miraculis plurimi ex populis crediderunt Chriſto. Ne igitur dn̄i lucerna modo tecta lateret dulciſsimis abſtractus eſt ſedibus in ep̄atū turonicę ciuitatis vbi plurima ſanctarum inſignia geſsit virtutum. Lectio vi.
Tandem conſumato p̄ntis vitæ curſu obijt: apud Cōdacenſem vicum vrbis ſuæ: anno octogeſimo primo ætatis ſuæ: de quo vico nauigio ſublatus: Turonis eſt ſepultus: in quo loco nūc adoratur ſepulchrum eius. Tu aūt. ¶ In octaua Petri & Pauli apoſtolorum añ. Iurauit dn̄s. Cum cæteris per ordinē vt in cōi. Cap̄. Hi ſunt viri. Quære ſupra in die Ioannis & Pauli martyrum. ℞. Fuerunt ſine querela. Hymnus. Exultet cœlum. ℣. In omnē terram. Ad magnifi. añ. Glorioſi princi. Oratio.

Deus



DEus cuius dextera beatum Petrum Apoſtolo lum ambulantẽ in fluctibus ne mergeretur erexit: & coapoſtolũ eius Paulũ tertio naufragantẽ de profundo pelagi liberauit: exaudi nos ꝓpitius & cõcede: vt amborũ meritis æternitatis gloriã cõſequamur. Qui vi. Inuit añc. ℞ia ⁊ ſia de apoſtolis in cõi. Lect. i Ex ſermone Maximi epi.

CVius ſint fratres meriti beatiſsimi apoſtoli Petrus & Paulus hinc poſſumus intelligere: qđ cũ dñs oriẽtis regionẽ ꝓpria illuſtrauerit paſsione: occidentis plagam ne quid minus eſſet vice ſui apoſtolorũ ſanguine illuminare dignatus eſt. Et licet illius paſsio nobis ſufficiat ad ſalutẽ: tñ etiam horũ martyriũ nobis contulit ad ſalutem. Tu autem domine Lectio ij.

Beatorũ apoſtolorũ Petri & Pauli fratres chariſſimi ꝑ vniuerſum mũdũ venerãda paſsio celebratur. Horũ cõcurſu lætiſsimo excolit Roma martyriũ. Et quorũ dudũ impia ꝑſecuta eſt ſanguinẽ eorũ nunc peculiari deuota patrocinio gloriatur. Hi ergo ſacramentũ cœleſtis regni vno ſpũ ꝓdicãtes ſub vnius diei paſsione doctrinã ſuã pio ſanguine & morte fortiſsima cõſecrarũt. Tu. L. iij.

Beatiſsimi igitur Petrus & Paulus tanꝙ eccleſiarum oĩm principes facti: diſpenſatione cœleſti: Romã petere non timuerunt: quo oĩs innocentia ſub Neronis laborabat imperio. Qui primus nomini

mini Chriſtiano atrocitatem perſecutionis infer re exorſus eſt: quaſi p ſanctorũ neces gratia dei poſſet extingui: cuius hoc ipſum erat maximum lucrũ vt contẽptus huius occidue pceptio fieret perpetuę fœlicitatis. Tu autem. Lectio iiij.

IN hac ergo vrbe ſacratiſſima apoſtolorũ corpora recondi diuinitus fuit diſpoſitum: quæ toti⁹ orbis obtinebat principatum: quatinus vbi mũdus caput habet imperij: ibi Chriſtus collocaret principes regni ſui. Glorioſiſſimos Chriſtianę fidei principes annuis ſolennitatibus honorantes fratres chariſſimi: ipſum dominum ac deum noſtrum qui huius auctor eſt fidei: debita religione veneremur. Tu autem. Lectio v.

Apoſtoli nanq̃ ſermone latino dicuntur miſſi. Qui ergo honorant miſſos manifeſtum eſt: eos honorare mittentem: qm̃ dignitas chariſſimi quę defertur miniſtris illi ſine dubio cuius miniſtri ſunt exhibetur. Quapropter de ſupplicijs patrum noſtrorum pro Chriſti confeſſione ſuſceptis: fidelibus gaudijs exultemus: qm̃ qui de martyrum morte lætatur: martyres nõ dubitat cum Chriſto regnare poſt mortem. Lectio vi.

Nos ergo fratres chariſſimi eccleſiarum omniũ reuerendiſſimos patres: Petrum dico & Paulum pijſſimis ſtudijs honoremus quibus præſtante Chriſti gratia fact⁹ eſt de morte natalis: quibus finis vitæ viuẽdi initium dedit: quibus vt ait apoſtolus: viuere Chriſtus erat & mori lucrũ. Erat vtiq̃ eis Chriſtus viuere: quibus vita nõ erat ſine Chriſto:

ſto: erat eis Chriſtus viuere: quia totũ pficiebat Chriſti eccleſijs quod viuebant. Tu. Lectio vij.

Secundum Matthæum.

IN illo tempore. Iuſsit Ieſus diſcipulos ſuos aſcẽdere in nauiculã & præcedere eum trans fretũ donec dimitteret turbas. Et rel. cap. 14 Homelia lectionis eiuſdem.

Narrat ſanctus euangeliſta ſupius dñm de q̄nq; panib⁹ & duobus piſcib⁹ q̄nq; milia hoĩum ſatiaſſe: Nunc vero dicit: quia ſtatim iuſsit diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam & præcedere eum trans fretum donec dimitteret turbas. In quibus verbis aperte demõſtratur facta cõnexio p̄cedentis refectionis & ſubſequentis nauigationis: adeo vt pene nullũ interuallũ fuerit inter refectionem turbarũ & nauigationẽ diſcipulorum. Le. viij.

Facit & Marcus euangeliſta huius loci mentionem: & eodẽ ordine: ſed tñ actionẽ Petri non cõmemorat: & dicit quia dñs voluit præcedere diſcipulos ſuos: quod Matthæus prætermittit. Ioannes aũt eundẽ tenet ordinẽ quẽ & Matthæus: ſed narrat dominũ fuiſſe in monte cũ Matthæus dicit aſcendiſſe. Lucas vero longe recedit ab hoc ordine. Ille enim narrat: quia celebrata refectione turbarum dñs in quodã loco ſolus orauit cũ diſcipulis ſuis remotus ſcilicet à turbis. Tu. L. ix.

Iuſsit nãq; dominus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam & coegit eos ire trans fretum. In quo verbo aperte demonſtratur: quia coacti & inuiti receſſerunt ab eo. Nam tanto amore magiſtri

detinebantur: vt nec etiam ad punctum vellent ab eo recedere. Quod vero ait ſanctus euangeliſta aſcēdit in montē ſolus orare: nō ad illum referendū eſt ꝙ de quinq; panibus & duobus piſcibus: quinq; milia hoīum ſatiauit: ſed ad illum qui audita nece bti Ioannis ſeceſsit in deſertum. Ad lau. añ. Hoc eſt prece. Cap. vt ſup. Hym. Vos ſecli. ℣. Annunciauerunt. Ad bñs añ. Petrus Apoſtolus & Paulus doctor gentium: ipſi nos docuerunt legē tuam domine. In feſto ſancti Vilibaldi confeſſoris oratio.

SAncti Wilibaldi confeſſoris tui atq; pontificis nos quæſumus dñe tuere pſidijs: & eius ſemper interceſsione adiuuemur. Per. ¶ In feſto ſancti Kiliani & ſociorū cap. Iuſti autem in perpetuum. Oratio.



PRæſta quæſum⁹ oṗs de⁹: vt beatorū martyrū tuorum Kiliani colonati atq; thornati ſolennia recēſentes: meritis ipſorum ptegamur & precibus. Per. Lectio i.

Beatus Kilianus ex Scoria patria ortus: & liberalibus diſciplinis eruditus: ad pontificatus honorem fuit ſublimatus. Tu autē.

Lectio ij.

Qui poſtea amoris dei peregrinatione aſſumpta: peruenit Romam: & á ſancto Papa canone accepta prædicandi licētia: ad ducem Wirteburgenſem redijt: cumq; cum populo ſibi ſubiecto ad

dñi

domini fidem ſua prædicatione conuertit & baptizauit. Tu autem domine miſe. Lectio iii.

Videns autem vir dei ſupradictum ducem iam in fide confortatum: cepit mouere eum vt vxorem fratris quam ritu gentilium ſuo cõiugio copulatam habebat, à ſuo matrimonio remoueret. Tu autem domine. Lectio iiii.

QVam cum ſancto viro monente nobiliſsimus dux dimittere vellet: ea indignationis furore ſuccenſa die noctuq; ſancti viri necem ptractans: inſidias pparare cepit. Le. v.

Sanctus Kilianus ſentiens inſidias mulieris cum ſocijs ſuis die noctuq; orationibus & ieiunijs vacabat: alacriter expectans iam olim optatam martyrij diem. Tu autem domine. Lectio vi.

Quadam aũt nocte ſancto viro cum ſocijs ſuis laudes diuinas celebrante: adeſt lictor à nephanda muliere deſtinatus: qui dei ſanctos gladio impio trucidauit. Quorum corpora eadẽ nocte furtim in eodem loco ſepulta fuerunt. Homel. Deſcendens. ¶ In feſto ſeptem fratrum martyrum.

Cap. Reddet deus. Oratio.



PRæſta quæſumus omipotens deus: vt qui glorioſos martyres tuos fortes in ſua confeſsione cognouimus: pios apud te in noſtra interceſsione ſentiam⁹. Per.

Lectio prima.

Tempore Antonini imperatoris tenta eſt fœlici-

tas illuſtris fœmina cum ſeptem filijs ſuis Chri-
ſtianiſsimis. Publius ergo præfectus cepit blando
colloquio ad ſacrificium eam prouocare. Cui Fœ
licitas dixit. Nec blanditijs tuis reſolui potero:
nec terroribus frangi. Tu autem domine miſe.
Lectio ij.
Præfectus dixit. Et ſi tibi neceſſe eſt mori vel fi-
lios tuos fac viuere. Fœlicitas rñdit. Viuent filij
mei ſi non ſacrificauerint idolis Et conuerſa ad
filios ſuos dixit. Videte filij mei cœlum: ibi vos
expectat Chriſtus cum ſanctis ſuis ſi viriliter pro
animabus veſtris pugnaueritis. Lectio iij.
Præfectus igitur vocato filio nomine Ianuario
cœpit eum hortari ad ſacrificium Qui dixit. Stul
ticia plenus ſtulta perſuades. Tunc iuſsit eũ vir-
gis cedi & in carcerẽ recipi: & ſecundũ noĩe Fœ
licem admoueri. Qui cum hortaretur rñdit. V-
nus deus eſt quem colimus: cui ſacrificium pie
deuotionis offerimus: & fides noſtra nonpõt vin-
ci nec mutari. Lectio iiij.
ET iſto amoto iuſsit tertium noĩe Philippum
applicari. Qui dum ad imolandum inuitare-
tur rñdit. Qui dijs veſtris ſacrificauerit in æ-
terno periculo erit. Iſto quoq; amoto iuſsit adeſ-
ſe quartum nomine Syluanũ. Qui hortatus rñdit.
Nos idola contemnimus: & deo omnipotenti fa
mulamur. Tu autem domine Lectio v.
Amoto Syluano cepit pręfect⁹ admoueri quintũ
nomine Alexandrum. At ille reſpondit dicens.
Ego Chriſtum confiteor: corde timeo: inceſſan-
ter

ter adoro. Et iſto amoto iuſſum eſt ſextum nomine Vitalem applicari. Quo in confeſsione perdurante iuſsit pręfectus ſeptimum nomine Marcialem adduci. Qui hortatus dixit. Omnis qui Chriſtum verum deum eſſe non confitetur: æterno incendio cremabitur. Lectio vi.

Ita ergo prædictis ſanctis martyribus in confeſſione Chriſti permanentibus: data ſententia: primus plumbo occiditur: ſecundus & tertius fuſtibus ad necem mactantur: quartus præcipitio interimitur; quintus & ſextus & ſeptimus: & poſt hæc mater ipſorum beatiſsima capitali ſententia puniuntur. Talibusq́ ſupplicijs ꝓ dei amore interempti: ad ſiderea regna tranſmigrauerũt cum palma triumphali. Tu. Homelia. Cũ audieritis p̃.

In cõmemoratione ſcti Bñdicti Abbatis. Oratio.

INtercesſio nos quæſumus dñe beati Bñdicti Abbatis tibi commendet: vt quod noſtris meritis non valemus: eius patrocinio aſſequamur. Per. Cætera omnia vt in priori feſto eius. ¶ In feſto ſanctæ Margaritæ virginis ad primas veſp. añ. O Margareta cœlorum virgo ſecreta: iam conſcendiſti ſuauiſsima victima Chriſti: ora pro nobis virtus vt creſcat amoris. Pſal. Laudate pueri. 88
Cap. Domine deus meus ex. ℞. Quadam die Olibrius moleſtus deo & hominibus: dum tranſiens viſum in illam ſparſit. Mox in concupiſcentiam eius exarſit. * Erat enim nimium formoſa: in vultu ſcilicet floruit vt roſa. Mox.

Hymnus.

Margaritæ virginis.



Pange chor⁹ hymnū dei filio de martyris Margaritę prælio: quæ p̄fecto paſſa ſub Olibrio conſecrari meruit martyrio. Ieſu Chriſti propter diligentiam: ſe p̄fecti ſpernit eſſe ſociam: per diuinam impolluta gratiam: mundi huius euaſit ſpurciciam. Caſtigatur: carceratur regina: ſed de cœlo tenebroſa lumina illuminant magnifica lumina: audit inaudita conſolamina. A dracone deuoratur peſſimo: ſigno crucis exijt potentiſſimo ligno ſubleuatur in altiſſimo: tormento diſcrutiatur plurimo. Caro ferro ſcalpitur: ſanctiſſima concrematur lampade terrifica ad æthera Chriſti clamat anima: iudicium meum deus iudica. Immergitur aquæ virgo regia: coxa ſimul manus & veſtigia abluũtur dum magna media ligamina rumpuntur fortia. ¶ Decollari datur carnificibus: extra caſtrum ducitur verberibus: decollatur fertur in cœleſtibus: angelicis vlnis & concentibus. Supplicamus ergo tibi domina: qui tua recolimus certamina: dei ſentiamus adiuuamina: tua ſanctiſſima per hortamina. Omnium creatori patri gloria: eius vnigenito victoria: ſancto flamini laus omnipharia: per ſecula deus vnus omnia. Amen. vel. Virginis p'cés. ℣. Specię tua. Ad magni. añ. Magnificem⁹ dn̄m ſaluatorem omnium in ſpiritu exultantes hoc feſtum celebrantes beatæ Margaritę ancillæ humilis

Digitized by Google

humilis ſuæ nos vt eiuſdem præcibus criminum
expurgemur fecibus. Oratio.
DEus qui beatam Margaritam virginem ho
dierna die per martyrij palmam ad cœlos
venire feciſti: concede nobis quæſumus:
vt eius exempla ſequentes ad te peruenire me-
reamur. Per. Ad matut. inuit. Auctorem vitæ Chri
ſtum laudare venite. Cui Margarita conregnat in
æthera læta. Pſal. Venite ex. In i. noctur. añ. Hæc
virgo prædicans nomen tuum Ieſu bone: à te me
ruit coronari gloria & hono. Pſalm. Domine do- 4
minus noſter. Añ. Teſtimonium domini fidele ſa
pientiam præſtitit paruulę: hoſtis ideo ſæuiſsim⁹
non dominatus eſt eius. Pſal. Cœli enar. Añ. Inno 11
centiã retinens mundumq; cor diligens: per pœ-
nas temporales portas introiuit æternales. Pſalm.
Domini eſt terra. ℣. Specie tua & pul. Lectio i. 15

BEatiſsima Margarita erat Theodoſij filia: qui erat gentilium Patriarcha: & idola adorabat Hic enim illam vnam habebat filiam de ſe natam quæ erat ſpiritu ſancto repleta. Mox ergo vt nata eſt: in quadam ciuitate habente ſtadia quindecim ab Antiochia nutrita eſt â nutrice ſua. ℟. Tranſeunte Olibrio præfecto in Antiochiã ciuitatem de Aſia: vidit beatam Margaritam paſcentem oues nutricis ſuæ: ſtatim eam concupiuit & iuſsit eam comræphendere dicens. Bene erit ei in domo mea propter eius pulchritudinẽ. ℣. Ite feſtinanter compræhendite illam puellam & ſi libera eſt: accipiam mihi in vxorem: ſi autem

ancilla: erit mihi concubina. Bene erit. Lectio ij.
Cum eſſet annorum quindecim paſcebat oues nutricis ſuæ cum cæteris virginibus Coætaneis. præfectus Olibrius inde tranſiens puellam tã ſpeciosam conſiderans: mox in amore eius exarſit: & pueros ad eam miſit dicens. Ite & comprehendite eam. Si libera eſt: in vxorem eam accipiam: ſi ancilla: mihi in concubinam habeam. ℟. Venerunt milites ad præfectum & dixerunt ei: domine poteſtas tua non poteſt ei eſſe cõmunis: quia non eſt ſeruiens dijs noſtris: ſed Deum adorat & Chriſtum prædicat. Quem Iudæi crucifixerunt. ℣. Olibrius præfectus immutauit vultum faciei ſuæ & iuſsit eam venire ad ſe: & dixit: tu inuocas nomen Chriſti? Quem. Lectio iij.
Cum igitur fuiſſet conſpectui eius pñtata: eam de genere ſuo & nomine ac religione interrogauit. Illa nobilem ſe genere: nomine Margarethã: religione Chriſtianã rñdit. Cui præfectus. Duo tibi prima bene cõpetunt: ſed tertium non conuenit: vt tam pulchra puella Deũ habeat crucifixũ. Tu. ℟. Erexit ſe draco in medio carceris: & ſibilauit fortiter: & poſuit os ſuum ſuper caput eius. Et linguam ſuam porrexit ſuper calcaneum eius: & ſuſpirans deglutiuit eam. ℣. Sed crux Chriſti quã ſibi fecerat beata Margaretha creuit in ipſo dracone: & in duas partes eum diuiſit. In ij. noct. añ. Deſiderans ſpeciem eius benedixit eam Deus: trahens eam ad ſe lætitia & exultatione. Pſ. Eructa.
Añ. Virtutũ dñs ſuſceptor illius arcũ potẽtis cõtriuit:

triuit: qui carnaliter eam occidit. Pſ. Deus noſter: &c. Añ. In medio templi regis ſempiterni miſericordiam ſuſcepit: qua iugiter gaudebit. Pſ. Magnus dominus: Diffuſa eſt. 32 33

Lectio quarta.

CVm autem Margaretha cũ ſponte pro redẽptione noſtra crucifixũ aſſeret: ſed nunc in æternũ victurũ: iratus prę̄fectus eã in carcerẽ mitti iuſsit: & ſequenti die ad ſe vocari: eiq; dixit. Vana puella: miſerere pulchritudinis tuę: & deos noſtros adora & bene tibi ſit. Quę reſpondit. Illũ adoro quẽ terra contremiſcit: mare formidat. Cui præfectus Niſi mihi conſentias: corpus tuum faciam laniari. Fecitq; eam in eculeo ſuſpẽdi & crudelitur laniari. Ad quẽ rñdit. Impudẽs canis: & inſatiabilis Leo: in carnẽ tm̃ poteſtatẽ habes. ℟. Videns Olibrius Margaritam ſtare firmiter in fide Chriſti. Miſit eam in carcerẽ. Minãs ei multa mala & amara. Miſit eam.

Lectio v.

DEinde eã deponi fecit & in carcerem recludi: ſequentiq; die ſibi pñtari. Contẽnenſq; ſacrificare: corpus eius facibus ardentibus comburitur. Deinde in vaſe aqua pleno eam ligari pręcepit: vt ex pœnarum cõmutatione creſceret vis doloris. Sed ſubito terra concutitur: & virgo illeſa cunctis videntibus egreditur. Tunc quinq; milia virorũ Chriſto crediderunt. T. ℟. Fœlix igitur Margarita ſacrilego ſanguine progenita: Fidẽ quam ſpiritu ſancto percepit: viciorũ maculis minus infecit. Ibat de virtute in virtutem ardenter ſitiens animę ſalutem. Fidem.

Lectio ſexta.

Digitized by Google

Pręfectus timens ne alij conuerterentur: conci-
tus beatam Margaritam decollari præcepit. Illaq́;
impetrato orandi ſpacio pro ſe & pro ſui memo
riam agentibus orauit. Surgensq́; ab oratione di-
xit ſpiculatori. Frater tolle gladium tuum: & per-
cute me. Qui percutiens caput eius vno ictu ab-
ſtulit: & ſic martyrij coronam ſuſcepit. Tu autē
domine miſerere noſtri. ℞. Virgo veneranda in
magna ſtans conſtãtia: verba contempſit iudicis.
Nil cogitans de rebus lubricis. ℣. Cœleſtis pręmij
ſpe gaudens: in tribulatione erat patiens. In tertia
noct. Dicta ſunt glorioſa de te virgo ſpecioſa: ſis
memor hinc noſtri: deuotos quos tibi noſti. Pſal.
64 Fundamenta. Añ. In populis annunciemus mira-
bilia quæ fecit Deus hac in beata martyre quia
70 vixit ſine crimine. Pſal. Cantate. i. Añ. Tubis in-
ductilibus pſallat omnis populis iudicaturo cun-
cta ſæcula: in quo iam exultat hæc agni pediſſe-
73 qua. Pſal. Cantate. ij ℣. Adiuuabit eam. Homel. Si
mile eſt regnum cœlo. the. ℞. Virgo ſuſpenſa in
ligno cędebatur virgis: ſanguis effluebat de cor-
pore eius. Ipſa autem clamabat. ℣. Domine Deus
meus iudica iudicium meum. Ipſa. ℞. Pendens i-
terum in ligno beata Margarita: corpus eius ve-
hementer cremabatur. Ab ardenti face. ℣. Quæ
ſunt vt roſa: caro facta eſt rugoſa. Ab. ℞. O quam
pręcioſa es Chriſti virgo Margarita: quæ tãtas pœ
nas ſuperaſti: diabolum conculcaſti draconem in
terfeciſti: Chriſtum dilexiſti. Intercede pro no-
bis. ℣. Vt digni perueniamus illęſi ad patriam æ-

Digitized by Google

ternæ claritatis. Ad lau. añ. Videns Olibrius Mar garitam non poſſe vinci tormentis: iuſsit eam de collari. Pſal. Dominus regna. Añ. Carnifices ſuſci 69
pientes eam duxerunt extra ciuitatem ad decol landum. Añ Oratione facta vocans lictorem dicit ei: frater tolle gladium tuum & percute me. Añ. Antequam mortem ſacra virgo caperet: orauit poſitis genibus velut in agone. Añ. Extento collo mirabiliter gaudens ſuſcepit coronam martyrij. Cap̃. vt ſup. Hym. Decollari datur. ℣. Audi filia &c. Ad bñs añ. O laudanda Chriſti clementia: cuius miranda in beata Margarita reſplendent opera: quia veræ fidei conſtantia nulla tormentorum mota eſt ſæuicia: ipſa nos prece ſanctiſsima in cœleſti collocet patria. Oratio. vt ſup. Ad ſecun
das veſp añ. Videns olibrius. Pſalm. Dixit domi- 87
nus. Laudate pueri. Lætatus. Niſi dominus Lau- 114
da Hie Cap̃. vt ſu. ℟. Virgo veneranda. vel. O quã precioſa. Hym vt ſup. vel. Virginis proles. ℣. Specie tua. Ad magn. añ. Olibrius tranſibat de Aſia in Antiochiam ciuitatem & vidit Margaritam paſcentem oues nutricis ſuæ concupiuit eam: miſitq́ veredarios ad illam vt interrogata fateretur ſi libera eſſet an ancilla: at illa non ſum inquit ancilla ſed Chriſtiana: & inuocans nomen domini mei Ieſu Chriſti per quem ſaluatur horis omnibus totus mundus. ¶ In diuiſione Apoſtolorum añ. Excelſus. cum cæteris añis & Pſalm. Cap̃. Iam non eſtis hoſpites. ℣. Ite in orbem vniuerſum & prædicate dicentes alle. Qui crediderit & baptiza

tus

tus fuerit ſaluus erit alle. allle. alle. ℣. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Qui. Hym. Exultet cœlum. ℣. In omnem terram. Ad mag. añ. Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ alle: qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit alle: qui vero non crediderit cō demnabitur alle. Oratio.



DEus qui diuiſionē Apoſtolorum hodierna die fieri tua præordinaſti prouidētia: vt in vnā fidei gratiam gentium diſperſa vocaretur Eccleſia: da nobis per ſupplicationem ipſorum veniam noſtrorum promereri peccatorum: per quorum veram prædicationem ad tui nominis peruenimꝰ agnitiōem. Per. Lectiones & tota hiſtoria de cōi Apoſtolorum. Hom Ecce ego mitto vos Sed in miſſa Euangelium dicitur. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Euntes in mundum vniuerſum. Laudes de cōi. Ad bñs añ. Dum ſteteritis. Ad ij veſ. añ. Iurauit dominus. cum cæteris. Ad mag. añ. Illi autem ꝓfecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante: & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis alle. alle. ¶ In feſto ſctōrū Andreæ & Bñdicti mar-
88 tyrum añ. Sanctum eſt verum lumen. Pſal. Laudate pue. Cap. Sancti per fidem. ℟. Vir ſacratus & Deo gratiſſimus Andreas tribus hebdomadę diebus ab oī re quæ mandi poſſet abſtinuit: pro dilectione & gratia ipſius. Qui propter homines homo

Digitized by Google

mo factus quadraginta diebus ieiunauit. ℣. Dñm
Deum ſuũ adorauit: & illi ſoli ſeruiuit. Qui. Hy.
Sanctorum meritis. ℣. Lætamini in. Ad mag. añ.
Sanctiſsimi viri Andreas & Benedictus in Baſili-
ca beati Emerammi martyris: in vna ſepultura
pauſant: factumq́ eſt vt nec ſepultura eos diſiun-
geret quos vniformis vitæ ſanctitas coniunxerat:
qui pro nobis apud Chriſtum dignentur interce-
dere.

Oratio.

Sanctorum Martyrũ tuorum domine Bene-
dicti atq́ Andreæ natalicia veneranda q̃s Ec-
cleſia tua deuote ſuſcipiat: & fiat magnæ glo-
rificationis amore deuotior. Per. Inuit. Venite a-
doremꝰ Chriſtũ regẽ inuictũ. Qui martyres ſuos
coronauit Andream & Benedictum. Ps. Venite.
Quære in cõi ſanctorũ de Apoſt. In i. noc. añ. Mul-
ti ad beatum Stephanũ Canonici & monachi ex
terris aliĳs quaſi ad patrẽ cõfluebat. Pſ. Btũs vir. añ. 1
Nõ coacti neceſsitate: ſed vt nouũ conuerſionis
Hungaricæ gentis gaudiũ ex eorũ cõuentu adam-
pliaretur. Pſ. Quare fr. Añ. Inter quos quidã ſpiri- 1
tu ſancto inſtigatus noĩe Zoerardus de Poloniã
in Hungariam aduenit. Pſ. Cum inuo. ℣. Lætami- 2
ni in.

Lectio prima.

Tempore quo ſub Chriſtianiſsimi Stephani
regis nutu nomen & religio deitatis in Pan
nonia rudis adhuc pullulabat: audita fama
boni rectoris multi ex terris aliĳs Canonici & Mo
nachi ad ipſum quaſi ad patrem confluebant:
non quidem alicuius cauſa coacti neceſsitatis:
ſed vt conuerſationis ſanctæ nouum gaudium

Digitized by Google

ex eorum conuentu adampliaretur. Tu. ℟. Tempore quo ſub beati Stephani Regis nutu religio deitatis in Pannonia pullulabat. Audita fama rectoris boni: multi ex terris aliјs canonici & Monachi ad ipſum confluebant. ℣. Vt nouum ſanctę conuerſationis gaudium ex eorum conuentu adampliaretur. Audita Lectio ij.

Inter quos quidam ſancti ſpiritus inſtinctu tact' ex ruſticitate quaſi roſa ex ſpinis ortus Zoerardus nomine hanc in patriam de terra Polonienſium aduenit: & â Philippo Abbate: cuius monaſterium Zobur nominatum in Nitrienſi territorio ad honorem ſancti Hyppoliti ſitum erat habitu accepto: & Andreas nominatus Heremiticam vitam agere ſtatuit. ℟. Inter Catholicos viros ſpiritus ſancti inſtinctu tactus Zoerardus de terra Poloniorum in Hungariam aduenit: & à Philippo Abbate habitum accepit. Et Heremi ſanctam vitã agere elegit. ℣. Similis factus eſt Pellicano ſolitudinis: factus eſt ſicut Nicticorax in domicilio. Lectio tertia.

Ibi quanta contritione cordis & corporis maceratiõe ſeipſum affligeret: ex relatõe ſui diſcipuli Benedicti ſecum conuerſantis quæ audiui pauca: literis commendare decreui Ego quidem Maurus nunc deo miſerante Epiſcopus: tunc autem puer ſcholaſticus bonum virum vidi Sed quæ eius eſſet conuerſatio non viſu ſed auditu percepi. Ad noſtrum ergo monaſterium ad honorem beati pontificis Martini conſecratum cum iã dictus

ctus Monachus Benedictus ſæpe veniſſet: mihi hæc quæ ſequentur de eius vita venerabili narrauit. Tu. ℟. Poſtquam cõuerſationis egregiæ Zoerardus Andreas heremiq́ ſolitudinem ſubintrauit. Magna corporis defatigatione: ſpiritualis autem vitæ corroboratione: ieiuniũ ſemper obſeruauit. ℣. Quoniam ſacrificiũ deo ſpiritus contribulatus: cor contritum Deus non deſpiciet. Ma. In ij. noct. aũ. Sanctus Zoerardus ad Philippum Abbatem venit: qui in Monaſterio ſancti Hyppolyti animas ſibi commiſſas regebat: & ab eo habitum ſanctum accepit. Pſ. Verba mea. Aña. Veſtẽ 3 ſanctæ conuerſationis beatus Zoerardus accepit: & Andreas nominatus Hereniticam vitam agere ſtatuit. Pſ. Domine dominus noſter. Añ. In he 4 remo ſanctus Andreas magna contritione ſpiritus & corporis maceratione ſeipſum afflixit. Pſa. 7 Domine quis habi. ℣. Exultent iuſti. Lect. iiij.

POſtquam idem beatus vir Andreas Heremi ſolitudinem ſubintrauit: magna corporis defatigatione: ſpiritualis autem vitæ corroboratione: ieiunium obſeruabat. Tribus diebus ab omni re quæ mandi poſſet abſtinuit pro dilectione ipſius gratiæ: qui propter homines homo fact⁹ quadraginta diebus ieiunauit. ℟. Vir ſacratus. Vt ſup. in veſp.

Lectio quinta.

Cum autem quadrageſimale tẽps adueniret: ad exemplum vitæ regularis (ſub quo Zozimus Abbas degebat: vbi quadraginta dactilis quiſq́ quadrageſimã deduxit) ipſe à patre Philippo à quo ha

 bitum

bitum acceperat: quadraginta nuces accepit: & eo victu contentus diem ſanctę reſurrectionis cum gaudio expectauit. Tu. ℟. Temporis quadrageſimalis dies electus Dei Andreas exemplis patrum antiquorum eruditus: quadraginta nucum refectione ſuſtentatus tranſiuit. Et reſurrectionis dominicæ feſtum gaudio expectauit. ℣. Quia non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo Dei. Et.

Lectio ſexta.

Hiſdē viro & aliȷs diebus licet ęſus ad corpus refocillandū nō ſolū non ſufficeret: verū etiā ſpūm ipſum ad defectū perduceret: ipſe tamē excepto tēpore orationis nunquā à labore ceſſauit. Poſt laborē aūt diurnū corpori quietē nocturnā talē adhibuit: q̄ magis tormēti & afflictiōis quā requiei nomē habere potuit. ℟. Cōfeſſor Chriſti Andreas tēpus reſolutionis ſui corporis indicauit illis qui aderāt. Et ne veſtimētis ſuis exueretur interdixit. ℣. Donec pater Philippus illuc adueniret. Et.
In iij. noct. añ. Beat⁹ Benedict⁹ patre ſuo Andrea defuncto eundē locū Heremi inhabitare decre-
8 uit. Pſ. Cōſerua me. Añ. Vbi tribus annis vitā ſanctā exēplo magiſtri ſui Andreæ egit: quē latrones
15 iugulatum in aquā ſubmerſerunt. Pſ. Dñi eſt ter. Añ. Cuius corpus Aquila per integrum annū in-
20 corruptum ſeruauit. Pſ. Beati quorū. ℣. Iuſti aūt.
Homelia. Deſcendens Ieſus. ℟. Innocens vir Benedictus poſt obitū ſuum depoſitus eſt. In oratorio beati Emerammi martyris eodē tumulo quo requieſcebat Andreas. ℣. Corpora ſanctorū in pace

ce ſepulta ſunt: & viuent nomina eorū in ſæcula. In orato. ℟. Hęc eſt vera fraternitas. quęrede martyribus. ℟. Beati pauperes ſpiritu. quære de omnibus ſanctis. Ad lau. añ. Cum autē tēpus reſolutionis corporis beati viri Andreæ immineret indicauit eis ipſe hoc qui aderant. Pſa. Dn̄s reg. Añ. Sanctus heremi cultor ne ab vllo veſtimentis ſuis exueretur interdixit: donec Abbas Philippus ad quem iam miſerat adueniret. Añ. Pater ā̄t Philippus adueniens vbi corpus venerabile lauandū exuit: cathenam eneā viſcera iam attingentem inuenit. Añ. Mira res & inaudita cathena carnē intus putrefaciens cute foris obducta eſt. Añ. Nec ſciri potuiſſet hoc genus martyrij: niſi ad vmbilicum legati nodus appareret metalli. Cap. vt ſu. Hymnus. Rex glorioſe. ℣. Iuſtorum animæ. Ad bñs añ. O inauditū genus confeſsionis: quod precioſius facit regnum promiſsionis: non cibus: nō requies â ſanctis viris Andrea & Benedicto auferre potuit: dulcedine vana: æternitatis vitā: & nequam ſpiritus in cordibus eorū inuenire nequiuit deceptionis ianuā. Ad ij. veſ. añæ de laudibus Pſ. Dixit dominus. Beatus vir. In conuertendo. Eripe me. Lauda Hieruſalem. Cap. vt ſup. ℟. Innocens vir. Hym. Sanctorum meritis. Ad mag. aña. In Baſilica beati Emerammi martyris requieſcunt in pace oſſa beatorum Andreæ & Benedicti.
In feſto ſancti Alexij Confeſſoris Cap. Iuſtus corſum.

Oratio.

 Deus


DEus ſanctæ humilitatis & deuotę paupertatis amator: cui beatus Alexius in ſua humilitate valde complacuit: eius interuentu fac nos quæſumus humiles & deuotos: vt deuotis mentibus & pijs actibus tibi placere valeamus. Per dominum.

Lectio prima.

FVit Romæ vir magnus & nobilis Euſemianus nomine: diues valde & primus in Palatio Imperatoris. Erātq; ei tria milia puerorū: qui zonis cingebantur aureis: & ſericis induebantur veſtimentis. Hic enim iuſtus & miſericors erat: eleemoſynas multas pauperibus erogās Tres per ſingulos dies menſę parabantur in domo eius orphanis: viduis & peregrinis & iter agentibus. Ipſe vero ad horam nonam comedebat cum viris religioſis. Tu autem domine miſerere noſtri.

Lectio ſecunda.

Mulier autem eius Agglaes nomine: erat religioſa & timens deū: & non erat ei filius: eo quod ſterilis eſſet. Vnde merētes erant & triſtes: quia tantarū ſubſtantiarum ac familiarum nullū haberēt hæredem: & ideo quotidie immenſas largiebantur eleemoſynas. Orationibus quoq; atq; obſecrationibus inſiſtentes dn̄m deprecabantur vt daret eis filiū qui ſuccederet eis: quorū deus ſcd'm bonitatē ſuā contritionem aſpiciens: recordatus operum ipſorū exaudiuit eos: & conceſsit eis filiū. Tu autem.

Digitized by Google

Lectio tertia.

De filio quoq; nimis lętātes gratias egerunt deo: atq; ſtatuerunt vt deinceps caſtum & ſanctum miniſterium redderēt illi pro filio eorū: & vltra adinuicem non accederent: ac in caſtitate perſeuerarent. Puer autem Alexius vt ad ætatem diſciplinę congruę peruenit: tradiderunt eum Eccleſiaſticorum ſacramentorum magiſtris: & ita Deo largiēte & edoctus eſt: vt in omnibus Philoſophiæ & maxime in ſpiritualibus floręret ſtudijs. Tu autem.

Lectio quarta.

CVm autem ad tempus adoleſcentiæ acceſſiſſet: & eum nuptialibus infulis aptum reddidiſſent: elegerunt ei puellam ex genere Imperiali: & ornauerunt thalamum. Impoſiteq; ſunt eis ſingulæ coronæ in templo ſancti Bonifacij martyris per manus oonratiſsimorū ſacerdotum: & ſic cum gaudio & lęticia læti duxerunt diem.

Lectio quiuta.

Veſpere autem facto dixit Eufemanus filio ſuo Alexio. Intra fili mi in cubiculum: & viſita ſponſam tuam. Vt autem intrauit cœpit nobiliſsimus iuuenis & in Chriſto ſapientiſsim⁹ inſtruere ſpōſam ſuam: & diuina ei ſacramenta diſſerere. Deinde tradidit ei annulum ſuum aureum erēdam: id eſt caput Bálthęi: quo cingebatur in prandio inuolutū ex purpureo ſudario. Dixitq; ei. Suſcipe hęc & ſerua dum Domino placuerit: & Dominus ſit inter nos.

Lectio ſexta.

Cum ergo cognouiſſet finē laboris ſui: conſcripſit totam vitam ſuam. Et tandē fœliciter migrauit ad dn̄m. Die igitur dn̄ica poſt miſſarū ſolennia: vox cœlitus inſonuit dicens. Quærite hominem Dei vt oret pro Roma: & in domo Euſemiani quęrite. Tunc Euſemianus cucurrit & inuenit eum defunctum: volensq́ chartam de manu ſua recipere non potuit. Quam poſtmodum Papa Innocentius fuſis deuotis lachrymis accepit: & in ea omnia geſta ſua conſpexit. Quibus auditis pater & mater ac ſponſa eius & cæteri cum magna compunctione lachrymantes laudauerunt dominū.

Homel. Sint lumbi veſtri pręcin. ¶ In feſto ſanctæ Praxedis virginis Cap̄. Qui gloriatur. Oratio



DA quæſumus omnipotens Deus vt qui beatæ Praxedis virginis tuæ natalicia colimus; & annua ſolennitate lætemur: & tantæ fidei proficiamus exemplo. Per do. Lectio prima.

VEnerabilis virgo Praxedis dum affligeretur propter tranſitum germanæ ſuæ Potentianæ: multi nobiles Chriſtiani veniebant ad eam: & conſolabantur eam cum ſancto Pio Apoſtolicæ ſedis Epiſcopo Tu. Lectio ij.

Poſt anuos autem duos & dies decem & octo facta eſt perſecutio magna Chriſtianorum vt traherentur ad culturam idolorum & multi martyrio coronati ſunt. Virgo autē domini Praxedis ferUens

uens ſpiritu ſancto multos Chriſtianos occultauit in domo ſua: quos cibo paſcebat & verbo ſpiritus ſancti. Lectio iij.

Tunc diuulgatum eſt Antonio Imperatori: eo quod conuentus eſſet in domo Praxedis: & mittens tenuit multos. Inter quos etiam tenuit Symicerium Presbyterum cum aliis trigintaduob⁹ quos ſine interrogatione gladio puniri præcepit in eodem titulo. Lectio quarta.

Corpora autem ſanctorum ſupradictorum noctu beata Praxedis collegit: & ſepeliuit in cimiterio Priſcillæ ſub die ſeptimo ante Kalendas Iunij. Tunc afflictione conſtricta beata Praxedis ingemuit: & adorauit dominum vt tranſiret ex mundo. Tu. Lectio v.

Cuius orationes & lachrymæ ad dominũ Ieſum Chriſtum peruenerunt. Poſt dies enim triginta & quatuor poſt martyrium & coronam ſanctorum ſupradictorum: migrauit virgo ſacra ad dominũ: ſub die duodecimo ante Kalendas Auguſti. Tu.

Lectio ſexta.

Cui⁹ corp⁹ paſtor presbyter ſepeliuit iuxta patrẽ ſuum in cimiterio Preſcillę via Salaria: vbi hodie florent orationes ſanctorum. Tu. Homelia. Simile eſt re. cœ. decem virg. ¶ In feſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ ad veſ. añ. Dum redemptoris noſtri Maria pedes tetigit: maculas cordis & corporis lachrymis abluit: & cunctis ſpei & pœnitentiæ exempla contulit. Pſal. Laudate pu. Cap. Mulierẽ 88 fortem. Quære in cõi ℞. Acceſsit ad pedes Ieſu

peccatrix mulier Maria. Et oſculata eſt: & lauit lachrymis: & terſit capillis: & vnxit vnguēto. ℣. Dimiſſa ſunt ei peccata multa: quoniā dilexit multum. Et.

Hymnus.



LAuda mater Eccleſia: lauda Chriſti clementiam: qui ſeptem purgat vicia per ſeptiformem gratiam. Maria ſoror Lazari quæ tot commiſit crimina: ab ipſa fauce Tartari redit ad vitæ præmia. Poſt fluxę carnis ſcandala: fit ex Lebete Phiala in vas translata gloriæ: de vaſe contumeliæ. ¶ Egra currit ad medicum: vas ferens aromaticum: & à morbo multiplici: verbo curatur medici. Surgentem cū victoria Ieſum vidit ab inferis: prima meretur gaudia quæ plus ardebat cæteris. Contriti cordis punctio cum lachrymarum fluuio: & pietatis actio ream ſoluit â vicio. Soli Deo ſit gloria pro multiplici gratia: qui culpas & ſupplicia remittit & dat præmia Amen. ℣. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Quoniam dilexit multum. Ad mag. aā. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus: quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere: & qui naſci dignatus eſt de Maria virgine: tangi non dedignatus eſt â Maria peccatrice: hæc eſt illa Maria cui dimiſſa ſunt peccata multa: quoniam dilexit multum: hæc eſt illa Maria quæ reſurgentem â mortuis prima omnium videre meruit dominum noſtrum Ieſum

Digitized by Google

Ieſum Chriſtum quem pro noſtris reatibus oret
quæſumus in æternum. Oratio.

LArgire nobis quæſumus clementiſsime pa-
ter q̃ ſicut beata Maria Magdalena dñm no
ſtrum Ieſum Chriſtum ſuper oĩa diligendo
ſuorum obtinuit veniam peccaminũ: ita nobis
apud miſericordiam tuam ſempiternã impetret
beatitudinem Per eum. Ad matut. inuit. Plorem⁹
coram dño cum Maria. Vt veniã mereamur cum
illa. Pſal. Venite. Quære in cõmuni ſanctorũ de
apoſtolis. In primo noctur. añ. Rogabat Ieſum
quidam Phariſæus vt manducaret cum illo: &
ingreſſus domum Phariſęi diſcubuit: & ecce mu-
lier quę erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q̃
accubuiſſet in domo Phariſæi: attulit alabaſtrum
vnguenti. Pſal. Dñe dñs noſter. Añ. Stans retro 4
Maria ſecus pedes dñi Ieſu lachrymis cepit riga
re pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat & o-
ſculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. Pſal. 11
Cœli enar. Añ. Videns aũt Phariſæus qui voca-
uerat eum ait intra ſe dicens hic ſi eſſet propheta
ſciret vtiq; quæ & qualis eſt mulier quę tangit eũ
quia peccatrix eſt. Pſal. Dñi eſt terra. ℣. Specie 15
tua.

Lectio prima.

MAria Magdalenæ q̃ fuerat in ciuitate pec-
catrix amando veritatem: lauit lachrymis
maculas criminis: & vox veritatis imple-
tur qua dicitur dimiſſa ſunt ei peccata multa: q̃m
dilexit multum. Quæ enim prius peccando fri-
gida ramanſerat: poſtmodum amando fortiter ar-

Digitized by Google

debat. Namq́ poſtq̃ venit ad monumentũ: ibiq́ corpus dñicum non inuenit, ſublatum credidit atq́ diſcipulis nunciauit. Qui venientes viderũt: atq́ ita eſſe vt mulier dixerat crediderunt. Et de ipſis protinus ſcriptum eſt Abierunt ergo diſcipuli ad ſemetipſos. Ac deinde ſubiungitur. Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. ℟. Maria Magdalenæ quæ fuerat in ciuitate peccatrix amando veritatem lauit lachrymis maculam criminis. Et vox veritatis impletur qua dicitur dimiſſa ſunt ei peccata multa quoniam dilexit multum. ✠. Quæ enim prius frigida peccando remanſerat: poſtmodum amando fortiter ardebat. Et.

Lectio ſecunda.

Qua in re penſandum eſt huius mulieris mentem quanta vis amoris accenderat: quæ à monumento dñi etiam recedentibus diſcipulis nõ recedebat. Exquirebat quẽ non inuenerat: flebat inquirendo & amoris ſui igne ſuccenſa eius quẽ ablatum credidit ardebat deſiderio. Vnde contigit vt cum ſola tunc videret: quæ remanſit vt q̃reret. Quia nimirum virtus boni operis perſeuerantia eſt: vt voce veritatis dicitur. Qui aũt perſeuerauerit vſq́ in finem: hic ſaluus erit. Tu. ℟. Emit Maria precioſum vnguentum: & vnxit pedes dñi: & repleta eſt tota domus miro odore. Indignati ſunt omnes qui videbant eam: & dicebant vt quid perditio hæc? potuit hoc vnguentũ venundari multo & dari pauperibus. ✠. Bonum opus operata eſt in me: nam ſemper pauperes habebi-

Digitized by Google

habebitis vobiſcum: me autem non ſemper habebitis. Indi. Lectio iij.

Iſta itaq; quæ ſic amat: quæ ſe ad monumentum quod proſpexerat iterum inclinat: videmus quo fructu vis amoris in ea ingeminat opus inquiſitionis. Sequitur. Vidit duos angelos in albis ſedentes: vnum ad caput & vnum ad pedes vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. De qua & adhuc ſubditur. Venit Maria Magdalenæ annuncians diſcipulis: quia vidi dominum & hæc dixit mihi. Tu. ℟. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum: & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domū ſuā: & huic erat ſoror nomine Maria. Quæ etiam ſedens ſecus pedes domini Ieſu audiebat verbum illius. ℣. Domine ait Martha nō eſt tibi curę qđ ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare: Maria inquit dominus optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Quæ. In ij. noctur. aā. Cum diſcubuiſſet in domo Simonis dn̄s Ieſus mūdi gloria: mulier quæ erat in ciuitate peccatrix Nardi odoriſera exhibuit vnguenta. Pſal. Eructauit. Añ. 31
Secus pedes illius aſtans inceſſanter ore ſacrato diua veſtigia oſculabatur lachrymis plena. Pſal. 32
Deus noſter. Añā. Irrigabat igitur dominicos Ieſu pedes: fracto quoq; alabaſtro præcipuis odoribus fragrabat domus omnis: atq; capillorum officio detergebat. Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa 64
eſt gratia. Lectio iiij.

Ecce iam antiquus hoſtis ea quæ de humano genere perceperat ſpolia amiſit ſupplantationis

tationis ſuæ victoriam perdidit. Quotidie peccatores ad vitam redeunt: quotidie de eius faucib⁹ redemptoris manu rapiuntur. Vnde bñ quoq; ad beatū Iob voce dñica dicitur. Aut armilla perforabis maxillam eius. Armilla vbi ponitur ambiendo conſtringit. Tu. ℟. Armilla dñs maxillam Leuiathan perforat: quia ineffabili miſericordiæ ſuæ potentia ſic maliciæ antiqui hoſtis obuiat: vt aliquando eos etiam quos iam cepit amittat. Ecce enim Maria Magdalenæ quaſi ab ore illius cecidit: quæ poſt perpetratas culpas ad innocentiā rediit. ℣. Vbiq; ergo nobis occurrit ſuperna medicina quia & dedit homini præcepta ne peccet: & tamen peccanti dedit remedium ne deſperet.

Lectio quinta.

Quid igitur per armillam niſi circūplectens nos diuina miſericordia deſignatur? Quæ Leuiathan illius Maxillam perforat dum nobis poſt perpetrata peccata quæ perhibuit adhuc pniæ remedium oñdit. Armilla ergo dñs maxillam Leuiathan perforat quia ineffabili miſericordię ſuę potentiæ ſic malicię antiqui hoſtis obuiat: vt aliqñ etiam eos quos iam cepit amittat & quaſi ab ore illius cadūt qui poſt perpetratas culpas ad innocentiā redeūt. Tu. ℟. Ecce Maria quæ ad medicū venerat egra ſanata eſt: ecce dñs Ieſus eam quam ſanauerat per pietatis ſuę ſententiam confirmat dicens. Fides tua te ſaluam fecit: vade in pace. ℣. Fides etenim ſaluam eam fecit: qa hoc quod petiit ſe poſſe percipere nō dubitauit: in pace aūt ire pmittitur

vt

Digitized by Google

vt à veritatis ſuæ itinere in viam ſcandali vlterius
non ſeducatur. Fi. Lectio vi.
Quis enim ore illius ſemel raptus: maxillam eius
euaderet niſi perforata fuiſſet? An non in ore Pe-
trum tenuit: cum negauit? An non in ore Dauid
tenuit: cum in tantam ſe luxurię voraginē mer-
ſit? Sed dum ad vitam vterq; per pnīam redijt: Le
uiathā iſte eos aliquo modo quaſi p maxillæ ſuæ
foramen amiſit. Per foramen ergo maxillę ab ei⁹
ore ſubtracti ſunt qui poſt perpetrationem tantæ
nequiciæ pœnitendo redierunt. Tu. ℟. Acceſsit
ad pe. vt ſup. in veſp. In iij. noctur. añ. Conuerſus
eſt dñs ad Simonem & dixit: intraui in domum
tuam aquam pedibus meis non dediſti: hæc mu-
lier non ceſſauit lachrymis rigare pedes meos.
Pſal. Cantate. i. Aña. Lampas tua fœliciter ſuc- 70
cenſa eſt in vigilijs reſurgentis redemptoris: tibi
fœliciter coruſcat in aduentu iudicis cum ignis
ante ipſum præcedet & inflammabit in circuitu
omnes inimicos eius. Pſal. Dñs reg. ex. Añ. Mit- 71
tens hæc mulier in corpus meum hoc vnguentū:
ad ſepeliendū me fecit. Pſal. Cantate. ij. ℣. Ad- 73
iuuabit eam. Homel. Rogabat Ieſum quidā Pha-
riſæus. Quære in quadrageſima feria quinta añ do
minicam ramis palmarum. ℟. Hanc vero quam
Lucas peccatricem mulierem Ioannes Mariam
nominat: illam eſſe Mariā credimus de qua Mar-
cus ſeptem dæmonia eiecta fuiſſe teſtatur: ſeptē
enī dæmonia habuit q̄ vniuerſis vicijs plena fuit.
Sed ecce quia turpitudinis ſuæ maculas aſpexit
lauanda

Digitized by Google

lauanda : ad fontem miſericordiæ cucurrit. ℟.
Videns hæc Phariſæus dicebat intra ſe : hic ſi eſ-
ſet propheta ſciret vtiq; quæ & qnalis eſt mulier
quę tangit eum : quia peccatrix eſt. Sed. ℟. Vi-
dit Maria duos angelos in albis ſedentes vnum ad
caput : & vnum ad pedes: vbi poſitum fuerat cor-
pus Ieſu. Dicunt ei illi : mulier quid ploras? ℣.
Dicit eis quia tulerunt dñm meum & neſcio vbi
poſuerunt eum. Dicunt. ℟. Conuerſa Maria ad
pedes Ieſu qui dicit ei: vade & dic fratribus meis.
Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrũ deũ
meum & deum veſtrum. ℣. Venit Maria nunci-
ans diſcipulis quia vidi dominum meum : & hæc
dixit mihi. Aſcendo. Te deũ. Et in miſſa. Credo
dicitur laudes añ.

Vna ſabbati Maria Magdalenæ venit mane cum
adhuc tenebrę eſſent ad monumentum Ieſu alle-
69 luia. Pſal. Dñs reg. Añ. Videns lapidem ſublatũ
á monumento Maria cucurrit: & venit ad Simo-
nem Petrum & ad alium diſcipulum : & dixit eis
tulerunt dñm de monumento: alleluia. Añ. Stãs
aũt foris plorãs inclinauit ſe & proſpexit in mo-
numentum Maria : & vidit duos angelos in albis
ſedentes alleluia. Añ. Dicunt ei illi mulier quid
ploras? dicit eis: q̃a tulerũt dñm meũ & neſcio vbi
poſuerunt eũ alle. Añ. Hæc cũ dixiſſet conuerſa
eſt retrorſum: & vidit Ieſum ſtantem : & neſcie-
bat: q̃a Ieſus eſſet alle. Cap̃. vt ſup. Hym. Egra
currit. ℣. Audi filia &c. Ad bñs añ. In lectulo meo
ꝑ noctẽ q̃ſiui quẽ diligit aĩa mea: q̃ſiui illũ & non
inueni

Digitized by Google

inueni: ſurgā & circūbo ciuitatē p vicos & plateas querā quē diligit aīa mea: q̄ſiui illū & nō iuēni: inuenerūt me vigiles q̄ cuſtodiūt ciuitatē: num quē diligit aīa mea vidiſtis? paululū cū ptranſiſſem eos: inueni quē diligit aīa mea. In ij. veſp. añ. vna ſabbati. Pſal. Dixit dñs. Laudate pueri. Lętatus Niſi dñs. Lauda Hieruſalē. Cap. Mulierē for. ℟. Côuerſa mea. Hym. Lauda mater. ℣. Specie tua. Ad magni. añ. In diebus illis mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix vt cognouit q̄a Ieſus accubuiſſet in domo Simonis leproſi attulit alabaſtrū vnguenti: & ſtans retro ſecus pedes dñi Ieſu lachrymis cepit rigare pedes eius: & capillis capitis ſui tergebat: & oſculabatur pedes eius: & vnguento vngebat. ¶ In feſto ſcti Apollinaris martyris cap. Beatus vir qui in ſapi. Oratio. 87



Deus qui ſalutarē nobis hodierna die in beati Apollinaris ſacerdotis & martyris tui paſsione dediſti læticiam: præſta quæſum⁹: vt côuerſationis eius inſignia experiamur: & interceſsione tibi placita iugiter gloriemur. Per. Lectio i.

In diebus Claudij Cæſaris: venit beatus apoſtolus Petrus ab Antiochia in vrbem Romam multiq; cū eo Chriſtiani miniſtrantes ei Romā venerunt. Poſt multū vero tpis ait beatus Petrus Apollinari diſcipulo ſuo. Quid ſedes nobiſcum? Surge accipe ſpiritū ſctm̄ ſimulq; pontificatū: &

perge

perge ad vrbē q̃ vocatur Rauenna. Prædica populo q. in ea eſt nomen Ieſu: & ne formides. Lc. ij.

Beatus Petrus dans orationem & ponens manum ſuper caput: Apollinaris ait. Mittat dn̄s noſter Ieſus Chriſtus angelū ſuum qui præparet iter tuū: & quæ poſtalaueris annuat: & oſculās eum emiſit à ſe. Cūq; pueniſſet beatus Apollinaris nō longe ab vrbe Rauenna: manſit aqud quendam militem nomine Yreneum. Lectio iij.

Beatus igitur Apollinaris cum indicaſſet Yreneo vnde veniſſet & quid ageret: ait ad eum hoſpes. Filius meus excecatus eſt ſed ſi qua virtus eſt p̄dicationis tuę adhibe medicinam vt videat: & ſequar deum tuum credens in eum. Quem puerū btūs apollinaris ad ſe adduci iuſsit: & ſignū crucis ſuper oculos eius faciēs dixit. Deus qui vbiq; ès: tu intromitte cognitionē filij tui dn̄i noſtri Ieſu Chriſti ſuper iſtam ciuitatem: vt nō ſolū iſtius oculos corporales ſed etiā interiores gentium in iſto loco commorantium illumines. Et his dictis vidit cecus & cum parentibus ſuis in Chriſtum credens baptizatus eſt. Lectio iiij.

Matrona vero cuiuſdā tribuni noīe Tecla p annos plurimos grauiſsima tenebatur infirmitate. Audiens aūt tribunus & milites eius de filio eius illuminato dixit ei. Secrete perduc eū in domū meā: vt cognoſcā vera eſſe quæ dicis. Cūq; ingreſſus fuiſſet vrbē beatus Apollinaris: dixit. Deus q. operaris cum magiſtro meo Petro: operare & mecum: vt clarificetur nomē tuū.

Lectio

Lectio v.

Et ingreſſus domum tribuni officioſiſsime ſuſce ptus eſt & ait. Requieſcat in vobis pax dñi noſtri Ieſu Chriſti. Tribunus dixit. Quis eſt de quo dicis? Rñdit. Filius dei viui: qui ſeculũ pditũ renouauit. Dixit ad beatum Apollinarem tribunus. Ecce vxor mea tenetur infirma ĩ lecto annis plurimis ſiqua ergo virtus eſt in te operare. Cui btũs Apollinaris dixit. Adaperiat dominus oculos cordis veſtri: vt videntes mirabilia eius credatis Ieſum Chriſtum deum eſſe. Et apprehendens manum mulieris ait. Surge in nomine Ieſu Chriſti dei noſtri: & crede in eum. Statim mulier ſurrexit ſana. Tu autem domine Lectio vi.

Poſt multas itaq; virtutes atq; tormenta quæ paſſus eſt beat⁹ Apollinaris martyr & epiſcopus defunctus: ſepult⁹ eſt á diſcipulis ſuis in archa ſaxea foris muros claſsis. Quæ archa ſub terram miſſa eſt propter metum paganorum. Gubernauit autem eccleſiam ſuam annis vigintiocto: menſe vno: diebus quatuor. Martyrizatus eſt autem ſanctiſsimus Apollinaris ſacerdos & martyr Chriſti in ciuitate Rauenna: ſub Veſpaſiano Cæſare: die decimo Kalendarum auguſtarũ. Tu. Homel. Nihil opertũ. ¶ In vigilia Iacobi apoſtoli. Hom. Hęc mando vobis. Cap. Bñdictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti: pater miſericordiarum. Oratio. Concede quæſumus omnipotens deus venturam beati. Cætera in communi. Eodem die oratio.

Digitized by Google

DEus qui beatam Chriſtinam virginem & martyrem tuam diuerſarum pœnarū genera: pro fidei tuæ atteſtatione ſuperare feciſti: eius interceſsione errantes à ſuis prauitatibus corrige in tuis mādatis pſeuerare cōcede. Per. Ad primas veſp añ. Excelſus. Cum cæteris

88 Pſal. Laudate pueri. Cap. Fratres iam non eſtis. ℟. Hoc eſt præceptum. Hymnus. Exultet cœ. ℣. In omnem terram. Ad magnifi añ. Ecce ego mitto. Vt in communi oratio.

ESto dñe plebi tuæ ſanctificator & cuſtos vt apoſtoli tui Iacobi munita præſidijs & cōuerſatione tibi placeat: & ſecura mēte deſeruiat.

Eodem die.

ADiuuet nos quęſum⁹ dñe beati Chriſtophori martyris tui ſancta precatio: vt à noſtris flagitijs liberati ad æternā mereamur peruenire gloriam. Per. Hiſtoria de cōi apoſtolorū.

Lectio prima.

IAcob⁹ frater Ioānis apoſtoli & euāgeliſtę oēm Iudæā & Samariā viſitabat ingrediēsq; p ſynagogas ſcd'm ſcripturas ſctās: oſtēdebat oīa q̄ à pphetis p̄dicta erāt in dño noſtro Ieſu Chriſto eſſe īpleta. Accidit aūt vt qdā magus Hermogenes diſcipulū ſuū Philetū noīe mitteret ad eū. Qui cum veniſſet cū aliquātis Phariſæis ad Iacobū: conabatur aſſerere qd' nō verus dei filius eſſet Ieſus Chriſtus Nazaren⁹: cui⁹ ſe apoſtolū memorabāt. Tu

Lectio ij.

Iacob⁹ aūt in ſpū ſctō cōfidenter agens: oēs aſſertiones

tiones ei⁹ euacuauit: oſtēdens de ſcripturis ſc̄tis hunc eſſe verū filiū dei. Reuerſus aūt ad Hermogenē Philet⁹ dixit ei. Iacobū qui ſe ſeruū Chriſti Ieſu Nazareni aſſerit & apoſtolū eius ſcias ſuperari non poſſe. Me etiā ſcias ad ipſum] reuerti & petere vt eius merear eſſe diſcipulus. Lectio iij.

Hermogenes aūt hæc audiēs repletus eſt zelo: & vinxit Philetū ita vt ſe mouere nō poſſet: & dicebat ei. Videbimus ſi Iacobus tuus ſoluat te ab his vinculis Tūc Philet⁹ miſit feſtināter puerum ſuū ad Iacobū. Qui cū veniſſet & nūciaſſet ei: ſtatim ſudariū ſuū miſit ad eū dicens. Accipiat illud & dicat: dn̄s Ieſus Chriſtus erigit eliſos: & ipſe ſoluit compeditos. Statim aūt vt de ſudario eius tetigit eū is q̄ miſſus fuerat: reſolut⁹ à vinculo magi currens venit ad Iacobum inſultans maleficijs magiſtri. Tu autem domine. Lectio iiij.

Hermogenes aūt magus dolens qđ ei inſultaret: arte ſua excitauit dęmones: & miſit eos ad Iacobū dicēs. Ite & mihi ipſum Iacobū huc adducite: ſimul etiā Philetū diſcipulū meū: vt vindicer in eo: ne mihi cęteri diſcipuli mei taliter incipiāt inſultare. Lect. v.

Venientes aūt dęmones vbi Iacob⁹ orabat: vlulatum in aere habere cepunt dicentes. Iacobe apoſtole dei miſerere noſtri: q̄a anteq̄ veniat tēpus incēdij noſtri: iā exurimur. Dicit eis Iacob⁹. Vt qđ veniſtis ad me? Dicunt ei dęmōes. Miſit nos Hermogenes vt te & Philetū ad ip̄m p̄duceremus. Nunc aūt vt ingreſſi ſumus: angelus dei ſanctus Cathenis igneis religauit nos: & cruciamur.

Digitized by Google

ciamur. Dicit eis Iacobus. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti exoluat vos angelus dei ita vt reuertentes ad Hermogenem non eũ ledatis: ſed vinctum huc illũ ad me ducatis. Tu aũt. Lect. vi.

Qui cum abijſſent: ligauerunt ei de reſtibus manus ad tergum: & ita adduxerunt eum dicentes. Miſiſti nos vbi incenſi ſumus & torti & intolerabiliter conſumati. Tũc Hermogenes ad Iacobum adductus & vinculis per Philetũ ſolutus rogabat Iacobũ dicens. Animarum liberator accipe pœnitentem: quẽ inuidentẽ & detrahentẽ hactenus ſuſtinuiſti. Rũdens Iacobus dixit. Si verã deo pœnitentiã obtuleris: verã eius indulgentiam conſequeris. Tandẽ quidã Phariſæus noĩe Iozias â beato Iacobo baptizatus vna cũ ipſo: capitis obtruncatione: martyrium cõſumauit octaua die ante Kalendas menſis Aprilis. Tu aũt. Lectio vij. Secundum Matthæum.



ca. 20. IN illo tp̃e. Acceſsit ad Ieſum mater filiorũ Zebedei cum filijs ſuis adorans & petens aliquid ab eo. Et reliqua. Homelia venerabi. Bædæ.

DNs cõditor ac redẽptor noſter vulnera ſuperbię noſtræ ſanare deſiderans: & ipſe cũ in forma dei eſſet forma hominis accepta humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem. Et nos quoq; ſi culmen verę ſublimitatis cõſcendere volumus: iter humilitatis arripere p̃monuit. Nos ſi vere videre

vitam

Digitized by Google

vitam cupimus: & aduerſa quæq; ſeculi pñtia & ipſam quoq; mortē patienter ferre p̄cepit. Promiſit nobis dona gloriç: ſed p̄miſit certamina pugnç. Tu.

Lectio viij.

Dixit promittens. Erit merces veſtra multa: & eritis filij altiſsimi: ſed prædixit iubens. Diligite inimicos veſtros & bñfacite eis: & mutuū date: nihil inde ſperātes. Ita igitur p̄mia pollicetur electis; vt & digna præmijs merita præmonſtret. Sic vitam dona: æternā: vt per anguſtam portam & artam viam ad hanc perueniendum eſſe decernat.

Lectio ix.

Vnde etiam in hodierna ſancti euangelij lectione cū filij Zebedei ab eo regni ſedes peterent: cōfeſtim illos ad bibendum calicem ſuum: hoc eſt ad imitādum ſuæ paſsionis agonē reuocat vt meminiſſent qa cœleſtium ſumma petere non niſi per abiecta & aſpera terreſtrium deberēt. Acceſſi inquit ad eū mater filiorū Zebedei cū filijs ſuis adorans & petens aliqd ab eo Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnus ad dexteram tuam & alius ad ſiniſtram in regno tuo. Tu. Laudes & cætera de cō. Apoſtolorum.

¶ In feſto ſanctç Annç matris Mariç ad veſp. añ. Cœleſte bñficiū introiuit in Anna: de qua nata eſt nobis Maria virgo. Pſal. Laudate pue. Cap. Mulierem fortem. ℞. Firma fide fidens crede: nec ſis vltra dubius. Cum præſertim Annç anus iam tumeſcit vterus. ✠ Quia & deus veſtros pios exaudiuit gemitus. Cum. 88

Hymnus.

LVcis huius feſta colat plebs honeſta: deum cœli dignis confrequentās hymnis. Ex hac carnis planta: ſurgit virgo ſancta: ex hoc fluit fonte: lapis ſciſſus monte. Annam ſic exp̄ſſe iudit Radix Ieſſę: vt ſi mater matris nati dei patris. Mater matris Chriſti ex hoc mundo triſti: migrans fide bona ſumit vitæ dona. Cœlo iā ſublata mulier beata ſuo nos precatu purget à reatu. Trino laus & vni deo ſit cōis cum quo viuit Anna ſimul cū Maria. Amē. ℣. Spetie tua. Ad mag. añ. Aue gemma claritatis īſtar carbūculi: aue roſa paradiſi more fragrans balſami: Anna mater matris Chriſti glorioſa meritis aſsiſtentes tuis laudibus cœli iunge gaudĳs. Oratio.



OMnipotens ſempiterne deus q̄ btē Annę tātam gratiam donare dignatus es: vt Mariā matrem vnigeniti filĳ tui dn̄i noſtri Ieſu Chriſti in vtero ſuo portare meruit: da nobis q̄s per interceſsionem matris & filiæ tuæ propitiationis abundantiam: vt quarum memoriam pio amore amplectimur: earū p̄cibus ad cœleſtē Hieruſalē p̄uenire mereamur. Per eundē. Inuit. In honore beatiſsimę Annę. Iubilemꝰ & cantemꝰ dn̄o. Pſal. Venite. Quære in cō: ſanctorū de apoſtolis. In i. noctur. añ. Apud deum hoīesq́ horū vita claruit:
4 q̄ nequaq̄ iuſte vnq̄ rep̄hendi potuit. Pſal. Dn̄e dominus. Añ. Subſtantia quippe ſua diuiſa tripharie:

Digitized by Google

pharie: partem vna impēdebat templo vel eccle-
ſię. Pſal. Cœli enar. Añ. Peregrinis & egenis ero 11
gabat aliam: familiæ quoq; ſuæ ſiue ſibi tertiam.
Pſal. Domini eſt terra. ℣. Specie tua. 15

Lectio prima.

POſtulatis filię Hieruſalē: poſtulatis ſorores dilectiſsimę vt ſi quid alicubi forte græcis voluminib⁹ de ſancta ac beatiſsima Anna matre Theotoce: id eſt dei genitricis inueniā: ad ei⁹ gloriā & laudē latino ſermone depromā. Sed valde incongruū credo: vt quod de genitrice reginę mundi: quod de matre genitricis cuncti potentis dei inueniatur: tā vili tāq; deſpicabili ſtilo digeratur. ℟. Nazarenus pater huius vitæ vir egregię: mater aūt de Bethleē. Regali fulſit ſeminē. ℣. Dignum enim erat talē hoc oriri ordine. Re. Le ij.

Ergo mulieres ſanctę virgines Chriſti: nō me arguat ſanctitas veſtra: ſi ſtatim petitioni veſtræ nō obtemperaui. Libellumq; gręcum de poſtulato: q dei ꝓuidentia manus in noſtras incidit: in latinum ſermonem non cito tranſtuli. Nam de qua agimus res eſt precioſa: res præclara: res omni laude digna Tu autem. ℟. Quadam die ſoli ſtanti angelus apparuit dicens illi. Flere noli: te deus exaudiuit. ℣. Sic dolorem eius grauem confortans compeſcuit Flere. Lectio iij.

Hæc eſt enim arbor bona: de qua virga exciſa: ꝑ ſe diuinitus floruit. Hęc eſt terra ſancta: quę Rubum viſum ardere ſed incombuſtum permanentem germinauit. Hæc eſt cœlū excelſum: de quo

Digitized by Google

ſtella maris proceſsit ad ortum. Hæc eſt ſterilitas
fœcunda & ſimplicitas ſancta: quæ ab angelis in
templo frequentata & ab eiſdem in eodem quaſi
columba domeſtica pepit. ℞. Firma fide. vt ſup.
in veſp. In ij. noct. añ. Ea quidē tempeſtate præ-
ſul erat Iſachar: qui Ioachim infœcundi refutabat
31 munera. Pſal. Eructauit. Añ. Nō naturæ ſed pec
cati vltor extat dñs: ſi vterum cum interdū ob-
ſtruit alicuius: ad hoc facit vt denuo reparetur
32 melius. Pſal. Deus noſter re. Añ. Exprobrabat
& dicebat hunc valde præſumere qui fœcundis
64 infœcūdus ſe captabat iungere. Pſal. Fundamen-
ta. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

Lectio quarta.

FActum eſt cum appropinquaret dies magn⁹
domini id eſt Enceniorum feſtiuitas Rubē:
quem Hieronymus Iſachar vocat: qui tunc
princeps ſacerdotum erat: Ioachin inter conci-
ues ſuos cū oblatione videns deſpexit eū: & mu-
nera ſua ſpreuit dicens. In dignum eſt te Ioachim
munera deo offerre: eo qđ ſemen non feciſti in
Iſrael: dicēte ſcriptura: maledictū hoīem q̨ ſemē
nō reliquerit in Iſrael. Tu. ℞. Vobis nāq̨ naſci-
turā nunc ꝓſago filiā dei matrē fore gratā. Specie
pulcherrimam. ℣. Vocabitis hanc Mariam gratia
mirificam Specie. Lectio v.

Ioachim ergo dolēs & triſtis vnus de populo duo
decim tribuum: obiecti opprobrij & pudore
magno ſuffuſus receſsit lamentans & dicens.
Sic ego ſolus maledictus ſum ſemen non relin-
quens

quens in Iſrael. Meminerat etiam couiugij Abrahæ & Saræ quibus in extremis diebus Deus Iſaac dedit. ℟. Erant autem circa templum iuxta pſalmos gradum: tunc equidē gradus alti dantes iter arduum. Hos Maria ſcandit ſola: nec quærēs ſuffragium. ℣. Quæ & quanta ſit futura bonum dans iudicium. Hos. Lectio ſexta.
Sic itaq; Ioachim confuſus præ verecundia domum etiam repedare noluit: ſed ſtatim in heremum ſeceſsit: ibiq; ieiunare propoſuit nec amplius cibum vel potum ſumen ſed pro his ſemper orationi vacare donec eum viſitet dominus. Anna vero inter mulieres honeſtate & ſanctitate famoſiſsima: hæc vt audiuit triſtis domum ſuam clauſit veſteſq; lugubres induit die noctuq; plorans plorauit. Cui ſic lamentanti Angelus domini aſtitit dicens. Anna annuncio tibi naſciturā filiam: & vocabis nomen eius Mariam. ℟. Exprobrabat & dicebat hunc valde præſumere Qui fœcundis infœcundus ſe captabat iungere. ℣. Et ſtaturum legis ritum contendebat ſoluere. Qui. In iij. noct. añ. Infœcundos cum fœcundis mos non erat ſiſtere: niſi Deus prius daret maſculinum gignere. Pſal. Cantate. i. noct. Hoc Ioachim contur- 70
batur confuſus opprobrio: quem pontifex prorſus aduocauit elegio. pſ. Dominus reg. ex. Añ. Cō 69
tribules & conciues qui tunc illi aderant: nequiuere contraire legi quam didicerant. pſ. Cantate. 70
ij. ℣. Adiuuabit eam. Homel. Simile eſt regnum cœlo the. ℟. Inclyta ſtirps Ieſſe: virgam produxit
 amenam:

amenam: de qua proceſsit flos. Miro plenus odo-
re. ℟. Eſt hæc virga Dei mater flos ortus ab illa. Mi
ro plenus. ℣. Forinſecus non manebit ſed in tem-
plo ſemper erit: ne de illa quicquam mali vel ſini
ſtri poſsit dici. De qua Ieſus debet naſci vniuerſi
ſalus mundi. ℟. Hæc eſt virga Dei mater: quæ di-
uinum profert florem & fert fructum contra mo
rem De. ℣. Preces tuę ſunt acceptę in conſpectũ
domini: non dolebis ſed gaudebis Immunis op-
probrij. ℣. Vxor tua Deo chara concipiet & pa-
riet. Immu. Ad laud. añ. Virgo ſemper hæc Maria
ſtirpe nata Regia: Dauid Regis veneranda proceſ
69 ſit proſagia. Pſal. Dominus regnauit. Añ. A Naza-
reth oriunda verſatur Hyeroſolyma & in templo
illic ſancto nutritur iuuencula. Añ. Hæc Ioachim
viro iuncta: matris Dei mater facta: chara Deo eſt
& grata. Añ. Nec ad Gazam ex hinc ſuam remea-
re voluit: nam dedecus magis & plus augmentari
timuit. Añ. Ex hoc enim opprobrio Ioachim pul-
ſus nimio: vna cum ſuis beſtijs mox ſeceſsit in
paſcuis. Cap. vt ſu. Hym. Annam ſic expreſ. ℣. Au
di filia. Ad bñs añ. De mutua viſione & promiſſa
ſimul prole domum ſunt ingreſsi: facti læti & io-
cundi. Ad ij. veſp. añ. Virgo ſemper. vt ſup. Pſ. Di-
87 xit dominus. Laudate pueri. Lætatus. Niſi domi-
114 nus. Lauda Hieruſalem. Cap. vt ſup. ℟. Preces tuæ
ſunt. Hymnus. Lucis huius. Ad mag. añ. Fœlix An
na quædam matrona legitima beato Ioachim per
meruit generare fœlicem filiam nomine Ma-
riam. ¶ In feſto ſanctorum ſeptem dormien-

tium

Digitized by Google

tium Capitulum. Sancti per fidem vice.

Oratio.



Deus qui in ſanctis ſeptem dormientibus tuæ virtutis potentiam & reſurrectionis teſtimonium mundo declaraſti: da nobis quæſumus eorum meritis in cœleſti patria cum ipſis perpetuam poſsidere manſionem. Per dominum noſtrum.

Lectio prima.

Sub Decio Imperatore facta in Chriſtianos graui perſecutione: ſeptem Chriſtiani ciuitatis Epheſiorum ciues perſecutionis furorem declinantes: accepto conſilio vendiderunt quæ habere poterant: & colligentes pecuniam abſconderunt ſe in ſpelunca in monte Celio: donec perſecutionis rabies frigeſceret. Vocabantur autem ipſi viri. Maximianus: Malchus: Martinianus: Dionyſius: Ioannes: Seraphion: & Conſtantinus.

Lectio ſecunda.

Et conſtituerunt Malchum vt mendici habitu indutus quæ neceſſaria eis eſſent emeret in ciuitate: & miniſtraret eis. Placuit autem Deo vt ipſi ſancti in eadem ſpelunca ſoporati obdormirent per ſecula multa. Euolutis autem trecentis & ſexagintaduobus annis: regnante Chriſtianiſsimo Imperatore Theodoſio: ſurrexit deteſtanda hæreſis nitens reuellere generalis fidem reſurrectionis. Tu autem domine.

Le.

Digitized by Google

Lectio tertia.

Volente autem Deo poſt tanta tempora: prædicti viri euigilantes: & vnius noctis ſpacio ſe obdormiſſe putantes: Malchum adciuitatem miſerunt: vt quæ eis eſſent neceſſaria emeret. Qui cum appropinquaſſet ciuitati: ac ſuper portam crucē erectam videns: & omnes inuocantes Chriſti nomen audiens: valde admirari cœpit. Prolatis vero argenteis: cœperunt intuentes admirari & dicere ad inuicem: quia hic iuuenis theſaurum inuenit. Tu autem.

Lectio quarta.

Quid multa? capitur Malchus & ad conſulem ciuitatis adducitur. Proconſul ergo cum ab eo inquireret vbi theſaurum inueniſſet: cecidit Malchus ad pedes eius dicēs, Rogo vos dicite mihi vbi eſt Decius Imperator Chriſtianorum perſecutor? ego enim & ſocij mei perſecutionem fugientes: abſcondimus nos in ſpelūca Cœlij montis.

Lectio quinta.

Marinus ciuitatis Epiſcopus hoc audiens dixit: quia viſio eſt quam innotuit nobis Deus in iuuene iſto: Sed ſurgamus & eamus cū eo. Et venientes ad ſpeluncam viderunt ſanctos Dei martyres: & erant facies eorum ſicut roſa fulgentes. Et adorantes eos miſerunt ad Imperatorē celeriter hæc annunciantes.

Lectio ſexta.

Qui cum veniſſet ingreſſus eſt ad ſanctos dei: & amplexatus eos fleuit ſuper ceruices eorum. Et dixit ei Maximianus. Propter te ſuſcitauit nos Deꝰ ante diē magnæ reſurrectionis: vt tu ſine dubio

bio credas reſurrectionem mortuorum. Et cum hoc dixiſſet: reddiderunt ſpiritum juxta præceptum Dei. Imperator vero flens & oſculans ſanctas reliquias eorum: congregatis plurimis Epiſcopis & fidelibus viris: fecit in eodem loco dignam memoriam eorum. Tu. Homel. Cum audieritis præ. ¶ In feſto ſancti Panthaleonis martyris. Cap. Nemo militans. Oratio.

BEati Panthaleonis martyris tui interceſsio quæſumus domine nobis indulgentiam peccatorum: & tuæ reconciliationis gratiam obtineat. Per. Lectio prima.

TEmporibus Maximiani Imperatoris Panthaleon Euſtorgij ſenatoris filius in palatio nutricis depræhenſus eſt: qđ eſſet Chriſti miles abſconditus. Qui ad Imperatorem adductus & plurimis ab eo verborum ſuaſionibus: ut diis ſuis ſacrificaret: hortatus eſt.

Lectio ſecunda.

Cum hoc facere contemneret: iuſsit eum Imperator in eculeo ad torquendum ſuſpendi: & lampades eius lateribus applicari. Et mox manus eorum torquentium aruerunt: & lampades extinctæ ſunt. Lectio tertia.

Poſt hæc iuſsit Imperator plumbum liquefieri: & ſanctum Panthaleonem in illud mitti. Virtus autem domini ſtatim extinxit ignem: & plumbum feruens in aquæ frigus conuertit. Tu autem.

Lectio quarta.

Iratus

IRatus Imperator iuſsit ei lapidem magni ponderis ad collum ligari: & in maris profundum mergi. Quo facto ſtatim lapide ſoluto cœpit ſanctus vir natando ſuper aquam confeſsionis hymnum canere Deo. Lectio quinta.

Sequenti autem die iuſsit Panthaleonem ſibi pręſentari. Et cum multis ſermonibus & pœnis non potuiſſet animum eius vt idolis immolaret inclinare: iuſsit eum capitali ſententia puniri. Sanctus autem exiens pſallebat dicens. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt aduerſum me. Dominus iuſticiæ confregit ceruices peccatorum. Tu. Lectio ſexta.

Et eductus cum veniſſet ad locum vbi debebat impleri martyrium: leuauit manus ſuas ad cœlũ: & dixit. Domine Deus meus comple in iſto loco deſiderium meum & iſtis da indulgentiam & partẽ in regno tuo. Sicq; in oratione poſitus â ſpiculatoribus gladio peremptus: ad ſidera regna migrauit ſine fine victurus. Homel. Si quis venit ad me. ¶ In feſto ſanctorum Fælicis & Simplicij martyrm Cap. Reddet Deus. Oratio.



PRæſta quæſumus domine: vt ſicut popul' Chriſtianus beatorum martyrum tuorum Fælicis Simplicij Fauſtini & Beatricis tẽporali ſolennitate congaudet: ita perfruatur æterna: & quod votis celebrat: compræhendat effectu. Per.

Lectio

Lectio prima.

LIberio vrbis Romæ Epiſcopo miſſo in exilium à Conſtantino Auguſto hæretico: congregantes ſe Sacerdotes cum vniuerſo clero Romano: ordinauerunt in loco eius Fælicem Presbyterum vrbis venerabilem virum. Tu aũt.

Lectio ſecunda.

Qui facto concilio declarauit Conſtantium hæreticum: & ſecundo rebaptizatum ab Euſebio Nicomedenſi: iuxta Nicomediam in Aquilone villa. Hoc declarato eijcitur ſanctiſsimus Fælix de Epiſcopatu ſuo à Conſtantio Auguſto filio Conſtantini Auguſti.

Lectio tertia.

Qui leuatus inde ductus eſt in ciuitatem Coronam: & ibi paſſus eſt capite truncato: & martyrio coronatus. Exinde raptum eſt corpus eius à Presbyteris & clericis: & ſepultũ in Baſilica quã ipſe fundauerat via Aurelia. Temporibus Imperatorum Diocletiani & Maximiani multi Chriſtiani in vrbe Roma necati ſunt propter nomen domini noſtri Ieſu Chriſti. Tu autem domine.

Lectio quarta.

EOdem autem tempore contigit: vt quædam Beatrix nomine & opere ſoror eſſet Germana ſanctorum martyrum Simplicij & Fauſtini Qui cum pro nomine Ieſu poſt multa ac diuerſa ſupplicia capitalem iubentur ſubire ſniam ligato in corpora eorum ſaxo dimiſsi ſunt per pontẽ qui vocatur lapide⁹ in Tyberinis reumatib⁹. Quorum corpora diuino nutu inuenta ſunt iuxta

locum

locum qui vocatur Saxutum Philippi via Portuenſi. Tu autem.

Lectio quinta.

Tunc Beatrix ſoror martyrum vna cum Ioanne & Criſpo Presbyteris leuauerunt corpora ſanctorum de fluuio: & ſepelierunt ea in Saxuto Philippi quarto Kalēdas Auguſti Hæc vt dixit fœliciſſima Beatrix: poſtquam ſepulturam fratribus ſuis fecerat venit ad venerabilem Lucinam: cui cornicula ſingulis afferre diebus nucem miri conſueuerat ſaporis: & apud eam ſeptem morata eſt mēſibus in quo omni ſpacio duæ ſemper corniculę nucibus cum ſingulis aduenere. Lectio ſexta.

Factum eſt autem vt quoddam prædiū quod fuerat Beatrici commune cum fratribus poſſeſſor ambiret vicinus nomine Lucretius. Hic itaq; ſanctā Beatricem fecit teneri: & ad idolorū ſacrificia duci. Illa vero reclamauit. Non ſacrifico dæmonibus quia Chriſtiana ſū. Dixit ad eā Lucretius. Accede nunc & ſacrifica deæ magnæ Dianæ: & liberate à diuerſis quæ te expectant ſupplicijs. Sancta autem Beatrix voce magna exclamauit. Nunquā tibi fit Lucreti: ego iam dixi: Chriſtiana ſum: & idolis nunquam ſacrificabo. Tu. Homel. Cum audieritis præ. ¶ In depoſitione ſancti Ladislai Regis. Lectiones & alia quære in ſuperiori feſto eius: præter orationem quę ſequitur.

Deus qui beato Ladislao Regi & Confeſſori tuo poſt terrenæ dignitatis faſtigium æternitatis lauream contuliſti: concede propitius

tius vt qui eius feſtiuitatem deuotis mentibus veneramur in terris: ipſi quoq; in gloria cõſociemur in cœlis. Per dominum. ¶ In feſto ſanctorum Abdon & Sennen martyrum Capitulum. Iuſtorum animæ.

Oratio.

DEus qui ſanctis tuis Abdon & Sennen ad hanc gloriam veniendi copioſum munus gratiæ contuliſti da nobis famulis tuis noſtrorum veniam peccatorum: vt ſanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus mereamur aduerſitatibus liberari. Per dominum noſt.

Lectio prima.

DEcius Imperator veniens Romam: duxit ſecum Abdõ & Sennen ſubregulos eo: qđ nobiles eſſent ad ſpectaculum Romanorum: Tunc Decius iuſsit omnem Senatum conuenire in tellude ibiq; præſentabantur ſibi Abdon & Sennes diuerſis macerati pœnis. Tu autem.

Lectio ſecunda.

Et ait Decius: Abdon & Sennes ſacrificate dijs: & eſtote ſub regula Romanæ libertatis: & omnia poſsidete veſtra cum Imperij pace Romani aucti diuitijs & honoribus Reſponderunt Abdon & Sennes. Nos immeriti ſemel obtulimus nos domino noſtro Ieſu Chriſto: vnde fac quod facturus es: quia aliud non erimus. Lectio iij.

Decius iratus tradidit Abdon & Sennen Valeriano: vt ſi non adorarent Deum ſolem: ferarum morſibus traderentur. Tunc Valerianus dixit ad eos: Cõſulite natalibus veſtris: & thurificate Deo

 ſoli:

Digitized by Google

ſoli: quod ſi non feceritis: à morſibus ferarum peribitis. Reſponderunt ambo Iã diximus tibi. Nos domini noſtri Ieſu Chriſti ſerui manufacta idola tua nunquam adoramus. Tu autem domine.

Lectio quarta.

EAdem hora denudauit eos & furore repletus ante ſimulachrum Iouis deduxit eos iuxta amphitheatrum: & præcepit militibus vt ad ſacrificandum compellerent eos. Illi autem contemnentes & expuentes in ſimulachrum dixerũt ad Valerianum. Iam fac quod facturus es. Tunc iuſsit Valerianus ſub voce præconia vt cum plũbatis cederentur: dicens. Deos blaſphemare nolite. Tu autem.

Lectio quinta.

Iuſsit Decius ſanctos duci in amphitheatrum vt ferarum morſibus conſumerentur. Qui cum introducti fuiſſent in cõſpectu Valeriani: dixit Valerianus. Dimittantur Leones duo & Vrſi quatuor. Qui cum dimitterentur: veneruut ad eos rugientes: & proiecerunt ſe ante pedes ſanctorum Abdon & Sennes: & non recedebant à pedibus eorum: ſed cuſtodiebant eos. Tu autem.

Lectio ſexta.

Et dixit Valerianus ad eos. Modo claruit magica ars veſtra. Nemo enim ad eos potuit accedere propter impetum ferarum. Valerianus autem iuſſit gladiatoribus vt interficerent eos. Qui cum interfecti fuiſſent: iuſſu Valeriani ligatis pedibus ſanctos traxerunt ante ſimulachrũ ſolis: & iacuerunt ibi tribus diebus ad opprobrium Chriſtianorum.

Digitized by Google

rum Quirinus autem Diaconus rapuit noctu corpora ſanctorum & ſepeliuit in archa plumbea in domo ſua tertio Kalendas Auguſti. Homelia. Deſcendens Ieſus. ¶ In feſto ſancti Germani Confeſſoris. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: vt beati Germani Confeſſoris tui atq; pōtificis veneranda ſolennitas: & fidei noſtræ Conſtantiam operetur & pacem. Per. ¶ Ad vincula ſancti Petri Apoſtoli ad primas veſp. añ. Solue iubente Deo terrarum Petre cathenas: qui facis vt pateāt celeſtia regna beatis. Pſa. Laudate pu. Cap. In diebus illis. Miſit Herodes Rex ma. ℟. Surge Petre. 88 Hym. Iam bone Paſtor. Sit trinitati. Quære ſupra in feſto beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ℣. Tu es Petrus. Ad mag. añ. Angelus Domini aſtitit & lumē reſulſit in habitaculo carceris: percuſſoq; latere Petri excitauit eū dicens: ſurge velociter: & ceciderunt cathenæ de manibus eius. Oratio.



DEus qui beatū Petrum Apoſtolū à vinculis abſolutum illeſum abire feciſti: noſtrorum q̄s abſolue vincula peccatorū: & omnia mala à nobis propiciat⁹ exclude. Per dominum. Eodem die Oratio.

FRaterna nos dn̄e martyrū tuorū corona lętificet. q̄ & fidei noſtrę p̄beat incremēta ꝟtutū: & multiplici nos ſuffragio cōſoletur. P. ℣. Sctē

Eee ij Pau-

Paule Apoſtole Prędicator veritatis & Doctor gẽtium: intercede pro nobis ad Deũ qui te elegit. * Ora pro nobis beate Paule. Oratio.

DEus qui multitudinem gentium beati Pauli Apoſtoli tui prædicatione docuiſti: da nobis quæſumus: vt cuius commemorationẽ colimus eius apud te patrocinia ſentiam⁹: Per. Ad matut inuit. Tu es paſtor ouium Princeps Apoſtolorum. Tibi tradidit Deus claues regni cœlorum. Pſal. Venite. Añæ Reſponſoria & cætera vt in priori feſto. Lectio prima.

MIſit Herodes Rex manus vt affiigeret quoſdam de Eccleſia. Hunc Herodem tertio Claudij anno: ſui vero Regni ſeptimo ab Angelo percuſſum narrat hiſtoria. Occidit autẽ Iacobum fratrem Ioannis gladio. De hoc Iacobo Clemens Alexandrinus hiſtoriã quandam dignã memoria refert. Et is inquit qui obtulerat eum Iudæis ad martyrium Iacobum ſcilicet: motus etiam ipſe confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum. Tu.

Lectio ſecunda.

DUcti ſunt ambo pariter ad ſupplicium. Et cum ducerentur in via: rogauit Iacobum dare ſibi remiſsionem. At ille parumper deliberans: pax tibi inquit: & deoſculatus eſt eũ. Et ita ambo ſimul capite plexi ſunt. Tradensq; quatuor quaternionib⁹ militum. Sicut Centurio centum: ita quaternio quatuor ſub ſe milites habebat. Percuſſoq; latere Petri: ſuſcitauit eum. Percuſsio lateris: commemoratio paſsionis Chriſti eſt. De cuius vulnere

ſalus

Digitized by Google

ſalus noſtra profluxit. Lectio tertia.

Et nobis quoq; preſſura cathenæ retentis tale ſolatium reddidit Petrus Apoſtolus dicens. Chriſto igitur paſſo in carne & vos eadem fide armamini Præcingere & calciate caligas tuas. Et fecit ſic. Et Prophetas & Apoſtolos cingulis vſos fuiſſe legimus quorum ſibi Petrus ligamenta propter rigorem carceris ad horam laxauerat: vt tunica ad pedes dimiſſa: frigus noctis quocunq; modo temperaret: exemplum præbẽs infirmis: vel cum modeſtia corporalia vel iniuria tentamur humana: licere nobis aliquid de noſtri propoſiti rigore laxare. Tu autem. Lectio quarta.

ET quia dictum eſt: ſint lumbi veſtri præcincti & calciati pedes in præparatione Euangelij pacis: ſpiritualium virtutum vbiq; prædicandi reſumere iubemur inſignia. Venerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem quæ vltro apta eſt eis. Anguſta porta immo ferrea: quæ ducit ad Hieruſalem cœleſtem: ſed Apoſtolorum veſtigijs nobis iam facta eſt meabilis: qui ſanguine proprio ferreum vicerunt oſtium. Tu autem.

Lectio quinta.

De hoc orator. Ferrea quid mirum ſi cedũt oſtia Petro. Quem Deus æthereæ cuſtodẽ deputat aulæ, Eccleſiamque ſuam faciens retinere cacumen: Infernum ſeparare iubet. Et Petrus ad ſe reuerſus: ideſt â contemplationis culmine: ad hoc regreſſus quod intellectu communi prius fuit dixit. Nunc ſcio vere quod miſit dominus An

gelum ſuū: & eripuit me de manu Herodis Quod vnuſquiſq; noſtrū habeat Angelos & in libro Paſtorali & in multis ſanctæ Scripturæ locis inuenitur. Lectio ſexta.

Nam & dominus de paruulis: Angeli: inquit: eorum ſemper vident faciē patris mei. Et Iacob de ſe loquitur. Angelus qui eripuit me de cūctis malis. Et hic diſcipuli Angelum Apoſtoli Petri venire credebant. Quemadmodū ſanatus Petrus miſſus in carcerem: ligatusq; duabus cathenis: & traditus quatuor quaternionibus militum: & quemadmodum inde liberatus ſit per Angelum domini: audiuit per ordinem dilectio veſtra. Homelia. Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi. Quære ſupra in die ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum. Ad laudes añ. Petre amas me? cum cæteris Hymnus. Iam bone paſtor. Ad bñs añ. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? Ad ſecundas veſp. añ. Iurauit. Ad mag. añ. Quodcunq; ligaueris. vt ſup.

¶ In feſto ſancti Stephani Papæ & marty. Cap. Ecce Sacerdos magnus qui in vita ſua. Quære de vno Confeſſore. Oratio.



Deus qui nos beati Stephani martyris tui atq; pontificis annua ſolennitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalicia colimus: de eiuſdem etiam protectione gaudeamus. Per. Hiſtoria de vno martyre.

Le.

Digitized by Google

Lectio prima.

REgnãtibus Valeriano & Galieno: miſit Valerianus multitudinem militum: ac tenuerunt beatum Stephanum vrbis Romæ Epiſcopum cũ multitudine clericorũ. Qui cũ adductus fuiſſet: dixit ad eum Valerianus. Tu es Stephanus qui rempublicam conaris euertere.

Lectio ſecunda

Beatus Stephanus dixit. Ego quidem non euerto rempublicam: ſed moneo vt derelictis dæmonijs quæ adorantur in idolis: & homines redeant ad creatorem cœli & terræ.

Lectio tertia.

Iuſsit ergo Valerianus duci beatum Stephanum ad templum Martis & ibidem capite truncari: ſi non acquieſceret adorare nephandi Martis ſimulachrum. Beatus Sephanus cum eſſet ductus ad templum Martis: ſtatim factus eſt ingens fragor tonitruorum cum terroribus corruſcantiũ: & corruit maxima pars templi ſacrilegi. Tu aũt.

Lectio quarta.

QVod cernentes milites paueſacti fugierũt dimiſeruntq́; beatum Stephanum cum omnibus Chriſtianis qui ſimul perrexerũt. Poſt hæc obtulit ſacrificium Deo omnipotenti beatus Stephanus. Tu autem. Lectio quinta.

Audiens igitur Valerianus quæ geſta fuerant: ac de templi euerſione: & quia eſſet maxima cum Stephano multitudo Chriſtianorũ: miſsi ſunt plurimi milites. Qui venientes inuenerunt beatum

Stephanum Epiſcopum ſacrificium offerentem.

Lectio ſexta.

Qui in eodem loco ſic in ſua decollatus eſt ſede: ſub die quarto nonarum Auguſtarum. Cuius corpus ſepelierunt in eadem ſcripta cum ipſa ſede: vbi aſtans ſanguis eius effuſus eſt: in loco qui appellatur vſq́ hodie cimiteriũ Calixti: vbi requieſcit in pace. Homelia. Homo quidam nobilis. quære de Confeſſoribus in communi. ¶ In inuentione ſancti Stephanis Prothomartyris ad veſ. añ Stephanis autem plenus gratia & veritate faciebat ſi-

88 gna magna in populo. Pſ. Laudate pue. Cap. In diebus illis Stephanus autem plenus. Quære in alio eius feſto poſt natiuitatem domini. ℟. Sacerdos Dei Lucianus proſtrauit ſe in orationem laudãs Deum & dicens: domine Ieſu Chriſte ſi eſt viſio hæc ex parte tua Præſta vt iterum ac tertio manifeſtetur mihi. ✠ Vt confiſus fiducialiter annunciem reuelationem ſanctarum reliquiarum. Præſta. Hym Sanctorum meritis. ✠ Lætamini in domino. Ad magn. añ. Oſtendit ſanctus Gamaliel ꝑ viſum Luciano Sacerdoti tres calatos aureos roſis refertos: & quartum argenteum croco plenũ: & dixit: hi ſũt noſtri loculi & noſtræ reliquiæ: hic autem ſanguineas habens roſas loculus eſt ſancti Stephani qui ſolus ex nobis martyrio meruit coronari.

Oratio.

Deus



DEus q̃ es ſanctorũ ſplendor mirabilis: quiq; hodierna die ſanctorum tuorum Stephani Prothomartyris: Nicodemi: Gamalielis: atq; Abibon: inuentionẽ glorioſam reuelaſti: da nobis in æterna leticia de eorum ſocietate gaudere. Per. Ad matut. inuit. Adoremus dñm regem magnũ. Qui ſanctis ſuis ſemper eſt mirabilis Pſal. Venite. In primo noct. añ. Luciano venerabili presbytero quieſcenti in ſtratu ſuo de reuelatione ſcãrũ reliquiarũ ꝓthomartyris Stephani talis diuinitus
oſtenſa eſt viſio Pſal. Beatus vir. Añ. Dum adhuc 1
pene vigilaret vir venerandus: tanq̃ in exceſſu
mentis repente eſt effectus. Pſal Quare fre. Añ. 1
Vidit igitur aſsiſtere ſibi virum ætate ſenem: ſtatura ꝓcerum: vultu decorũ. Pſal. Cum inuo. ℣. 2
Lætamini. Lectio prima.

LVcianus miſericordia dei indigens: pſbyter eccleſiæ dei quæ eſt in territorio Hieroſolymitarum: oĩbus ſanctis qui ſunt in vniuerſo mundo: viſionẽ quæ apparuit meæ puſillanimitati â deo. De reuelatione reliq̃arũ bti & glorioſi martyris primi Stephani & primi Diaconi Chriſti: & Nicodemi qui in euangelio ſcriptus eſt: & Gamalielis qui in actibus apoſtolorũ noĩatur: neceſſarium duxi ſicut cognoui cũ oĩ ſimplicitate integre indicare oẽm rei veritatem. ℟. Sanctus Gamaliel doctoris gentium: Pauli Diadaſcolus:

Eee v apparuit

apparuit Chriſti ſacerdoti Luciano: in veſtitu candido amictus pallio. Et virgam manu geſtabat aureã. ℟. Calciatus caligis in ſuperficie de auratis quaſi deambulans coram eo. Et virgam. L. iij.

Die paraſceue: hoc eſt ſexta feria q̃ eſt tertio nonas Decembris: adueniente nocte dormiẽte me in lectulo meo in loco ſctĩ baptiſterij: in quo cõſuetudo erat mihi dormire & cuſtodire eccleſiaſtica: hora tertia noctis quaſi in extaſi effectus ſemiuigilans vidi virum ſenem longum: canũ: barbam ꝓlixam habentẽ palliatũ alba ſtola cui inerãt gemmulę aureę hñtes intrinſecus ſanctę crucis ſignũ. Et virgã auream in manu hñs venit & ſtetit ad dexteram meam: & aurea virga pulſauit me ter vocans me noĩe meo & dicens. Luciane: Luciane: Luciane. Tu. ℟. Igitur diſsimulata Gamaliel deambulatione venit ad eũ: & virga quam in manu tenebat tetigit illum: vocans eum tertio. Luciane: Luciane Luciane ſurge. ℟. Cui ſacerdos reſpondit: quis es dñe? at ille dixit ad eum. Luciane. Lectio iiij.

Et dixit mihi Græco ſermone. Vade in ciuitatẽ quæ dicitur Helia quę eſt Hieruſalẽ: & dic Ioanni qui eſt in ea ep̃s ſanctus. Quamdiu clauſi ſumus: & nõ aperis nobis? Aperi nobis feſtinanter monumentum vbi in negligentia poſitę ſunt noſtrę reliquię: vt ꝑ nos aperiat vobis deus & Chriſtus eius oſtiũ clementię ſuæ. Et non tm̃ ſolicitus ſum ꝓ me quantũ ꝑtinet mihi de his qui ſunt poſiti mecum ſcti. Tu. ℟. Vade Luciane: & dic Ioanni

epiſcopo

Digitized by Google

epiſcopo Hieroſolymitano vſquequo clauſi ſumus? vſquequo nō aperis nobis? Tuis etenim tpi bus reuelandi ſumus. ℣. Aperi nobis velocius vt per nos oſtiū clementię ſuę humano generi ape riat deus. Tu. In iij. noct. añ. Vir dei Gamaliel ait Luciano: non mei ſolummodo cauſa ſolicitus ſum: ſed potius pro illis qui mecum ſunt. Pſal. Verba mea. Añ. Iſti enim maximo digni ſunt honore venerari in terris quos in cœlis rex regum immenſa cumulauit gratia. Pſal. Dñe dñs noſter. Añ. Cum ergo ſint apud deū meritis excelſi: loco tenentur humili. Pſal. Dñe quis habi. ℣. Exultēt iuſti in conſpe. Lectio iiij.

ET rñdi ei dicens. Quis enim tu es dñe: & qui tecum ſunt? Reſpondit mihi. Ego ſum Gamaliel: qui Paulū apoſtolū Chriſti nutriui: & legē docui in Hieruſalem. Qui mecū in orientali parte monumēti iacet: ipſe eſt dñs meus Stephanus: qui lapidatus eſt à Iudæis & principibus ſacerdotū in Hieruſalem: pro Chriſti fide foris portam: vbi die ac nocte iacuit ꝓiectus: vt ſepulturę non daretur ſed à feris corpus eius cōſumeretur. Ex dei autem volūtate non tetigit eū vnū ex his nō fera: nō auis: nō canis. ℟. Lucianus pſbyter dixit: dñe tu qs es & qui ſunt tecū? At ille: ego ſum Gamaliel: Pauli quōdā doctor apoſtoli: q aūt iuxta me eſt & qeſcit. Ipſe eſt dñs Stephanus. ℣. Qui primus à Iudæis Hieroſolymis lapidatus: ad lacerandū beſtijs & auibus poſit⁹: per dei ꝓuidentiam permanſit intactus. Ipſe.

Lectio v.

Ego Gamaliel compatiens Chriſti miniſtro: miſi per noctem viros religioſos & in Chriſto credentes & perſuaſi illos ire occulte & portare corpus eius meo vehiculo in villam meam: hoc eſt Caphargamalam vigiti miliaria á ciuitate habentẽ. Et ibi feci ei planctum fieri diebus quadraginta: & præcepi eum in meo monumento poni in orientali Theca. Tu. ℟. Cum ſcirem ego Gamaliel ſanctitatẽ Chriſti athletę Stephani: fidẽ eius ac deuotionem credens me in reſurrectione partẽ habiturũ cum eo: feci eum ſepeliri in monumẽto meo nouo. ℣. Auditor dei Nicodemus ibidẽ ſepultus eſt: & Abibas filius meus mecum eſt poſitus: ibi requieſcit beatus Stephanus. In. Lc. vi.

Ipſe aũt dñs Nicodemus in alia poſitus eſt Theca: qui venit ad ſaluatorẽ Ieſum nocte: & euangelizatus eſt ab eo audiens. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu nõ põt introire in regnũ cœlorũ. Et credẽs baptizatus eſt á Chriſti diſcipulis. Quod cognoſcentes Iudæi: amouerũt eum á principatu ſuo: & anathematizauerunt eum: & de ciuitate exiliauerũt. Et hunc ego Gamaliel quaſi perſecutionẽ paſſum pro Chriſto ſuſtuli in meo agro: & abij & veſtiui eum vſq; ad finem vitæ ei⁹ & honorifice ſepeliui iuxta dominũ Stephanum. Tu. ℟. Sacerdos dei Lucianus. Vt ſupra in veſp.

In Ieiunijs & orationibus cõſtituto apparuit iterum ſanctus Gamaliel Luciano presbytero dicens: quare diſsimulaſti frater & nõ retuliſti quę dicta

dicta ſunt tibi Ioanni epo. Pſal. Conſerua. Aña. Nonne vides quanta ſit ſiccitas & tribulatio in toto orbe: & tu negligenter agis. Pſal. Dñi eſt ter. Añ. Surge & vade ergo & dic Ioanni epiſcopo vt aperiat nobis: & faciat locum orationis: vt per noſtram intercesſionem miſereatur dñs populo ſuo. Pſal. Beati quorum. ℣. Iuſti autem in perpe. Homel. Ego mitto ad vos prophe. Quære in alio eius feſto poſt natiuitatē domini. ℞. Sanctus Gamaliel in viſu dixit Luciano: diligenter animaduerte quæ dico: & ſtatim depoſuit coram eo tres calatos aureos: Et quartus argenteus plenus erat croco. ℣. Vnus ex tribus calatis rubentes habebat roſas tanq̄ ſanguinem: alij vero referti erant roſis albis. Et. ℞. Vides frater Luciane hos calatos? hic roſas habens Rubeas: loculus eſt p̄cioſi martyris Stephani. Qui ſolus ex nobis martyrio meruit coronari. ℣. Ingreſſus oſtium ſepulchri: inuenies eum in parte orientali. Qui. ℞. Sanctus Ioannes epiſcopus lachrymatus præ gaudio benedixit deum: & dixit ad Lucianum presbyterum oportet me inde transferre beatum Stephanum Prothomartyrem. Qui tanq̄ angelus apparuit poſitus in contione hominum. ℣. Qui primus apud Iudæos dominica bella peregit: & Ieſum á dextris virtutis dei ſtantem videre promeruit. Qui tanq̄. Ad lau. añ. Regreſſus Lucianus presbyter á ſancto Ioanne epo iuſsit vt conſurgerent omēs diluculo: & foderent aceruo illo vbi putabāt eſſe corpora ſanctorū. Pſal. Dn̄s reg. Cum cæteris añ. 69

Apparuit

Apparuit ſanctus Gamaliel cuidã monacho noĩe
Migecio innocẽti & ſimplici viro dicẽs ad eum:
vade & dic Luciano: in vanum laboras in aceruo
illo: non ibi ſumus modo. Añ. Ibi olim poſiti fui-
mus exequiarũ tp̄e plantus: nunc quęre nos in
illo loco q̄ dicitur bonorum virorum poſſeſsio.
Añ. Audiens aũt Lucianus verba monachi Mige
cij benedixit dñm: quia inuentus eſt & alius te-
ſtis in reuelatione ſanctorum. Añ. Dum inuen-
tum eſſet ſacratiſsimum bt̄i Stephani corpus: ſta-
tim terręmotus factus eſt magnus: atq̄ omnes q̄
aderant odor perfudit ſuauiſsimus. Cap̄. vt ſup.
Hymn. Rex glorioſe mar. ℣. Iuſtorũ aię. Ad bñ. añ.
Ex odoris mira fragrantia ſanitas egrotis emana-
uit maxima: ſeptuaginta nanq̄ & tres tunc á va-
rijs languoribus curati ſunt homines: in inuentio
ne corporis Stephani dilectiſsimi martyres deũ
benedicẽtes. Ad horas añæ de laud b⁹. Cap̄. ℟. &
87 ℣. vt in priori feſto eiuſ. Ad ij. veſp̄. añ. lau. ſup.
109 pſalmus. Dixit dñs. Beatus vir. In conuertendo.
114 Eripe me. Lauda Hieruſalẽ. Alia vt ſup. Ad mag.
añ. Hodie ſanctus Ioannes pontifex cum maxĩo
cleri plebiſq̄ tripudio: precioſas prothomartyris
Stephani reliquias in ſanctam tranſtulit eccleſiã
Sion: vbi quondam archidiaconi functus eſt offi-
cio: cuius pia apud deum ſit pro nobis inter
ceſſio. In feſto ſanctę Marię de Niue ad veſp̄ vel
ſi placet dicas hiſtoriam. O decus virginitatis.
Quia eccleſia Strigonienſis non curat iſtam hi-
ſtoriam: ſed tm̄ lectiones añ. Ab æterno ordinata
mater

Digitized by Google

mater deo ꝑparata: per te cunctis ſalus data quæ per Euam eſt ſublata. Pſal. Laudate pueri. Aña. 88
Benedicta mulierum ſtella fundens ſolem verũ: iubilare dei clerum tibi carmen fac ſincerum. Añ. Caſtę matris cœlibatus patet Moyſi ꝑnotatus: qñ Rubus eſt monſtratus flamma tactus nõ crematus. Añ. Dulcem virga profert florem: ſuauem vitis dat odorem: cum iam ſuum genitorẽ nata parit præter morem. Añ. En antiqua carnis iura: noua mutat genitura vt cum factor fit factura ſuũ perdit ius natura. Cap. Ab initio & ante ſecula. ℟. Spõſum virgo paris cuiꝰ tu ſpõſa vocaris. Neſcia peccati genitrix & filia nati ✠ Sana peccãtes: & protege te celebrãtes. Neſcia. Hym. Aue maris. ℣. Poſt partũ virgo in. Ad magni. añ. Gloriæ reginæ cœlorum ſit ſine fine: q̃ iubar ingeſsit quo nos æterna receſsit. Oratio.



Deus qui ad declarandã gloriam genitricis tuæ glorioſę deſcenſu niuis in ęſtiuis caloribus locum in quo ei templum ædificares demonſtrare dignatus es: tribue q̃ſumus: vt eiꝰ obſequijs inſiſtentes: refrigerato æſtu concupiſcentiæ: per niuem candore innocentiæ dealbentur. Per.

¶ Oſualdi martyris eodem die.

Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: da nobis q̃s ſancti Oſualdi martyris tui ꝑcibꝰ adiuuari

vt

vt cuius feſta recolimus: auxiliũ ſentiamus. Per.

¶ Dominica cõfeſſoris oratio.



DEus qui eccleſiam tuã beati Dominici confeſſoris tui illuminare dignat⁹ es meritis & exẽplis: concede: vt eius interceſſione & tpalibus nõ deſtituatur auxilijs & ſpũalibus ſemper ꝓficiat incrementis. Per. Inuit. Iubilo dei debet laus huic genitrici. Quæ parit abſq; viro verbum patris ordine miro. Pſal. Venite exul. In i. noct. añ. Hoc eſt nomen quod miramur: teq; deũ con
4 teſtamur: & humanum veneramur. Pſalm. Dñe dñs noſter. Añ. In hac forma tam exili tu procce
11 dis patris fili: tanq̃ ſponſus de cubili. Pſal. Cœli enar. Añ. Salue matris integrales: nulli viro ſub
15 iugales: hę ſunt portę æternales. Pſal. Dñi eſt ter. ℣. Specie tua & pul. Lectio i.

AD prædicandam glorioſiſsimę virginis Mariæ gloriam & deuotionem fidelium excitandam libet inſigne recitare ſignaculum ꝑ quod in conſtructione venerandę baſilicę ſuę de vrbe quæ ſanctæ Mariæ maioris vocabulo inſignitur: ad ſuam deuotionem accendit animos populorum. Tu. ℟. Arens virga frondűit: Radix Ieſſę floruit. Virgo deum genuit. ℣. Ordo naturæ non imperat huic geniturę. Vir. Lectio ij.

Sicut igitur in geſtis antiquioribus legitur: & ex ſucceſsiua patrũ narratione ad filios ſine dubitatione

tione tenetur: tempore quo Liberius Papa apoſto licę ſedis regimen obtinebat: quidã Ioannes nõ ſolum nobilitate generis ſed etiam patriciatus di gnitate præclarus: cum filium nõ haberet quem poſſeſsionum & diuitiarũ ſuarũ relinqueret ſucceſſorem: vna cũ coniuge ſua) quæ ſibi diuina ꝓuidentia non ſolum cõiugio ſed etiam pię mẽtis cõſortio fuerat ſociata) btĩſsimã Mariã virginem oĩm bonorũ ſuorũ habere decreuerũt hęredem. Tu. ℞. Cõcludẽs puerulũ nõ pãdit cubiculũ. Virginale peſſulũ. ℣. Intrat & egreditur dñs: ſed non aperitur. Vir. Lectio iij.

Ambo igitur eam deuotis mentibus exorare cœperunt: vt ea iuuante ſic poſſent ad obſequiũ eius ſua bona diſponere: qđ ei poſſet eorum oblatio grata eſſe. Annuit aũt eorũ pijs precibus diuina benignitas: quæ ſemper prope eſt oĩbus qui in veritate inuocant nomen eius. Et volens vt in honore ipſius glorioſiſsimę virginis ab eis conſtrueretur eccleſia: cũ eo tpe nulla eſſet in vrbe ipſius btĩſsimę virginis vocabulo inſignita locum ĩ quo ipſam eccleſiã cõſtrui voluit: grãdi & memorãdo miraculo deſignauit. Tu. ℞. Dat ꝑſago boni duo ſigna deus Gedeoni. Abſq; ſolo vellus maduit: ſine vellere tellus. ℣. In te monſtratur virgo quod vtrunq; notatur. Abſq;. In ij. noct. añ. Partu fœlix illibato ſtat regia coram nato: in veſtitu deaurato.
Pſal. Eructauit. Añ. Sicut pſalmus hic teſtatur: 31
dei vultu adiuuatur quæ in regno contemplatur.
Pſ. Deus noſter re. Añ. Digne cũctis ꝑferẽda: de 32

te virgo reuerenda: glorioſa ſunt dicenda. Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt gratia. Lect. iiij.

FActũ eſt enim vt terra in circuitu ſicca penitus & arida remanente: locus ipſe fuſis cœlo niuibus tegeretur. Et vt clarus ac mirabilius eſſet ipſum miraculum; nonis Auguſti quo tẽpore niues in calida regione non cadunt: immo quo herbæ ſolis ardoribus exuruntur: factum eſt huiuſcemodi ſignũ & mirabili alio alludente miraculo qđ in præfiguratione eiuſdem virginis longe anteꝗ̃ mundũ illuſtraſſet eius glorioſa natiuitas factum fuit: vellere ſic cœleſti rore compluto in area Gedeonis: vt eadẽ in circuitu ſicca & arida remaneret. Tu. ℟. Fontis viui pocula emanant per ſecula. Virginis ẽ ſitula. ℣. Inde ſitis mentis fluit: vnde fons ſalientis. Virginis.

Lectio v.

Deniq; ne ambigi poſſet quid ſibi vellet tam inſolitum ſtupendumq; miraculũ: ipſa beatiſsima virgo ea nocte præfatis pontifici & patricio in ſomnis apparuit: & exponens quod locũ ipſum ad baſilicam ſibi conſtruendã elegerat eiſdem vt facto mane illuc accederẽt & iacerẽt eccleſiæ fundamentũ: præcepit. Ad quẽ cum populi multitudo tanti nouitate miraculi excitata: vna cum iam dictis pontifice & patricio cucurriſſet: & ipſe pontifex cepiſſet proprijs manibus terrã effodere in circuitu niuium ad iaciendũ cõſtruendę baſilicę fundamentum: ecce priori miraculo aliud diuina diſpoſitione ſucceſsit. Nam terra ſubito ſeipſam apperuit:

apperuit: & vbi iacienda eſſent fundamenta de monſtrans: aſtantium animos incredibili lęticia ſimul & admiratione repleuit. Tu ℟. Signatum vmbraculum ędidit infantulum. Vt manna vermiculum. ℣. Plaſma creatorem: genitrix genuit genitorem. Vt manna. Lectio ſexta.

Expedictus vero patricius iam diuina voluntate ſecurus ibidem egregię ſtructuræ fundauit eccleſiam: eamq́; demum fœliciter conſumatã: Sixtus Romanus pontifex eadem die reuolutis annorũ curriculis dedicauit. In qua quanta corruſcauerint ſæpe miracula: quanta beneficia præſtentur: aſsidue his qui eam ibidem deuotione depoſcũt: quanta frequentia populi in eadem ſancta & veneranda baſilica ad honorem & laudem ipſius glorioſiſsimę virginis celebretur: vniuerſitas fidelium non ignorat Tu. ℟. Triſte caput colubri veteris: iam calce ſalubri fœmina calcauit. Quæ vitę nos reparauit. ℣. Quam vetus impegit noua mortem mater abegit. Quæ vitæ. In iij. noctur. aña. Eia mater gratulare: digna deum generare: plaudunt aſtra ſolum mare. Pſalmus. Cantate. Aña. 73
Hæc eſt illa cœli porta: per quam mira lux eſt orta: vmbris nullis retorta. Pſalmus. Dominus 71
reg. ex. Aña. Dum hæc virgo grauidatur: ſalutare reuelatur: per quod mundo ſalus datur. Pſal. 73
Cantate. ℣. ℟. Adiuuabit eam. Homelia. Loquēte Ieſu ad turbas. quęre in. O decus. ℟. Summus præco dulcia fert cœlis nuncia. Plena om̄i gratia. ℣. Neſcia virgo viri gaudet ſe prole potiri.

 tiri.

tiri. Plena. ℟. Aura ſancti ſpiritus creſcit venter
cœlitus. Nulli viro cognitus. ℣. Integer & ſaluus
pudor eſt: ſacra dum tumet aluus. Nulli. ℟. So-
la ſalus mundi maris hac in nocte profundi. Flu-
mine agit gratum: fert prȩuia ſtella ducatum.
℣. Per mare tuta via ſit te duce virgo Maria Flu-
mi. Ad laudes Añ. Plenitudo deitatis intrat ſignũ
caſtitatis: in qua deo mediante: homo liber fit
69 vt ante. Pſalmus. Dominus reg. Aña. In hac car-
ne qua velatur: tria vnus operatur: cœli ciue: in
ſe munit: lapſum leuat hoſtem punit. Añ. Hic
eſt ille fons ſignatus hortus clauſus & perflatus á
ſuperno auſtris flante quo concepit obumbran-
te. Aña. Fac â patre benedici nos qui tuæ genitri-
ci laudes iugiter perſonamus: & in illa te lauda-
mus. Aña. Vere partum ſalutarem in quo mater
matrem parem nullam habet præcedentem: nec
habebit ſubſequentem. Capit. vt ſup. Hymnus.
Quem terra pon. ℣. Audi filia & vide & inclina
aurem tuam. Quia concupiuit rex ſpeciem tuã.
Ad bñs Aña. Pulchrior aurora: nitido plus ſole
decora: virgo tuum verum ſolem ſine fine die-
rum: fac contemplari: qui gaudent te venerari.
Ad ſecundas veſperas Aña. Plenitudo deitatis.
87 Cum cæteris aña. Pſalmis. Dixit dominus. Lau-
date pueri. Lætatus ſum. Niſi dominus. Lauda
Hieruſalem. Capit. vt ſupra. ℟. Sola ſalus mun-
di. Ad magnificat aña. O Libani palma florens &
Amigdalus alma. Quæ fructu caſti vẽtris lapſum
reparaſti: Per te vita data lux orta ſalus renouatą

Mors

Digitized by Google

mors eſt exempta plaudent tibi cuncta redēpta: ¶ De transfiguratione domini ad veſp. añ. Sunt de hinc ſtantibus qui non guſtabunt mortem donec videant filium hominis venientem in regno 88
ſuo. Pſal. Laudate pueri. Capitulum.



Saluatorē expectamus dominum noſtrum Ieſum Phil. 3.
Chriſtum: qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Deo. ℟. Dum oraret facta eſt ſpecies vultus eius altera: & veſtitus eius albus refulgens & duo viri loquebantur cum illo. Moyſes & Helias viſi in maieſtate. ℣. Dicebant aūt exceſſum eius quem completurus erat in Hieruſalē. Moy. Hymnus.

Gaude mater pietatis in valle gementiū pro ducatu dignitatis xp̄i regis oīm quo dilecta ꝓdotaris in culmine montiū. Vbi patres ꝓcellētes ī mortali corpore admirātur aſsiſtētes de tam grandi munere: diuinū lumen cernentes in.creato lumine. Quod vertices ꝓphetarum ꝑcolunt deuotius: Moyſes lumen præclarū legis datę cœlit⁹: & Helias iubar magnū zelo dei feruidus. Præſentia deitatis declaratur ꝓuide: in audita voce patris de ſupremo germine: & ſpiritu veritatis forma nubis lucidę. Genitori genitoq; laus & iubilatio: ſalus honor virtus quoq; ſit & benedictio: procedenti ab vtroq; compar ſit laudatio. Amē. ℣. Glorioſus apparuiſti in cōſpectu dñi

alleluia.

alleluia. Propterea decorē induit te dñs alleluia.
Ad magni. añ. Chriſtus Ieſus ſplendor patris & fi-
gura ſubſtantiæ eius: portans omnia verbo virtu
tis ſuæ purgationem peccatorum faciens: in mõ-
te excelſo glorioſus apparere hodie dignatus eſt.

Oratio.

DEus qui fidei ſacramenta in vnigeniti tui
glorioſa transfiguratione patrum teſtimo-
nio roboraſti: & adoptionem filiorum per
fectā voce delapſa in nube lucida mirabiliter prę-
figuraſti: concede propitius: vt ipſius regis glo-
riæ nos cohæredes efficias: & eiuſdem gloriæ tri-
buas eſſe conſortes. Per eundē. In matut. inuit.
Summum regem gloriæ Chriſtum adoremus. Et
pro dono gratiæ eius iubilemus. Pſal. Venite. In
primo noctur. añ. Paulo minus ab angelis mino-
ratus: gloria & honore coronatus eſt: & conſtitu-
4 tus ſuper opera manuum dei. Pſal. Dñe dñs no-
ſter. Añ. Reuelauit dñs condenſa: & in templo
18 eius om̄es dicent gloriam. Pſal. Afferte domino.
Añ. Specioſus forma præ filijs hominũ diffuſa eſt
31 gratia in labijs ſuis. Pſal. Eructauit. ℣. Glorioſus
apparuiſti in conſpe. vt ſupra. Lectio i.

PRæſentis ſolennitatis miſterium figurarum
veterum impletiuum: nos ad intelligentiæ
inquiſitionem vel incitat: vel repellit. Incitat
mentes ſtudioſas & liberas: deſides & occupatas
repellit. Scriptum eſt enim: quia vidit Aaron &
oēs filij Iſrael Moyſen: & erat glorificata facies ei⁹
& color vultus eius & timuerunt accedere ad eũ.

Tu.

Digitized by Google

Tu. ℟. Surge illuminare Hieruſalem: quia venit lumen tuum. Et gloria domini ſuper te orta eſt. ℣. Et ambulabunt gentes in lumine tuo & reges in ſplendore ortus tui. Et. Lectio ij.

Et poſt pauca. Ponebat inquit Moyſes ſupra faciem ſuam velamen. Cum autem introiſſet in conſpectu domini vt loqueretur illi: deponebat velamen. Hoc aũt apoſtolus differens magnifico illo ſenſu: quo in cæteris vtitur de quo dixit: nos aũt ſenſum Chriſti habemus: vt de quo ſi miniſterium mortis in literis deformatum in lapidibus fuit ad gloriam: ita vt non poſſent intẽdere filij Iſrael in faciẽ Moyſi propter gloriã vultus eius quę aboletur: quomodo nõ magis miniſteriũ ſpiritus erit in gloria? Tu. ℟. In ſplendenti nube ſpiritus ſanctus viſus eſt: paterna vox audita eſt. Hic eſt filius meus dilect⁹ in quo mihi complacui ipſum audite. ℣. Apparuit nubes obumbrans: & vox patris intonuit. Hic. Lectio iij.

Quis non admiretur myſteriorum magnitudinẽ quis non pertimeſcit notam cordis obtuſi? glorificata eſt facies Moyſi: ſed nõ poterãt intendere in faciem vultus eius filij Iſrael: non poterat intendere populus ſynagogę. Siquis aũt conuerſationẽ & vitã poteſt habere eminentiorẽ q̃ reliquum vulgus: iſte põt intueri gloriã vultus eius. Tu. ℟. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis deus pater: vt filij dei nominemur & ſimus. ℣. Scimus quoniã cum apparuerit ſimiles ei erimus: qm̃ videbimus eum ſicuti eſt. Vt. In ij. noctur. an. Illuminans

tu mirabiliter à montibus æternis turbati ſunt o-
54 mnes inſipientes corde. Pſal. Notus in Iudęa. añ.
62 Melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper milia Pſal.
Quam dilecta. Añ. Glorioſa dicta ſunt de te ciui-
64 tas dei. Pſal. Fundamenta. ℣. Gloria & honore
coronaſti eum dñe alleluia. Lectio iiij.

DEinde quia dicit ſanct⁹ apoſtolus: idipſum autẽ velamen in veteris teſtamenti lectione manet amputaret nobis omnem intelligentiam ſpirit⁹: & talis tantiq́ apoſtoli ꝓbata ſententia niſi adeſſet. Cum autem quis conuerſus fuerit ad dñm auferetur velamen. Igitur cauſa auferendi velaminis conuerſionẽ noſtrã eſſe dicit ad dñm. ℟. Inebriati ſunt ab vbertate domus tuę. Et torrente voluptatis tuæ potaſti eos. ℣. Qm̃ apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. Et tor Lectio v.

Ex quo colligenda ſunt nobis iudicia: qđ donec legentes ſcripturas diuinas latet nos intellectus: donec obſcura ſunt nobis & cauſa quæ ſcripta ſunt: nondum conuerſi ad dñm ſumus: Si enim cõuerſi eſſemus ad dñm: ſine dubio auferetur velamen. ℟. Præceptor bonum eſt nos hic eſſe: faciamus hic tria tabernacula. Tibi vnum: Moyſi vnũ: & Helię vnũ. ℣. Non em̃ ſciebat q̇d dicebat. Tu autem domine. Lectio vi.

Sed & hoc cõuerti ad dñm quale ſit videam⁹. Et vt euidentius videre poſsimus quid ſit conuerſus: dicendum nobis prius eſt quid ſit auerſus: Omnis qui cum recitantur verba legis carminibus

fabulisq́

fabuliſq; occupatur: auerſus eſt. Omnis qui cum
legitur Moyſes: de negocijs ſeculi: de pecunia:
de lucris ſolicitudinem gerit: auerſus eſt. Omnis
qui poſſeſsionum curis ſtringitur & diuitiarum
cupiditatibus diſtenditur: & qui glorię Dei & mū
di honoribus ſtudet auerſus eſt. ℟. Si miniſtratio
mortis literis deformata in lapidibus fuit in glo-
ria: ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in fa-
ciem Moyſi propter gloriam vultus eius quæ e-
uacuatur. Multo magis miniſtratio ſpiritus quæ
manet erit in gloria. ✠. Amplioris enim gloriæ
Chriſtus præ Moyſe dignus eſt habitus: quanto
ampliorem honorem habet dominus domus qui
fabricauit eam. Mul. In ij. noct. añ. Thabor & Her
mon in nomine tuo exaltabunt tuum brachium
cum potentia. Pſ. Miſericordias domini. Añ. Lux 65
orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia. Pſ. Dominus
reg. ex. Añ. Confeſsionem & decorem induit a- 71
mictus lumine ſicut veſtimento. Pſ. Benedic ani-
ma mea. ℟. ✠. Magna eſt gloria. 76

Lectio vij. Secundum Matthæum.



IN illo tempore. Aſſumpſit Ieſus Ca.17.
Petrum & Iacobum & Ioannē fra
trem eius: & duxit eos in montē
excelſum ſeorſum: & transfiguratꝰ
eſt ante eos. Et reliqua.

Hom. beati Ioannis Chryſoſtomi.

QUoniam multa de periculis: multa
de morte: multa de paſsione ſua: &
de cęde diſcipulorum locutus eſt:

Digitized by Google

& aſpera eis quam plura atq; ardua iniunxerit: q̃ omnia cum pñtem vitam ſequerẽtur imminere iam atq; incumbere videbantur: bona vero quæ pollicebantur: longiore ſpe erant expectanda: vtputa quia ſeruarẽt animam ſuam ſi perderent eã: quia in gloria patris ſui venturus ſit & præmia redditurus. ℟. Vocauit nos Deus vocatione ſua ſancta ſecundum gratiam ſuã quæ manifeſtata eſt nunc. Per illuminationem ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti. ✠. Qui deſtruxit mortem: illuminauit autem incorruptionem. Per dominum.

Lectio octaua.

Vt viſu etiam certiores faceret quantum capere poſsint gloriam ſuã qua cum venturus eſt: in pñti vita iam ipſis oñdere: & iam viſuros pollicetur quæ aut ſua aut domini morte doleant: & maxime Petrus. Tu autem. ℟. Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere: illuxit in cordibus noſtris. Ad illuminationem ſanctæ claritatis Dei in faciem Ieſu Chriſti. ✠. Exortũ eſt in tenebris lumen rectis: miſericors & miſerator & iuſtus. Ad illu.

Lectio nona.

Et vide quid agit cum de regno & de gehenna diſſeruerit Quando enim dixit: qui inuenit animã ſuam perdet eam: & quicunq; perdet eam gratia mei inueniet ipſam: & quia vnicuiq; ſecundũ opera ſua reddet: regnum & gehennam deſignauit. Cum igitur de vtriſq; diſſeruerit regnũ quidem vt oculis cernatur concedit: gehennam autẽ minime quam rudioribus atq; ineptioribus id neceſ

ſarium

ſarium erat: probis vero & perſpicacibus ſatis fuit à melioribus confirmari. Tu. ℟. Dum oraret Ieſus. vt ſup. in veſp. Te Deum. Ante laud. ℣. Emitte lucem tuam & veritatem tuam alle. Ipſa me dedu xerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum & in tabernacula tua alle. Ad lau. añ. Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius: & duxit eos in montẽ excelſum ſeorſum: & trãſfiguratus eſt ante eos. Pſalmi Dominus reg. Añ. Reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix alle. Añ. Et ecce appa ruerunt eis Moyſes & Helias loquentes cum Ieſu. Añ. Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum: domine bonum eſt nos hic eſſe. Añ. Adhuc eo lo quente: ecce nubes lucida abumbrauit eos. Cap. Saluatorem expectamus. Vt ſupra Hymnus. 78

NOuum ſydus exoritur: Chriſti pia clementia: quo tenebroſa præmitur inimici ſeuicia. Inſurgere cũ nititur malignitatis ſpiritu: ex aduerſo reſiſtitur præpotenti exercitu. Roborantur in acie intuentes ſignaculum: deſidentes militiæ vt aſſequantur brauium. Pro quo ſe cunctis obiicit: beatum in myſterio Chriſtus & tandem perficit: regnans in cœli ſolio. Gloria tibi dñe poteſtas & Imperium: qui certantibus agie aperte monſtrans præmium. Amen. ℣. Corona aurea ſuper caput eius alle. Expreſſo ſigno ſanctitatis: gloria honoris & opus fortitudinis allelu. Ad bñs añ. Et ecce vox de nube dicens: hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipſũ audite

audite alle: Oratio. Deus qui fidei ſacramenta. vt ſup. Ad horas añ de laudibus. Ad primam Capit. Regi autem ſæculorum ſemper. Præfatio de ſancta trinitate. Ad iij. Cap. Saluatorem expectamus. Vt ſu. ℟. Glorioſus apparuiſti in conſpectu domini: Alleluia alleluia. ℣. Propterea decorem induit te dominus. Alle ℣. Gloria & honore. Oratio vt ſup Ad ſextam Capit.

2. co. 3 NOs autem reuelata facie gloriam domini ſpeculantes: in eandem imaginẽ transformamur à claritate in claritatem: tanquam à domini ſpiritu Deo. ℟. Gloria & honore coronaſti eum domine. Alle. Alle. ℣. Et conſtituiſti eũ ſuper opera manuum tuarum. Alle. ℣. Magna eſt gloria eius. Ad ix. Cap.

Ap. 21 SVſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum: & oſtendit mihi ciuitatem ſanctã Hieruſalem deſcendentem de cœlo à Deo & habentem claritatem Dei: & lucerna eius eſt agn⁹. ℟. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo. Alle. alle. ℣. Gloriam & magnum decorem impones ſuper eum. Alle. ℣. Corona aurea. Vt ſup. Ad ij. veſp. añ.

87 Aſſnmpſit Ieſus. pſ. Dixit dominus. Confitebor.

88 Beatus vir. Laudate pue. Laudate dominum omnes gentes. Capitulum & hym. vt ſup. ad mag. añ. Et audientes diſcipuli ceciderunt in facies ſuas & timuerunt valde: & acceſsit Ieſus & tetigit eos: dixitq́; eis: ſurgite nolite timere alle. Oratio vt ſupra. ¶ In feſto ſancti Sixti martyris cum ſocijs Cap. Reddet Deus mer. Oratio.

Digitized by Google

DEus qui nos concedis ſanctorum martyrũ tuorum Sixti Fœlicisſimi & Agapiti natalitia colere: da nobis in æterna lætitia de eorum ſocietate gaudere. Per. Lectio i.

SIxtus apud Athenas natus & doctus prius quidem Philoſophus poſtea fuit Chriſti diſcipulus: deinde vrbis Romæ factus eſt Epiſcopus. Eodem tempore Decius & Valerianus iuſſerunt ſibi eum cum clero ſuo præſentari. Tunc beatus Sixt⁹ dixit clero ſuo. Fratres & comilitões, nolite expaueſcere: omnes ſancti quanta paſsi ſunt tormenta vt ſecuri perpetuam obtinerent vitæ palmam? Nam & dominus noſter Ieſus Chriſtus paſſus eſt pro noſtra ſalute vt nobis exemplum relinqueret. Tu autem. Lectio ſecunda.

REſpondentes Fœlicisſimus & Agapitus dixerũt beato Sixto. Et nos ſine te qualiter non pauebimus? Sine patre noſtro quo ibimus? Et præſentatus eſt nocte Decio & Valeriano cũ duobus Diaconibus. Dixit autem Decius Cæſar ad Sixtum Epiſcopum. Scis qua propter cœtus & conuentione publica nobis es præſentatus? Reſpondens Sixtus Epiſcopus dixit. Scio & bene ſcio. Lectio iij.

DIxit Decius. Ergo ſi ſcis fac vt vniuerſi ſciant & tu viuas & clerus tuus augeatur. Reſpondens Sixtus Epiſcopus dixit. Vere feci & facio vt clerus meus augeatur. Decius dicit ad beatum Sixtum Epiſcopum. Ergo ſacrifica dijs immortalibus: & eſto princeps Sacerdotum. Beatus Sixtus Epiſcopus dixit. Ego ſemper ſacrificaui & ſacrifico Deo omni

omni potenti: patri & filio eius & ſpiritui ſancto hoſtiam puram & immaculatam. Lectio iiij.

DEcius dixit ab beatū Sixtū. Senectuti tuæ nos cōſulimus: Itaq; cōſule & tu tibi & clero tuo: Beatus Sixtus Epiſcopus dixit. Ego vſq; adeo conſului & mihi & clero meo: vt de profundis mortis æternæ coner omnes mecum eripere. Decius dixit. Sacrifica: nam ſi non ſacrificaueris tu eris exemplum omnium. Sixtus Epiſcopus dixit. Iam ſemel tibi dixi ſacrificium ſemper offero Deo meo & domino Ieſu Chriſto filio eius. Tu autem. Lectio v.

Decius dixit ad milites. Ducite eum cum Diaconibus ſuis ad templum martis: vt ſacrificent Deo Marti: quod ſi noluerint ſacrificare ſimpliciter in eodem loco capite, truncentur. Et ducti foras muros portę Apiæ beatus Sixtus cœpit dicere. Ecce idola vana muta & ſurda & lapidea quibus miſeri inclinantur: vt perdant vitam æternam. Tu autē.

Lectio ſexta.

Et dixit ad templum Martis. Deſtruat te Chriſt⁹ filius Dei viui & cum hoc dixiſſet beatus Sixtus: reſpondentes omnes Chriſtiani dixerunt amen. Et ſubito cecidit aliqua pars templi: & comminuta eſt. Sanctum vero Sixtum Epiſcopum & Fæliciſſimum Agapitum Diacones duxerunt in cliuium Martis ante templum cum duobus Diaconibus octauo idus auguſtas. Tu. Homelia Cum audieritis præ. ¶ In feſto ſancti Donati martyris Capit. Beatus vir qui in ſapientia.

Ora-

Oratio.

DEus tuorum gloria Sacerdotum: præſta quæſumus vt ſancti martyris tui & Epiſcopi Donati cuius feſta gerimus ſentiamus auxilium. Eodem die Oratio.

INterceſsio nos quæſumus domine ſanctæ Afræ martyris tuæ tibi commendet quæ in confeſsione tibi placere: & coronam vitæ meruit percipere. Per dominum noſtrum.

Lectio prima.

TEmpore quo Conſtantinus qui Conſtantinopolim ſuo nomine condidit Romanũ tenebat Imperium erat in ciuitate Romana Presbyter quidam Pigmenius nomine in titulo paſtoris: virtute venerabilis: & doctrina liberalium artium conciuibus colendus: ad quem Romanorum populi venire conſueuerant.

Lectio ſecunda.

Et dum ab eo liberalium artium rudimenta percipiebant: ſalutari fonte cœleſti dictãte magiſtro plurimi ſalubriter abluti ad ouile Chriſti eius ſtudio confluebant. Pigmenius autem Iulianum filiũ Conſtantij fratris Conſtantini inter cæteros enutrierat & baptiſmum diuina humanaq; doctrina ſtudioſiſsime erudierat. Tu. Lectio tertia.

Cuius induſtriam admirantes populi famam cœperunt ſpargere: vt etiam Romanam rempublicã gubernare valeret: vnde & in Nicomediã ab Imperatore miſſus ab vrbe regia abſtinuit. Erat enim in ciuitate eadem puer quidã Donatus nomine: nobi-

nobili ortus proſapia: qui dum ſalutaria paſcua quæreret: â parentibus deiectus eſt: ſed â beato Pigmenio benigne ſuſceptus: cum Iuliano omniũ artium doctrina perfecte eruditus eſt: & in fide ſanctæ trinitatis ab eodem Pigmenio baptizatus: donec & Apoſtolica & Euangelica ſpiritus ſancti gratia pleniter eſt roboratus: & clericus effectus cum eodem Iuliano ad ſacrum ordinem eſt promotus. Lectio iiij.

BEatus Donatus lector: & Iulianus ſubdiaconus ſunt conſtituti. Sed beatus Donatus ne infructuoſus in agro Dei maneat patrem & matrem ad Catholicam ducit Eccleſiam: & eos ablui Chriſti facit baptiſmate. Poſt multum verò temporis occulto Dei nutu cuius incompræhenſibilia ſunt iudicia: & inueſtigabiles viæ eius: Iulianus â ſubdiaconij ordine ad Imperiale faſtigium electus eſt â populo. Tu autem. Lectio v.

Qui nequiter vitam ac ordinem cum atrocitate immutans: oblitus ſapiĕtiæ cœleſtis qua nutritus fuerat: ſalutare Chriſti adorſus eſt perſequi nomen: multa Chriſtianorum milia per diuerſas ꝓuincias acerrimis cruciatibus puniens. Tu autẽ domine. Lectio vi.

Cuius metu ſanctorum plurimi: relictis vrbibus coacti ſunt fugere & diuerſa latibula quærere. Pigmenium vero magiſtrum & Donatum condiſcipulum: immemor magiſterij & noti quondã contubernij dum ſequiendo perquireret vt eos diuerſis pœnis afficeret: Pigmenius Perſidã. & beatus

tus Donatus aretiam Thuſciæ oppidũ petijt: ibiq́ ab Hilariano Monacho ſuſceptus: proceſſu temporis eiuſdem ciuitatis Epiſcopus factus eſt Homelia. Nihil opertum. ¶ In feſto ſanctorum Cyriaci & ſociorum eius Cap. Reddet Deus mercedem.

Oratio.

DEus qui nos annua beati Cyriaci ſociorũq́ eius ſolennitate lætificas: concede propitius: vt quorum natalicia colimus: virtutẽ quoq́ paſsionis imitemur. Per. Hic celebratur aduentus ſanguinis Ieſu Chriſti & magna miſſa cantatur de ſancta cruce ad aram ſanctæ crucis. Præfatio. Qui ſalutem. Aliæ horę dicuntur de ſanctis vt infra præterquam in miſſa adiungatur oratio ſanctorum Cyriaci & ſociorum eius poſt orationem ſanctæ crucis.

Lectio prima.

DIocletianus Auguſtus compræhendi fecit Cyriacum Romanæ Eccleſiæ Diaconum cum alijs ſanctis in cuſtodia trudi vbi eo multo tempore poſito plurimas per eum domin⁹ operabatur virtutes.

Lectio ſecunda.

Eodẽ tẽpore vrgeri cœpit à dæmonio filia Diocletiani clamante per os eius præſente Diocletiā no niſi venerit Cyriacus non exeo Mittens ergo Diocletianus eiecit beatum Cyriacum de cuſtodia: & ſocios eius Largum & Smaragdum & rogauit eum vt liberaret filiam eius. Lectio tertia.

Et ille in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti im-

Ggg mun-

mundum ab ea ſpiritum expulit: præſente matre ſua Serena Auguſta baptizauit eã: & deinceps in religione Chriſtiana permanſit. Mortuo autem Diocletiano præcepit Maximianus filius vt Chriſtiani vbicunq; inuenirentur punirentur.

Lectio quarta.

ET Zelo ductus propter ſororem ſuam Arthemiam tenuit beatum Cyriacum Diaconum & commendauit eum Carpaſio vicario. Poſt hæc Carpaſius præcepit ſibi beatum Cyriacum præſentari: cui & dixit. Cyriace ſacrifica dijs & viues. Tu autem domine miſere.

Lectio quinta.

REſpondens beatus Cyriacus. Sacrificent eis qui non cognouerunt creatorem ſuum dominum Ieſum Chriſtum. Et iratus Carpaſius iuſsit beatum Cyriacum in cathaſta extendi & attrahi neruis & fuſtibus cædi clamante Cyriaco. Miſerere mei domine Ieſu Chriſte. Et nunciauit Carpaſius Maximiano quod factum fuerat. Tu autem domine.

Lectio ſexta.

At ille iuſsit omnes vinctos qui erant cum beato Cyriaco capite truncari. Et data ſententia decollati ſunt cum beato Cyriaco numero viginti & vnus. In ipſo tẽpore interfecit Maximianus ſororem ſuam Arthemiam. Veniens autem Marcellus beatiſsimus vrbis Romæ Epiſcopus: ſanctorum corpora cum aromatibus condiuit: & in via hoſtienſi recondit. Tu. Homel. Deſcendens Ieſus. ¶ In vigilia ſancti Laurentij martyris. Homelia.

Digitized by Google

Ãia. Si quis vult poſt me venire. Quære de vno martyre in communi capitulum. Confitebor tibi domine Rex. Quære in communi de virginibus.

Oratio.



Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris & interceſſione beati Laurentij martyris tui perpetuam miſericordiam nobis benignus impende. Per dominum.

Eodem die oratio.

Præſta quæſumus omnipotens Deus: vt qui beati Romani martyris tui natalicia colimus interceſſione eius in tui nominis amore roboremur. Per. Ad primas veſp. aã. Cõfitebor tibi domine Rex: & collaudabo te quoniam liberaſti me à preſſura flammę quæ circundedit me & in medio ignis non ſum æſtuatus. Pſalm. Laudate pũe.

Capitulum.

Fratres. Qui parce ſeminat: parce & metet: & qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. D. ℟. Beatus vir Laurentius qui poſt aurum non abijt: nec ſperauit in theſauris pecuniæ. Fecit enim mirabilia in vita ſua. ℣. Qui potuit transgredi & non eſt tranſgreſſus facere mala & non fecit. Fecit enim. 88 2. Cor 9.

Hymnus.

Martyris Chriſti colimus triumphum annuum tempus venerãdo: cuius cernua vocis prece iã rotundus orbis adorat. Põtifex

fixus monuit miniſtrum: fixus in ligno crucis: exequeris me cito pœnam patiendo magnam ibis ad aſtra. Tortor iratus petit vt talenti pondus ignoti manifeſtet omne: mẽte veſana cupiens vorare aurea lucra. Spreuit hic mundi peritura dona fert opem nudis: alimenta claudis diuidit nummos miſeris cateruis corde flagranti. Igne torquetur ſtabili tenore cordis accenſus ſuperat minaces ignium flammas in amore vitæ ſemper opime. Vritur poſtquam latus omne teſtis verte ꝑfecto loquitur iocando corporis partem laniando coctam dentibus acris. Spiritum ſumpſit chorus Angelorum: intulit cœlos pie laureandum: vt ſcelus laxet hominum præcando omnipotentem. Supplici voto rogitemus omnes ſanctæ Laurenti veniam precceris: qui tuum feſtum celebrãt vbiꝙ voce vel actu. Gloria patri reſonemus omnes & eius nato iubilemus apte cum quibus regnãt ſimul et creator ſpiritus almus. amẽ. ℣. Diſperſit dedit pauperibus. &c. Ad mag. añ. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt qui per ſignum crucis cecos illuminauit. Oratio.

DA nobis quæſumus omnipotens Deus viciorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuiſti tormentorum ſuorum incẽdia ſuperare. Per. Ad mat. inuit.. Venite adoremus regem regum. Qui beatum hodie coronauit Laurentium Pſ. Venite. In i. noct. añ. Quo progrederis ſine filio pater? quo ſacerdos ſancte ſine miniſtro properas. ℟. Beatus

Digitized by Google

tus Laurentius dixit. Pſ. Beatus vir. Añ. Noli me
delinquere pater ſancte: quia theſauros tuos iam 1
expendi quos tradidiſti mihi. ℣. Quid ergo in me
diſplicuit paternitati tuæ? Pſal. Quare fremu. Añ. 1
Non ego te deſero fili neq; derelinquo ſed maiora ibi debẽtur pro fide Chriſti certamina. ℣. Beatus Sixtus dixit. Pſa. Domine quid mul. ℣. Gloria 2
& honore.

Lectio prima.

MIlites Decij Cæſaris tenentes beatum Laurentium tradiderunt eum Parthemio tribuno. Parthemius nunciauit Decio: quod Laurentius qui habebat theſauros abſcõditos diaconus Sixti in cuſtodia teneretur. Gauiſus Deci⁹ fecit beatum Laurentium ſibi præſentari. Cui & dixit. Vbi ſunt theſauri Eccleſiæ quos apud te cognouimus eſſe reconditos. Beatus Laurentius nõ reſpondit ei verbum. Decius Cæſar tradidit eum Valeriano præfecto prætorij dicens. Exquire theſauros & ſi non ſacrificauerit dijs: diuerſis pœnis eum interfice. Tunc Valerianus tradidit eum in cuſtodiam cuidam Vicario nomine Hippolyto. Tu. ℟. Leuita Laurentius bonum opus operatus eſt qui per ſignum crucis cæcos illuminauit. Et theſauros Eccleſiæ dedit pauperibus. ℣. Diſperſit dedit pauperibus: iuſticia eius manet in ſæculum ſæculi. Et.

Lectio ſecunda.

Cum accepiſſet Hippolytus beatum Laurentiũ: recluſit eum in carcerem cum multis. Erat autẽ ibi hõ gentilis in cuſtodia multo tempore qui plorando amiſsis oculis cęcus factus fuerat Cui dixit

beatus Laurentius. Crede in filium Dei: & baptizare: & illuminabit te. At ille reſpondit cum fletu & dixit. Ego credo in dominum Ieſum Chriſtum: & idola falſa reſpuo. Hippolytus patienter inſtabat verbis eorum. Tunc beatus Laurentius accepta aqua baptizauit eũ: & ſtatim aperti ſunt oculi eius: & cœpit clamare dicens. Benedictus dominus Ieſus Chriſtus Deus æternus qui me illuminauit per beatum Laurentiũ qui cæcus fui & modo video. Tu. ℞. Puer meꝰ noli timere: quia ego tecum ſum dicit dominus. Dum trãſieris per ignem flamma non nocebit tibi & odor ignis nõ erit in te. ✠ Liberabo te de manu peſsimorum: & eruam te de manu fortium. Dum. Lectio tertia.

Hippolytus dixit ad beatum Laurentium. Oſtende mihi theſauros Eccleſiæ. Dicit ei beatus Laurentius Hippolyte ſi credis in deum patrem omnipotentem: & in filium eius dominum Ieſum Chriſtum: & theſauros tibi oſtendo: & vitam æternam promitto. Dicit ei Hippolytus. Si dictis facta compenſes: faciam quæ hortaris. Dicit ei beatus Laurentius. Audi me & quod hortatus ſum fac citius & baptizare. Et ſtatim more ſolito catherizauit eum & baptizauit. Tu. ℞. Strinxerunt corporis membra poſita in craticula ſubijcientibꝰ prunas inſultat leuita Chriſti. Beate Laurenti martyr Chriſti intercede pro nobis. ✠ Carnifices vero vrgentes miniſtrabant carbones ſubter cratem ferream. Beate. In ij. noct. añ. Beatus Laurentius orabat dicens domine Ieſu Chriſte

Deus

Digitized by Google

Deus de deo miſerere mei ſerui tui. ℣. Quia ac-
cuſatus non negaui nomen ſanctum tuum: inter
rogatus te Chriſte confeſſus ſum. Pſal. Cum inuo 2
carem. Añ. Dixit Romanus ad beatum Laurentiũ
video ante te iuuenem pulcherrimũ: feſtina me
baptizare. ℣. Afferens autem Vrceum cum aqua
miſit ſe ad pedes eius. Pſal. Verba mea. Añ. Bea- 2
tus Laurentius dixit mea nox obſcurum non ha
bet ſed omnia in luce clareſcunt. ℣. Quia ipſe
dominus nouit quia acuſatus non negaui nomen
ſanctum ſuum. Pſalm. Domine dominus noſter. 4
℣. Poſuiſti domine coronam. Lectio quarta.

POſt hęc mandauit Valerianus Hippolyto vt adduceret ad palaciũ Laurentiũ. Audiens beatus Laurentius dixit. Ambulemus: quia mihi & tibi gloria paratur. Et cũ ambo veniſſent: collecta ã btõ Laurẽtio pauperũ multitudine ꝓ oſtẽſione theſaurorũ: Valerianꝰ dixit Laurẽtio: pñte Decio. Quid variaris per multa? Sacrifica dijs & obliuiſcere artes magicas in quibꝰ cõfidis. Beatus Laurẽtius dixit. Si iuſtũ eſt vt dęmonibꝰ inclinemur magis quã dño creatori oĩum voſipſi iudicate. T. ℟. Quo progrederis ſine filio pater quo ſacerdos ſctẽ ſine diacono ꝓperas? Tu nunquã ſine miniſtro ſacrificiũ offerre cõſueueras. ℣. Quid ergo diſplicuit paternitati tuę nũquid degenerẽ me ꝓbaſti? expire certe vtrũ idoneũ miniſtrum elegeras cui commiſiſti dominici corporis & ſanguinis conſecrationem. Tu autem. Lectio quinta.

Decius iratus dixit. Adducite lectũ ferreũ & requieſcat in eo Laurentius cõtumax. Allatus eſt

autem lectus cum coſtis tribus in conſpectu Decij Cæſaris in modum craticulę: & allatus eſt beatus Laurentius: & expoliatus veſtimentis ſuis in conſpectu Decij & Valeriani: extenſus eſt in crate ferrea. Et allati ſunt baculi cum prunis & miſerunt ſub crate ferrea: & cum furcis ferreis coarctabant eum. ℞. Noli me derelinquere pater ſancte quia theſauros tuos iam expendi. Non ego te deſero fili neq; derelinquo: ſed maiora tibi debentur pro fide Chriſti certamina. ℣. Nos quaſi ſenes leuioris pugnæ curſum recipimus: te quaſi iuuenem magnum glorioſior de tyranno triumphus expectat poſt triduum me ſequeris ſacerdotem leuita. Non. Lectio ſexta.

Omnes igitur qui præſentes aderant cœperunt mirari quomodo præceperat Decius beatum Dei martyrem viuum aſſari. Ille vero vultu pulcherrimo dicebat. Gratias tibi ago domine Ieſu Chriſte: qui me confortare dignatus es. Et eleuans oculos contra Decium ſic dicebat beatus Laurentius. Ecce miſer aſſaſti vnam partem: recipe & alteram & manduca. Tunc agens gratias Deo cum gaudio dixit. Gratias tibi ago domine Ieſu Chriſte: quia merui ianuas tuas ingredi: & emiſit ſpiritum. Tu. ℞. Beatus Laurentius clamauit & dixit: Deum meum colo & illi ſoli ſeruio. Et ideo non timeo tormenta tua. ℣. Mea nox obſcurum non habet: ſed omnia in luce clareſcunt. Et. In tertia nocturn. Aña. Strinxerunt corporis membra poſita ſuper craticulam: miniſtrantibus prunas in-

inſultat leuita Chriſti. ℣. Carnifices vero vrgentes miniſtrabant carbones ſubter cratem
ferream. Pſal. Dñe quis habi. Añ. Igne me exa- 7
minaſti: & non eſt inuenta in me iniquitas. ℣.
Probaſti dñe cor meum & viſitaſti nocte. Pſalm. 8
Exaudi dñe iuſtitiam me. Añ. Interrogatus te dominũ confeſſus ſum aſſatus gratias ago. ℣. Gratias tibi ago domine Ieſu Chriſte quia ianuas tuas
ingredi merui. Pſal. Dñe in vir. ℣. Magna eſt glo 12
ria. Homelia. Niſi granũ frumenti quære in cõmuni. ℟. Hic eſt vir qui non eſt derelictus á deo in die certaminis ſui & ipſe cõculcauit caput ſerpentis antiqui. Modo coronabitur: quia fideliter vicit in mandatis dñi. ℣. Armis diuinis p̃cinctus ſæuitiam perſequentium fœliciter ſuperauit. ℟. Beatus Laurẽtius orauit: & dixit. Dñe Ieſu Chriſte paſtor bone accipe ſpiritum meum. ℣. Gratias tibi ago dñe: quia ianuas tuas ingredi merui. Dñe. ℟. In craticula te deum non negaui & ad ignem applicatus. Te dñm Ieſum confeſſus ſum. ℣. Accuſatus non negaui nomen ſanctũ tuũ & interrogatus. Te. Ad lau. añ. Laurentius ingreſſus eſt martyr: & confeſſus eſt nomen domini noſtri
Ieſu Chriſti. Pſal. Dñs reg. Añ. Laurentius bonũ 69
opus operatus eſt: qui per ſignum crucis cæcos illuminauit. Añ. Adhæſit aĩa mea poſt te quia caro mea igne cremata eſt pro te deus meus. Añ. Miſit dñs angelum ſuum: & liberauit me de medio ignis: & non ſum æſtuatus. Añ. Beatus Laurentius orabat dicens gratias tibi ago dñe: quia ianuas

Digitized by Google

tuas ingredi merui. Cap̄. vt ſupra Hymnus. Spreuit mundi. ℣. Iuſtus vt palma. Ad bñs añ. In craticula te deum non negaui: & ad ignem applicatus te Chriſte confeſſus ſum: ꝓbaſti cor meum & viſitaſti nocte: igne me examinaſti & non eſt inuenta in me iniquitas. Ad vi. capitulum.

2. cor. cap. 9. POtens eſt aũt deus oẽm gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus ſemper oẽm ſufficientiam habentes abũdetis in omne opus bonum ſicut ſcriptũ eſt: diſperſit dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.

Ad nonam capitulum.

2. cor. cap. 9. QVi autem adminiſtrabat ſemen ſeminanti: & panẽ ad manducandũ p̄ſtabit: & multiplicabit ſemen veſtrum: & augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. D. Ad ij. veſp.

88 añ. Laurentius ingreſſus pſal. Beatus vir. Credi.

104 Ad do. Ad te le. De profundis. Cap̄. vt ſup. ℟. In craticula. Hymnus. Martyris Chriſti. ℣. Gloria & hono. Ad magni. añ. Beatus Laurentius dum in craticula ſuperpoſitus vreretur ad impiĳſſimũ tyrannum dixit aſſatus ſum iam verſa & manduca nam facultates eccleſię quas requiris: in cœleſtes theſauros manus pauperum deportauerunt.

Nota de ſctõ Laurẽtio fit ſuffragiũ per totã octauã ¶In feſto ſctĩ Tyburtĳ martyris cap̄. Iuſtus ſi morte. Ad magni. añ. Inclytꝰ martyr Tyburciꝰ cũ nudatis plantis ſup prunas ardentes incederet Fabiano p̄fecto dixit videtur mihi qđ ſup roſeos flores incedã ĩ noĩe dñi mei Ieſu Chriſti. Oratio.



BEati Tyburtij nos domi
ne foueant continua p̄ſi-
dia quia non deſinis pro-
pitius intueri: quos talibus
auxilijs conceſſeris adiuuari.
Per dominum Lectio i.

Iſte Tyburci⁹ fratres chariſſimi cuius hodie venerabilem celebramus paſsionem: filius fuit Cramacij vrbis Romæ præfecti. Qui cum Podagricus eſſet: perſuaſus eſt â beato Sebaſtiano credere Chriſto: quatinus ab omni corporis mentiſq; ſanaretur morbo. Ille vero credens vna cũ Tyburcio filio ſuo: & ex familia ſua promiſcui ſexus mille quadringentis animabus: oĩbuſq; idolis dom⁹ ſuę confractis: â ſancto Policarpo p̄sbytero baptizatur: ſanus â podagra qua patiebatur. Tu autem dñe. Lectio ij.

Cromacio vero propter perſecutionẽ cũ ꝗbuſdã infirmioribus ab vrbe fratribus in quoddã prędiũ ſuũ recedente: Tyburcius filius ſuus tanto martyrij deſiderio ſuccenſus eſt: vt nuſquã â ſanctis viris ſcilicet Gaio vrbis Romæ epiſcopo ſancto Sebaſtiano necnon & Tranquilino alijſq; ꝗ̃ pluribus ſe ſubtraheret: ſed cum eis tanta perfectionis conſtantia commaneret: vt etiam orationibus ſuis quendã mortuum qui de alto lapſus oĩa confregerat mẽbra: ſuſcitaret. Hunc etiã beato Gaio ep̄o vna cũ parentibus ſuis tradidit baptizandum. Hos inquiens epiſcoporũ ep̄e: hodie per me peccatorem lucratus eſt Chriſtus. Tu. Lectio iij.

Igitur

Igitur Tyburcius imperantibus Diocletiano & Maximiano comprehenſus ab infidelibus: oblatus eſt Fabiano præfecto. Cui Fabianus dixit. Cõſulte feceris: ſi ſaluti tuæ conſulas: & principum decreta non contemnas Tyburcius dixit. Ego iuuentuti meæ melius nõ conſulã: q̃ vt deos deasq́ contemnens vnum dominum Ieſum Chriſtũ deũ verum eſſe confitear. Lectio iiij.

FAbianus præfectus iuſsit ad pedes Tyburtij carbones ardentes effundi: & ait. Elige tibi vnum e duobus: aut thura in iſtos ignes adijce: aut pedibus ſuper eos nudis incede. Tunc beatus Tyburcius facto crucis ſigno: nudis ſuper carbones plantis in cedens dixit Depone miſer infidelitatem: & diſce quia hic ſolus eſt deus: quẽ creaturis omnibus confitemur dñari. Nam mihi in nomine domini mei Ieſu Chriſti videtur quod ſuper roſeos flores gradiar: quia creatura ſummi creatoris famulatur imperio. Tu autem. Lect. v.

Fabianus dixit beato Tyburtio. Quis ignorat vos Magicam artem docuiſſe Chriſtum dominum veſtrum? Tyburtius dixit. Obtumeſce infelix: & noli auribus meis hanc iniuriam facere: vt audiam te rabido ore latrantem contra ſanctum nomen. Tunc iratus Fabianus dictauit ſententiam dicens. Blaſphemator deorum & reus atrocium iniuriarum gladio animaduertatur. Tu. Le. vi.

Ductus autem beatiſsimus Tyburtius in via Lauicana tertio idus Auguſti tertio miliario ab vrbe & illic effundens orationem ad dominum: vno

ictu

Digitized by Google

ictu gladij verberatus emiſit ipſum: & in eodem loco eſt ſepultus à quodam Chriſtiano. Tu. Homelia. Si quis venit. ¶ In feſto ſanctæ Claræ virginis. Oratio.

FAmulos tuos quæſumus domine beatæ virginis tuæ Claræ votiua natalicia recēſentes: cœleſtium gaudiorum ſua facias interceſsione participes: & ſimul in vnum diuitis & pauperis tui vnigeniti cohæredes. Qui tecum viuit. ¶ In feſto ſanctorum Hyppoliti & ſociorũ eius martyrum cap̄ Iuſti in perpetuum vi. Ad magni. añ. Orauit ſanctus Hyppolitus voce magna clamauit & dixit: gratias tibi ago domine meus Ieſu Chriſte: quia famulos meos in conſpectu meo pati video. Oratio.



SAncti Hippolyti martyris tui ſociorumq; eius domine quæſumus veneranda feſtiuitas: ſalutaris auxilij nobis præſtet augmentum. Per.

Lectio prima.

PEracta paſsione beati Laurentij: tertio die venerunt milites: & tenuerunt beatum Hippolytum: & duxerunt ad Decium dicentes. Hic homo contēnet principum iuſſa: & adorat Chriſtum. Quem videns Decius Cæſar ſubridens dixit. Nunquid & tu magus effectus es: qui corpus Laurentij abſtuliſſe diceris? Reſpondit Hippolytus. Ego feci non quaſi magus: ſed quaſi Chriſtianus. Tu autem domine. Lectio ij.

Quo

Quo audito Decius Cæſar furore arreptus: iuſsit eum lapide os eius contudi. Et expoliauit eum veſte Chriſtiana qua indutus erat: & dixit ei. Sacrifica diis: & acquieſce præceptis noſtris: & viue: Hippolytus dixit. Non me expoliaſti: ſed magis incepiſti veſtire. Decius dixit ad Hippolytũ. Nũquid tu non es cultor deorũ quomodo inſipiens factus es: vt nuditatẽ tuam nõ erubeſcas? Sacrifica ergo vt non pereas per tormenta ſicut Laurentius. Tu. Lectio iij.

Hippolytus dixit. Exemplum merear fieri Laurentij: quem tu miſer auſus fuiſti ore polluto nominare. Decius Cæſar dixit. Exuite eum: & fuſtibus cedite. Et cũ diu cederetur dixit. Gratias ago deo meo. Decius dixit. Deridet Hippolytus fuſtes: cũ cardis cedite eum Et cedentes defecerũt. Sctũs Hippolytus clamauit voce clara Chriſtianus ſum. Tu autem. Lectio iiij.

Decius dixit. Leuate eum à terra: & iuſsit eum veſtiri veſte militari qua ante gentilis vtebatur. Et dixit Decius ad ſctm̃ Hippolytũ. Recole militiã & eſto noſter amicus: & in conſpectu noſtro vtere militia priſtina quã ſemper habuiſti. Hippolytus dixit. Militia mea Chriſtianũ firmum demonſtrat. Vnde cupio ad palmã martyrij celeriter peruenire. Lectio v.

Valerianus dixit ad ſctm̃ Hippolytũ. Adhuc tu confidis in arte magica: & non honoras deos nec præcepta principum ſequeris. Et iratus iuſsit eũ duci foras muros portæ Tyburtinę cum familia ſua.

ſua. Tunc cepit ſanctus Hippolytus omnes confortare dicens. Fratres nolite metuere: quia ego & vos vnum dominum habemus. Lectio vi.

Iuſsit ergo Valerianus in conſpectu Hippolyti vt omnes capite trnncarentur. Et decollati ſunt promiſcui ſexus numero decem & octo. Beati vero Hippolyti iuſsit vt pedes ligarentur ad colla equorum indomitorum: & ſic per cardos & tribulos trahi. Qui cum traheretur emiſit ſpiritũ. Eadem nocte venit Iuſtinus p̄sbyter: & collegit corpora & ſepelluit in eodem loco: vbi præſtantur bñficia vſq; in hodiernum diem. Tu. Homel. Cũ audieritis pre. Ad laud. añа. Dixit Cæſar ad Hippolytum: nunc magus factus es: rñdens Hippolytus dixit ad Deciũ: non ſum ego magnus: ſed ſeruus dñi mei Ieſu Chriſti. Añ. Dixit Hippolytus ad Deciũ: non me expoliaſti ſed magis veſtiſti. Añ. Præſes dixit ad Hippolitũ factus es inſipiẽs vt nuditatem tuam non erubeſcas. Añ. Audita eſt vox infantiũ dicentium: gloria deo alleluia. Añ. Exẽplum mereat fieri: cõſortij btõrum martyrũ. Ad bñ. añ. Iuſsit Valerianus in conſpectu Hippolyti vt omnis familia eius capite truncaretur: & ſic eum per cardos & tribulos trahi: qui dum traheretur emiſit ſpũm. ¶ In vigilia Aſſumptionis Mariæ ad matut. inuit. Regem virginis filium. Venite adoremus. Pſal. Venite. Pſal. feriales cum ſuis añis ℣. Spetie tua. Homelia. Loquente Ieſu ad turbas. Require infra in. O decus. ℟. O decus. Cœli regina. Salue nobilis.

Ad

Ad laudes añ. Sub tuam protectionem. Hæc ſola añ Pſalmus. Miſerere. Capitulum.

Eccle. ca. 24 EGo quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honeſtatis: ego mater pulchrę dilectionis & timoris & agnitionis & ſanctæ ſpei. Hymnus. Quem terra pon. Quære in. O decus. Ad bñs añ. Extollens quædam mulier vocem de turba dixit: beatus vẽter qui te portauit & vbera quæ ſuxiſti: at Ieſus dixit illi quin immo beati qui audiunt verbũ dei & cuſtodiunt illud. Oratio.



DEus qui virginalem aulã beatæ Maaiæ in qua habitares eligere: dignatus es: da quæſumꝰ: vt ſua nos defenſione munitos iucũdos faciat ſuæ intereſſe feſtiuitati. Qui vi. & re.

Eodem die oratio.

DEus qui nos beati Euſebij confeſſoris tui annua ſolennitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalitia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Ad primam Hymnus. Iam lucis or. Maria mater. Gloria tibi domine. Añ. Sub tuam protectionem. Pſal. Deus in noĩe.

Capitulum.

BEata & venerabilis es virgo Maria: quæ ſine tactu pudoris inuenta es mater ſaluatoris. D. ℟. Chriſte fili dei. ℣. Qui natus es. ℣. Audi filia & vi. Oratio. Deus qui virginalem aulam.

Dñe

Digitized by Google

Dñe ſancte pater. Preces. Exultabunt. Ad iij añ.
Sancta dei genitrix. Pſal. Legem po. Cap̃. Ego 95
quaſi vitis. ℟. Spetie tua & pul. Ad vi. añ. In odo-
rem. Pſal. Defecit in. Capitulũ.

TRanſite ad me omnes qui cõcupiſcitis me: Eccle.
& á generationibus meis adimplemini: ſpi- ca. 24
ritus enim meus ſuper mel dulcis: & hære-
ditas mea ſuper mel & fauum: memoria mea in
generatione ſeculorũ. ℟. Diffuſa eſt gratia in la-
bijs tuis. ℣. Propterea benedixit te deus in æter-
num. Ad ix. Añ. Pulchra es & decora filia. Quæ-
re intra pſal. Mirabilia te. Capitulum. 99

QVi edunt me: adhuc eſurient & qui bibũt Eccle.
me adhuc ſitient: qui audit me non con- ca. 24.
fundetur: & qui operantur in me non pec-
cabunt: qui elucidãt me: vitam æternã habebũt.
D. ℟. Adiuuabit eam. Ad vi. veſp. añ. Vidi ſpe-
cioſam ſicut columbã: & circũdabant eam flores
roſarum & lilia conualiũ. Pſal. Laudate. Per oĩa 88
Añ. Veni electa mea & ponam in te thronũ meũ:
quia concupiuit rex ſpeciẽ tuam. Añ. Ornatam
monilibus filiam Hieruſalem dominus concupi-
uit. Añ. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem
in cubilibus & in hortis aromatum. Añ. Tota pul
chra es amica mea: & macula non eſt in te.

Capitulum.

IN omnibus requiem quæſiuit: & in hæreditate Eccle.
domini morabor: tunc præcepit & dixit mi- ca. 24
hi creator omniũ: & qui creauit me requieuit
in tabernaculo meo: & dixit mihi: in Iacob inha-

Digitized by Google

bita: & in Iſrael hęreditare: & in electis meis mitte radices. Deo gratias. ℟. Fœlix nanq́ꝫ es ſacra virgo Maria & omni laude digniſsima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. ℣. Ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuũ iuuamen quicunq́ꝫ celebrant tuam ſanctiſsimam aſſumptionem. Quia. Hymnus.

GAude viſceribus mater in intimis fœlix eccleſia quæ ſacra replicas ſanctę feſta Mariæ plaudunt aſtra ſolum mare. Cuius magnifica eſt generatio cuius vita ſacris claruit actibus: cuius finis honorẽ ſummũ ſine tenet fine. Quæ virgo peperit virgoq́ꝫ permanet lactauit proprijs vberibus deum: portantemq́ꝫ gerebat vlnis prona trementibus. Fœlix multiplici laude puerpera regis porta ſummi clauſa perenniter: mundi ſtella fluenti floris virgula regia. Te nunc ſuppliciter ſancta Theotocos regis perpetui ſponſaq́ꝫ poſcimus vt nos ſemper vbiq́ꝫ miti munere protegas. Sanctis obtineas virgo precatibus pacis præſidiũ dulce diutinæ: nobis atq́ꝫ beati regna dona perennia. Præſta ſumme pater: patris & vnice: amborumq́ꝫ ſimul ſpiritus annue: qui regnans deus vnus omni tempore ſeculi. Amen. ℣. Exaltata es ſancta dei genitrix ſuper choros angelorum ad cœleſtia regna. Ad magni. añ. Virgo prudentiſsima quo progrederis quaſi aurora valde rutilans filia Sion tota formoſa & ſuauis es pulchra vt luna electa vt ſol. Oratio.

Veneran-

Digitized by Google

VEneranda nobis domine huius diei feſtiuitas opem conferat ſalutarem in qua ſancta dei genitrix mortẽ ſubijt tẽporalem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: quæ filium tuum dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ de ſe genuit incarnatum. Qui tecum viuit. De ſancto Stephano rege añ. Aue beate rex Stephane. ℣. Ora pro nobis beate. Oratio. Deus qui beatum Stephanum re. Require in die ſuo. Ad cõpletorium hymn⁹. Lux mundi beatiſsima. quære in. O decus.

Capitulum.

IN plateis ſicut cinamomum & balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoris. ℟. Gaude Maria virgo cun. Eccle. ca. 24.
Super nunc di. añ. Aue dña mundi Maria: aue cœlorum regina aue virgo virginum per te venit redemptio noſtra: tu inter mulieres ſpecioſiſsima inter omnes & ſuper omnes bñdicta: iuxta filium tuum virgo ſuper choros angelorũ poſita pro nobis rogamus rogita vt valeamus te videre & in æterna tuo iuuamine gaudere gloria alleluia. Oratio. Famulorum tuorũ. Deus qui illuminas. Ad matut. inuit. Venite adoremus regem regum. Cuius hodie ad æthereum mater virgo aſſumpta eſt cœlum. Pſal. Venite. In primo noct. añ. Exaltata eſt ſancta dei genitrix ſuper choros angelorum ad cœleſtia regna. Pſal. Dñe dñs noſter. Añ. 4
Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui. Pſal. Cœli enar. Añ. Paradiſi portæ 11
per te nobis apertę ſunt quæ hodie glorioſa cum

Digitized by Google

25 angelis triumphas. Pſal. Dñi eſt terra. ℣. Specio-
ſa facta es. Lectio i. Sermo btĩ Hieronymi pſby.

COgitis me ô Paula & Euſtochium: immo charitas Chriſti me compellit vt exhortationis cauſa ſermonem faciã de aſſumptione beatę & glorioſę ſempq; virginis Marię vt habeat ſctm̃ collegium veſtrum in die tantę ſolennitatis mun⁹ latini ſermonis in quo diſcat infantia tenera lactis experiri dulcedinem: & de exiguis eximia cogitare: qualiter fauente domino per ſingulos annos: tota hæc dies expẽdatur in laudẽ: & cum gloria ac gaudio celebretur. ℟. Vidi ſpecioſam ſicut columbã deſcendentẽ deſuper riuos aquarũ: cuius inæſtimabilis odor erat nimis in veſtimentis eius. Et ſicut dies verni circũdabant eã flores roſarũ & lilia cõualliũ. ℣. Quæ eſt iſta quæ aſcendit p deſertũ ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę & thuris. Et. Lectio ij.

Si igitur venerit veſtris in manibus illud Apocriphum de tranſitu huius btẽ virginis: ne forte dubia pro certis recipiatis pſertim cum ex his nihil aliud expiri poſsit p certo niſi quod hodierna die btã virgo glorioſa migrauit à corpore. Mõſtratur aũt ſepulchrũ eius cernentibus nobis vſq; ad pñs in vallis Ioſaphat medio: quæ vallis eſt inter mõtem Sion & montem olíueti poſita: quam & tu Paula aſpexiſti oculis vbi in eius honore fabricata eſt eccleſia miro lapideo tabulatu: in qua ſepulta fuiſſe ab omnibus ibidem prædicatur: ſed nunc vacuum eſſe cernentibus oſtẽditur. Tu. ℟.

Sicut

Sicut Cedrꝰ exaltata ſum in Libano & ſicut Cy-
preſſus in monte Sion: quaſi myrrha electa. Dedi
ſuauitatem odoris. ℣. Et ſicut cinamomū & bal-
ſamum aromatizans. De. Lectio iij.

Beatum quoq; Ioannem euāgeliſtam huius bea-
tę virginis miniſtrum cui virgini à Chriſto virgo
cōmiſſa eſt: reſurrexiſſe plurimi & cū Chriſto btā
immortalitate in cœleſtibus veſtiri aſſeuerant:
quia in ſepulchro eius vt fertur: non niſi manna
inuenitur quod & ſcaturire cernitur. Sed quid
horum verius cenſeatur ambigimus: ſicuti & de
his quos cum dño: teſte euangelio: reſurrexiſſe
credimus: ſed vtrum redierint in terræ puluerē:
certum non habemus niſi qđ legimus quia multa
corpora ſanctorum qui dormierāt ſurrexerūt ac
venerūt in ſanctā ciuitatē ſcilicet Hieruſalē: &
apparuerunt multis Tu aūt. ℟. Quæ eſt iſta quæ
proceſsit ſicut ſol & formoſa tanq̄ Hieruſalē? Vi-
derunt eam filiæ Sion & beatam dixerunt: & re-
ginę laudauerunt eam. ℣. Et ſicut dies verni cir-
cumdabant eam flores roſarum: & lilia conualliū.
Viderunt. In ij. noctur. añ. Specie tua & pulchri-
tudine tua: intende proſpere procede & regna.
Pſal. Eructauit. Añ. Adiuuabit eam deus vultu 31
ſuo: deus in medio eius non cōmouebitur. Pſal. 32
Deus noſter re. Añ. Sicut lætantium omniū no-
ſtrum habitatio eſt: in te ſancta dei genitrix. Pſ. 64
Fundamenta. ℣. Dignare me la. Lectio iiij

HOdie glorioſa ſemperq; virgo Maria cœlos
aſcendit: hodie alternātibꝰ hymnidicis an-

gelorum choris: paſcua æternæ viriditatis introiuit vbi vna ſocietas oīum ſupernorũ ciuium vbi post labores & ęrumnas fœlix & ſuauis eſt refectio animarum. Regina mundi hodie de terris migrauit & de præſenti ſeculo nequam eripitur. Tu. ℞. Beatam me dicent oēs generationes quia fecit mihi dn̄s magna qa potēs eſt. Et ſc̄tm̄ nomē eius. ✠ Et miſericordia eius à ꝓgenie in progenies timentibus eum. Et.

Lectio v.

Rogo fratres gaudete: quod vt ita fatear: ineffabiliter ſublimata cum Chriſto regnat in æternum. Iterũ dico gaudete: qa ſecura de ſua immarceſsibili gloria ad cœli iam ꝑuenit palaciũ. Exultate inquam & gaudete & lętetur oīs orbis quia hodie nobis omnibus interuenientibus meritis eius: ſalus aucta eſt. Vobis quoq; diligentibus eam honor & virtus vna cum reliquis virginibus ſacris amplior præſtatur & gratia. Tu autem. ℞. Ornatam in monilibus filiam Hieruſalem dominus concupiuit. Et videntes eam filiæ Sion beatiſsimam prædicauerunt dicentes: vnguentum effuſum nomen tuũ. ✠. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu de aurato circundata varietate. Et videntes.

Lectio vi.

Iccirco dilectiſsime lætamini & gaudate: quia ſi deum ore prophetico in ſanctis ſuis laudare iubemur: multo magis eum in hac celebritate beatę virginis matris eius oportet cum hymnis & canticis diligentius extollere: & dignis deo iubilare præconijs ac myſticis honorare muneribus.

Nulli

Nulli dubium quin totum ad gloria in laudis eius
pertineat: quicquid digne ac ſolenniter genitri-
ci ſuæ fuerit impenſum. Tu autem. ℞. Beata es
virgo Maria dei genitrix quæ credidiſti dño per-
fecta ſunt in te quæ dicta ſunt tibi. Ecce exalta-
ta es ſuper choros angeloruũ: intercede ꝓ nobis
ad dñm Ieſum Chriſtũ. ℣. Aue Maria gratia ple-
na dominus tecum. Ecce exal. In iij. noctur. Añ.
Gaude Maria virgo cunctas hæreſes ſola intere-
miſti in vniuerſo mundo. Pſalmus. Cantate. i añ. 70
Dignare me laudare te virgo ſacrata: da mihi vir-
tutem contra hoſtes tuos. Pſal. Dominus regna- 71
uit exul. Añ. Poſt partum virgo inuiolata per-
manſiſti: dei genitrix intercede pro nobis. Pſal. 73
Cantate. ij. ℣. Elegit eam deus & præelegit eam
Deus. Lectio ſeptima. Secundum Lucam.



IN illo tempore. Intrauit Ie- cap. 10
ſus in quoddam caſtellum:
& mulier quædam Martha
nomine excepit illum in do-
mum ſuam. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bædæ
presbyteri.

Aduenicns conditor mundi pro redemptione
humani generis: cum diues eſſet pauper pro
nobis fieri voluit: vt ſua paupertate nos diui-
tes faceret. qui etiam de ſinu patris deſcendens
tantum pro nobis humiliari dignatus eſt: vt pro-
priam domum non haberet vbi caput recli-
naret. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto intra

virginis vterum vt deus: ſed natus humiliter vt homo. De dñi ortu pſalmiſta loquitur. Etem̃ dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructũ ſuum. Tu. ℟. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem: ſicut vidiſtis eam plenam charitate & dilectione. In cubilibus & in hortis aromatum. ℣. Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna. In cu. Lectio viij.

Dominus nempe dedit benignitatem: quando genus humanum á reatu primæ præuaricationis per vnigenitũ filium liberare diſpoſuit. Siue certe dedit benignitatem: quia in eius ingreſſu virginalis vteri templum ſpiritusſancti gratia conſecrauit. Terra autem noſtra dedit fructum ſuum quia eadem virgo quæ de Adam corpus aſſumpſerat: filium genuit diuinitate quidẽ deo patri coęqualem: ſed ſibi carnis veritate conſubſtantialem. Tu. ℟. Beata es tu virgo Maria: quæ oĩum portaſti creatorem ſeculorum. Genuiſti eum q̧ te fecit & in æternum permanes virgo. ℣. Aue Maria gratia plena dominus tecum. Lect. ix.

Duę quippe ſorores á dño dilectæ: duas vitas ſpirituales: quibus in pñti ſancta eccleſia exercetur: demõſtrant. Martha quidẽ actualẽ qua proximo in charitate ſociamur exprimit: Maria vero contemplatiuam qua in dei amore iugiter ſuſpiram⁹. Actiua enim vita eſt panẽ eſurienti tribuere: verbo ſanę doctrinę neſcientem docere: errantem corrigere: ad humilitatis viã ſuperbientẽ ꝓximũ reuocare: infirmãtis curã gerere: q̃ ſingulis q̧buſq̧ xpediat

expediat diſpenſare: tribulatis omni deuotione ſubuenire. Contemplatiua vero vita eſt charitatem quidem Dei & proximi tota mente retinere: ab exteriori actione quieſcere: ſolo deſiderio redemptoris inhærere. Tu. ℟ Super ſalutem & omnem pulchritudinem dilecta es à domino: & regina cœlorum vocari digna es: gaudēt chori Angelorum conſortes & conciues tui. ℣. Paradiſi porta per Euam cunctis clauſa erat: ſed per beatiſsimam Mariam virginem iterū patefacta eſt. Gaudent. Ad lau. añ. Aſſumpta eſt Maria in cœlū gaudent Angeli laudantes benedicunt dominū. Añ. Maria virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamū: in quo rex regum ſtellato ſedet ſolio. Añ. In odorem vnguentorum currimus: adoleſcentulę dilexerunt te nimis. Añ. Benedicta filia tu à domino: quia per te fructū vitæ communicamus. Añ. Pulchra es & decora filia Hieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Capi. In omnibus requiē. Hym. Quem terra. Quære in O decus. ℣. Gaude Maria virgo. Ad bñs añ. Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut aurora conſurgens pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtrorum acies ordianata. Oratio vt ſup. Añ. Sanctiſsimus Rex Stephanus. ℣. Ora pro nobis. Oratio. Deus qui beatum Stephanum. Quære infra. Ad ſextam Capitulum.

ET ſic in Sion firmata ſum & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Hieruſalem poteſtas mea & radicaui in populo honorificato & in partes Dei mei hæreditas illius: & inple- Eccle. ca. 24

nitudine ſanctorum detentio mea: Ad nonam Capitulum.

Eccle. ca. 24. QVaſi Cedr⁹ exaltata ſum in Libano & quaſi Cypreſſus in monte Sion quaſi palma exaltata ſum in Cades: & quaſi plantatio roſę in Hierico quaſi oliua ſpecioſa in campis: & quaſi Platanus exaltata ſum iuxta aquas. Deo. Ad ſecundas veſp. añ. Aſſumpta eſt Maria in cœlum.
87 Cum cæteris Pſalm. Dixit dominus. Laudate pu.
114 Lætatus ſum. Niſi dominus. Lauda Hieruſalem. Cap̄. In omnibus requiem. ℞. Super ſalutem. Hy. Gaude viſceri. ℣. Exaltata es. Ad mag. añ. Hodie Maria virgo cœlos aſcendit: gaudete: quia cum Chriſto regnat in æternum alle. Oratio. Veneranda nobis. cum ſola coll. In comple. ad nunc dimitis añ. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora cōſurgens: pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſttorum acies ordinata. Secundo die inuit. Venite adoremus. Pſal. Venite. Ad noctur. añ. Exaltata es. Cum cæteris vt ſup. Lectio prima. Sermo beati Auguſt. Epiſcopi.

CElebritas hodiernæ diei nos admonet vt in laude Mariæ virginis immorari debeamus: quia reuera dignum eſt vt in die tantæ genitricis laudes domini non ſileat lingua carnis: In hac ſiquidem die competenter beata virgo Maria ſponſo illi cœleſti libere proclamat. Tenuiſti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxiſti me: & cum gloria aſſumpſiſti me. Tu aūt. ℞. Vidi ſpecioſam. Lectio ij.

Hodie

Hodie inquam & ipſa congrue à ſponſo audit. Veni proxima mea ſpecioſa mea: columba mea: quoniam ecce hyems trãſijt pluuia abijt. Ipſaq; iam beata reſpondit. Flores viſi ſunt in terra: nam tempus ſectionibus aduenit. Anima mea exultabit in domino delectabitur ſuper ſalutari eius. Et in domino laudabitur anima mea audiant manſueti & lætentur: Et credo videre bona domini in terra viuentium.

Lectio tertia.

Videam⁹ ergo fratres quæ ſit virgo tam ſancta ad quam ſpiritus ſanctus venire dignatus eſt: quæ tã ſpecioſa quam Deus elegit ſponſam quæ tam caſta vt poſsit virgo eſſe poſt partum. Hæc eſt Dei templum: fons ille ſignatus: & porta in domo domini clauſa. Ad hanc vtiq; ſanctus deſcẽdit ſpiritus. Huic Virtus obũbrauit altiſsimi: ex ea potens virtutum Chriſtus egreditur. Tu autem domine.

Lectio quarta.

HÆc eſt inuiolata coitu: fœcunda partu: virgo caſtitate. Hæc concepit virgo non ex viro ſed ex ſpiritu ſancto. Hæc peperit non dolore ſed gaudio. Hæc nutriuit Angelorũ & hominum cibum. Fœlix certe & omni laude digniſſima quæ ſine humano ſemine cœleſtem ſeculo protulit panem: & mundo genuit ſaluatorem. O fidei pactum. O fidei ſecretum. Promittit virgini Angelus filium naſciturum: virgo gaudet cupitq; effici mater. Tu.

Lectio v.

Vere magnum & ſalutare myſterium: quæ ſic peperit vt & mater & virgo dici poſsit. Lacta

Maria

Maria creatorem tuum: lacta panem cœli: lacta precium mundi: præbe labenti mammillam: vt per te ipſe præbeat percutienti maxillam Tu illi vt mater temporalem miniſtra ſubſtantiam vt ipſe nobis & tibi vitam tribuat ſempiternam. Lacta ergo eum qui te fecit qui talem fecit te vt ipſe fieret in te. Lacta eum qui fructum fœcunditatis tibi dedit conceptus & decus virginitatis non abſtulit natus. Tu autem. Lectio ſexta.

Videte fratres quam digne Deo conſecrata virginitas famulatur quam ſic amare dignatus eſt: vt vna eademq; fœmina & virgo dici poſsit & mater. Quam præferenda gratia & cunctis ſæculis prædicanda: quæ ſola & genitricis dignitatem obtinuit: & virginalem pudicitiam non amiſit. Electa eſt quæ auctorem ſuum ederet. Deniq; viro inexperta ſe parituram obſtupuit: quæ thalamum ignorauit. Tu. Tertio die. Lectio prima.

SI enim cogitemus virginem quæ ſine concupiſcentia carnis concepit carnem: & ſine viro peperit virum: & ſi voluerimus facti huius quærerere rationem: in ipſa noſtra inquiſitione ſuccumbimus: cum ſcriptum ſit. Generationem eius quis enarrabit? Nam & ipſa beata Maria: cuius hodie aſſumptionem celebramus quem credendo peperit: credendo concepit. Deniq; cum diuinum illi partum Angelus nunciaſſet: at illa propriç caſtitatis conſcia: diuinæ diſpenſationis ignara Angelo reſpondiſſet: quomodo fiet iſtud: quoniam virum non cognoſco? Angelus illi placido

cido vultu reſpōdit. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Tu autē.

Lectio ſecunda.

Non expaueſcas partum virgo ne metuas: neq; multum inexperta formides. Tantum crede & concepiſti: ama & peperiſti: Spiritus enim ſanct⁹ ſuperueniet in te proinde non eſt quod metuas. Et virtus altiſsimi obumbrabit tibi. inde eſt quod gaudeas. Tunc enim ſequeretur dolor partum: ſi præcederet libido conceptum. Tu autem domi.

Lectio tertia.

Nunc vero ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus altiſsimi obumbrabit tibi: ideſt refrigerabit tibi ſub vmbraculo ſpiritus ſanctus ne in feruore concupiſcentiæ terrearis. Ideoq; quod naſcetur ex te ſanctum: vocabitur filius Dei. His auditis Maria iam fidei ſemine grauida: & prius Chriſtum mente quam ventre concipiens: reſpondit Angelo. Ecce ancilla domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Nec mora vt aſſenſus virginis panditur cœleſtis ſponſus immaculatum corpus ingreditur: & qui toto mundo non capitur: puellæ innupiæ membris infunditur. Quarto die.

Lectio prima.

NAm audite fratres quomodo porta per quā ingreſſus eſt dominus ſemper fuerit clauſa: ſicut Ezechiel Propheta in viſione diuina reſpexit. Conuerti me inquit ad viā portæ ſanctuarij exterioris quæ reſpiciebat ad orientem: & hæc erat clauſa. Et dixit dominus ad me. Porta

hæc

hæc quam vides clauſa erit & non aperietur & vir non tranſiet per eam & ſemper erit clauſa. Tu autem.

Lectio ſecunda.

Ecce vbi euidenter oſtendit nobis quia ſancta Maria ſemper virgo fuerit virgo antepartum virgo in partu: virgo poſt partum. Concepit & virgo eſt: generat & virgo eſt. Lactat & virgo eſt. Mater quippe eſſe potuit beata Maria mulier eſſe non potuit. Magnum meritum magnum donum: magna gratia. Ancilla peperit dominnm: creatura peperit creatorem: viſceribus fœcundis & genitalibus integris. Virgo mater dominũ effudit in terris: concipiens virgo: pariens virgo. Virgo grauida: virgo fœta: virgo perpetua. Tu autem domi.

Lectio tertia.

Quid miraris hæc o homo? Deum naſci ſic oportuit: quando dignatus eſt eſſe homo. Inter hæc igitur toto affectu ad auxilium nos beatæ Mariæ virginis concurramus: omnes omni niſu eius patrocinia imploremus. Et dum nos eam ſupplici obſequio frequentamus in terris: ipſa nos ſedula præce cõmendare dignetur in cœlis. Quod ipſe præſtare dignetur qui in trinitate perfecta viuit & regnat Deus per omnia ſecula ſæculorum. Amen. Tu. Lectio iiij. Alius ſermo Auguſtini Epiſcopi.

Adeſt nobis dilectiſsimi optatus dies beatæ ac venerabilis ſemperq; virginis Mariæ: ideo cum ſumma exultatiõe gaudeat terra noſtra tantæ virginis illuſtrata exceſſu. Hæc eſt enim flos campi: de qua ortum eſt preciosũ lilium

lium conuallium: per cuius partum mutatur natura prothoplaſmatorumq; deletur & culpa. Præciſum eſt in ea illud Euæ infelicitatis elogiū: quo dicitur: in triſtitia paries filios quia iſta in leticia dominum parturiuit: Eua enim luxit: iſta exultauit. Eua lachrymas: Maria gaudium in ventre portauit: quia illa peccatorem: iſta edidit innocentem. Tu. Lectio quinta.

Virgo quippe genuit: quia virgo concepit: inuiolata peperit. quia in conceptu libido non fuit. Vtrobiq; miraculum: & ſine corruptione grauida: & in partu virgo puerpera. Aue inquit Angel⁹ ad eam gratia plena dominus tecum. Impleta eſt ergo gratia: & euacuata eſt culpa. Maledictio Euę in benedictionem mutatur Mariæ. Auæ gratia plena dominus tecum. Tecum dominus in corde tecum in ventre: tecum in vtero tecum in auxilio. Tu autem. Lectio ſexta.

Gratulare beata virgo Chriſtus Rex de excelſo ſolio in vtero tuo gratulatur. Ex ſinu patris in vterum dignatur deſcendere matris benedicta inquit tu in mulieribus: quæ vitā & viris & mulieribus peperiſti. Mater generis noſtri pœnam intulit mundo: genitrix domini noſtri ſalutem attulit mundo. Auctrix peccati Eua: auctrix meriti Maria. Eua occidendo obſuit Maria viuificando profuit. Percuſsit illa ſanauit iſta. Pro inobedientia enim obedientia commutatur fides pro perfidia compenſatur. Tu. Cætera vt ſup. in die. ¶ In octaua beati Laurentij martyris. Oratio.

Bea-

BEati Laurentij nos facit domine paſsio veneranda lætantes: & vt tam deuote recolamus nos tua gratia efficiat promptiores. Per. Cætera vt ſup. in die ſuo. In miſſa præfatio. Et te in aſſumptione. Credo. dicitur propter octauam. Lectio prima. Sermo Maximi Epiſcopi.

SAnctum eſt fratres ac Deo placitum vt natalem beati Laurentij præcipua deuotione veneremur cuius radiantibus flammis Victrix in hunc quoq; diem toto orbe Chriſti corruſcat Eccleſia. Qui cum in ſede glorioſiſsimi Patriarchæ Diaconatus fungeretur officio: puritate innocentis vitæ: fortiſsimæq; mortis triumpho: Apoſtolico ſe conſortio copulauit. Nec immerito eum Apoſtolorum parē prædicamus cui & caſtitas animi leuitum miniſterium dedit & plenitudo fidei martyrij contulit dignitatem.

Lectio ſecunda.

Quē venerabilis Sixtus Romanæ vrbis antiſtes: cum impietatem ſequientis mundi per tormenta ſuperaret: & regnis eſſet cœleſtibus iam vicinus videret eum paterna de morte triſtiſsimum ita illum ſpiritu præſcientiæ compellaſſe narratur. Noli fili mœſtus eſſe: poſt triduum me ſequeris.

Lectio tertia.

Vnde apparet chariſsimi beatum Laurentium: non de ſacerdotis ſui victoria habuiſſe triſtitiā: ſed doluiſſe quia non etiam ipſe mundum cū ſuo pariter ſacerdote vincebat. Noli fili inquit moleſtus eſſe poſt triduum me ſequeris: hoc eſt noli

triſtis

triſtis eſſe velut apud ſæculum derelictus: nã nec te fides vitaq́; tua tali morte priuabit: nulla te de meo tranſitu quo ego gaudeo perturbet anxietas: quia mox & tu habiturus es de tua paſsione læticiam. Tu autem. Lectio quarta.

VEre beati Laurentij gloria ſingularis qui tã tum de Deo ſuo conſecutus eſt gratię vt ei martyr de martyrio Prophetaret: quem pro ſuorum prærogatiua meritorum ante victoria lætificauit quam pugna terreret. Ergo vt com perit ore Sacerdotis & martyris ſe quoq́; oĩmode aſſumendum: congregatis inopum turbis Eccleſiaſticum cenſum religioſa liberalitate diuiſit. T.

Lectio quinta.

Quam profundum ſpiritualis viri & quam cœleſte conſiliũ: vt & egenis conſuleret & multitudine conſumente quæ dederat: inuenire non poſſet quod raperet perſecutor: illam nimirum ſecutus ſententiam. Diſperſit dedit pauperibus. iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

Lectio ſexta.

Miſericordia fuit quod alimoniã pauperibus dedit Iuſticiæ autẽ quod vt vir prudentiſsimus procurauit ne ſanctorum ſubſtantiam auaris manibus ſacrilegus occuparet Iuſtitia inquit eius manet in æternum. Quomodo non hæc ei in æternũ manebit iuſtitia: quam & ſancto impleuit opere: & glorioſiſsimo martyrio conſecrauit? Tu. Cætera vt in die. ¶ Quinto die. Lectio i. Continuatio ſermonis Auguſtini qui incipit. Adeſt nobis.

LÆta igitur Maria geſtat infantem: exultans amplexatur filium portat âquo portatur: nec fortuitu: vt fingunt Sabelliani reperit paruulum: ſed decurſis nouem menſibus peperit Chriſtum. Plaudat nunc organis Maria: & inter veloces articulos tympana puerperę concrepent. Cõcinant lætantes chori: & alternantibus modulis dulciſſona carmina miſceantur. Lectio ij.

Audite igitur quemadmodum tympaniſtria noſtra cantauerit. Ait enim: Magnificat anima mea dominum: & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potẽs eſt & ſanctum nomen eius. Cauſa igitur inualeſcentis errati: nouum miraculum noui partus euicit: & Euæ planctum Mariæ cantus excluſit. Lectio tertia. Continuatio ſermonis Hieronymi qui incipit. Cogitis me o Paula.

Hortor vos chariſsimi & commoneo in hac ſacra ſolennitate Dei genitricis Mariæ non ceſſare â laudibus. Quod ſi virgo es: gaude quia meruiſti eſſe & tu quod laudas: tantum cura vt ſis quod digna laudare poſsis. Quod ſi continens & caſta: venerare & lauda. Quod ſi coniugata aut peccatrix es: nihilhominus confitere & lauda quia miſericordia in omnibus profluxit & gratia vt laudent.

Lectio quarta.

ROgo vos omnes pariter feſtiuitatem glorioſæ ſemperq́ꝫ virginis Mariæ deuotiſsime

Digitized by Google

me celebremus: quia hæc eſt dies præclara in qua meruit exaltari ſuper choros Angelorum: & peruenire vltra quam noſtræ humanitatis eſt natura vbi non ſubſtantia tollitur: ſed magnitudo gloriæ demonſtratur: hæc eſt inquam dies in ſua vſq; ad throni celſitudinem intemerata mater & virgo proceſsit atq; in regni ſolio ſublimata: poſt Chriſtum glorioſa reſedit. Tu autem domine.

Lectio quinta.

Tam præclaram igitur virginem multum vos o ſanctiſsimę virgines venerari conuenit: & vltra Angelicam quodammodo dignitatem: quantum phas eſt: cum gaudio laudibusq; cõfiteri: quæ per Chriſti gratiam ſuper choros Angelorum exaltata prædicatur: quia præceſsit eam dominus & ſaluator noſter: ex ea vere genitus: ad cœleſtia: Vt præpararet ei ſicut ipſe repromiſit diſcipulis in æthereis manſionibus locum. Tu autem domine.

Lectio ſexta.

Hinc quoq; Dauid Propheta olim gratulabundus Chriſto canit. A ſummo cœlo egreſsio eius: & occurſus eius vſq; ad ſummum eius. Aſcendit ergo eandem gloriam reſumpturus licet non amiſerit quam prius habuerat antequam mundus fieret. Aſcẽdit & præparauit huic ſanctiſsimæ & glorioſiſsimę virgini locum immortalitatis: vt cum eo regnare poſsit in perpetuum. Tu. Sexto die.

Lectio prima.

INtuemini o vos dilectiſsimę virgines beatam & glorioſam virginem cuius in terra

 feſta

Digitized by Google

feſta colitis de qua dicitur. Maria autem conſer-uabat omnia verba hæc quæ de eo dicebantur cõ-ferens in corde ſuo. Conferte ergo & vos in cor-dibus veſtris quæ de ipſo eodemq́ domino catho-lice dicuntur vt & fidem integram ſeruare poſſi-tis: & matrem eius digne venerari: quoniam nul-lus alius honor eſt eius niſi cum ille iure honora-tur qui naſci dignatus eſt ex ea. Lectio ij.

Rogo vos quæcunq́ eſtis filiæ: quæcunq́ matres cogitate attentius & perpendite diligentius qui-bus afficiebatur beata & intemerata virgo dolori-bus poſt Chriſti ad cœlos aſcẽſum expletis oĩbus quæ de ipſo erant ab Angelis prædicata & à Prophe-tis multipharie multiſq́ modis præſignata: ac di-uinis declarata oraculis: exhibitaq́ virtutibus & quæ humanitatis ſunt oſtenſa præſagijs. Tu autẽ.

Lectio tertia.

Conſiderate quæſo ſiqua ſunt viſcera pietatis: quo cruciabatur amore quoq́ deſiderio æſtuabat beata hæc virgo Maria: dum reuolueret animo cuncta quæ audierat: quæ viderat: quæ cognoue-rat: quam totam ſpiritus ſancti gratia repleuerat: totam diuinus amor incenderat ita vt in ea nihil eſſet mundanus quod violaret affectus: ſed ardor continuus & ebrietas profuſi amoris. Tu autem.

¶ De ſancto Stephano Rege ad veſp. añ. Confeſ-ſor Chriſti Stephane gentis tuæ preces ſuſcipe vt per te inueniat gratiam Chriſti cui contuliſti lu-
88 men fidei. Pſal. Laudate pueri. Capitulum. Dedit dominus confeſſionem. Vt in communi. ℞. Exo-

Digitized by Google

O dilecte Dei Rex Stephane pro nobis miſeris. Vt qui ſum' pro culpis digni ſupplicio per te iungi mereamur iuſtorum conſortio. ℟. Diſsimiles tibi moribus laudamus te vocibus: adiuua nos tuis precibus. Vt qui ſu. Hymnus. Iſte Confeſſor. vel Hymnus.



GAudent cœli noua luce tonitrui: vox dum clangit nouo Rege nouo duce Gedeonis tuba barrit. Per quem fratres liberantur Paganiſmi cęcitate: Hungarorum gens lætatur ortu prolis & magiſtri. Pannonia gratulatur angelica vox dum ſonat: decrepitus dux cum Geyſa Dei cœpit repromiſſa. Inquit miſſus Æthereus ſum prothomartyr Stephanus & naſcetur Stephanus: Rex erit & Apoſtolus. Pater credens admiratur pauens: mater rem rimatur: rore ſimul perluſtratur tunc orthodyxa fidei. Creſcunt dona: creſcunt laudes: cor congaudens vox non ceſſet cum non ſiſtat operari ſummus rerum artifex. Puer natus vegetatur: & in Regem coronatur: regnũ rite gubernatur fides Chriſti dilatatur. Sydus claret matutinum ante ſolem fert vexillum: per quod ſolis fulſit lumen Hungarorum in mentibus. Hic eſt miles Rex & Rector qui dum rexit & regnauit: hoſtis tandem de tortura: gentem ſuam liberauit. Hierarchiæ iam congaudent cum Rex regni prędicatur: reparandem ad ruinam ſaxa quadrauit verbere. Almo

Digitized by Google

patri ſit gloria: natoq; ſit victoria: amborum cum ſpiramine in ſempiterna ſæcula Amen. Ora p̄ nobis beate. vel. Amaui: eum. Ad magn. añ. Aue beate Rex Stephane inclyta ſpes gentis tuæ: aue doctor & Apoſtole credulitatis noſtrę aue ſpeculum ſanctitatis & iuſtitiæ per te Chriſto credimus per te in Chriſto ſaluemur ora pro populo interueni pro clero: vt nullus de tuis præda fiat hoſtis.

Oratio.

DEus qui beatum Stephanum regem noſtrũ & Confeſſorem tuum terreni impĳ gloria & honore coronaſti: & ſanctorum tuorum ſocietate ſublimaſti: præſta quęſumus vt quem Pannonia habuit diuinæ religionis doctorem in terris eum modo Eccleſia tua mereatur habere defenſorem in cœlis. Per. Complet. de beata virgine. Et in miſſa præfatio. Et te in aſſumptione. Credo. dicitur propter octauam. Ad mat. inui. Regem regum venerantes adoremus dominum. Qui in cœlo coronauit ſanctum regem Stephanum. Pſ. Venite ex. In i. noctur añ. Adeſt feſtum venerandum: ſancti Regis Stephani multa laude celebrandum: omni die ſæculi gaudeant qui ſunt hæredes per hunc facti domini: & ſanctorum cohæredes meruerunt fieri. Pſal. Beatus vir. Añ. Iſte ſanctus prædicator Hungarorum primitus Chriſt: anæ legiſlator factus eſt diuinitus pro binis tradēs bis bina duplicato precio: vel pro quinq; dans bis quina reportando dño. Pſ. Quare fr. Añ. Mūdi reges moriendo regno finē faciūt qui vt ſibi celſitudo regni

detur

detur regno pereunt: ſed hic ſanctus terminando terrenã potentiã ſumpſit regnũ inchoando ſempiternam gloriam. Pſal. Domine quid multip. ℟. Amauit eum dominus. Lectio prima.

OMne datum optimum & omne donũ perfectum deſurſum eſt deſcendens à patre luminum. Huius patris datum optimũ & donũ perfectũ in omnes large proueniens quod nullũ ſpernit: ſed omnes homines vult ſaluos fieri ad agnitionem veritatis venire ad Hungaros vſq; quos Chriſtianorum flagellum quondam cõſtat fuiſſe: diffuſum eſt. Quod qualiter & quando factum ſit ſtili officio memoriæ cõmendare congruum duximus. Tu. ℟. Iam cum cœlos aſcendiſſet noſtra ſalus dominus atq; ſuis trãſmiſiſſet dona ſancti ſpiritus. Repleuerunt partes mundi duodeni proceres: ſeminantes verbum Dei ad ſaluandos homines. ℣. In omnem Apoſtolorum terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verbũ horum prodijt. Rep. Lectio ij.

Ea ſiquidem tempeſtate qua gẽs præfata Dei Eccleſiã depopulabatur: erat in ea princeps quidam quartus ab illo qui ingreſsionis Hungarorũ in Pãnoniã dux primus fuit noĩe Geyſa: ſeuerus quidẽ & crudelis veluti potẽtialiter agẽs in ſuos: miſericors aũt & liberalis in aliẽnos: & præcipue in Chriſtianos. Tu. ℟. Gaudebat ergo patrono ſuo quęq; regio & grates pro tanto dono referebat domino. Reſtabat Pannoniorũ plebs ſine conſilio clauſa tenebris errorum in mundi naufragio. ℣.

Et dum creſceret in orbe fidei religio: & credentes puro corde naſcerẽtur denuo. Reſtabat. L.iij.
Ritu Paganiſmi licet adhuc quidem obuolutus tamen appropinquante ſpiritualis fulgore chariſmatis cum omnibus circunquaq; poſitarum prouinciarum vicinis de pace cœpit attente tractare: vt iam in illo poſſet agnoſci: cuius filius deſideraret fieri: ſecundum dictum ſaluatoris noſtri dicentis in Euangelio. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. ℟. Genti tamẽ deuianti per mortis illecebras & procaciter amanti cęcitatis tenebras. Ideo differebatur ſalutis præconium vt poſt moras aſſequatur maius beneficium. ℣. Ore nãq; doctor quanto datur illi ſerior: dono Dei miſſus tanto venit excellentior. Ideo. In ij. nocturn. añ. Valde fœlix eſt dicenda â cunctis Pannonia: erumpe nunc lætabunda in Dei præconia: qui tibi non præceptorem de plebe diſcipulum ſed regem prędicatorem miſit & Apoſtolũ. Pſa. Cũ inuo. Añ. Nã
2 vt Athila ſub rege Hungarorum populus tyrannicus lata lege ſeuijt incredulos: ſic ſub Stephano regnante vertitur crudelitas quo figura tranſmutan
2 te formatur credulitas. Pſal. Verba mea. Aña. Dudum namq; deſolutam dominus Hungariam penituſq; nulli datam prędicãtum peruiam per hũc ſanctum euocauit ad baptiſmi gratiam: cum ſuis
4 hęreditauit dans cœlorum patriam. Pſ. Domine dominus noſter. ℣. Iuſtum deduxit. Lectio iiij.

STatuit inſuper præceptum cunctis Chriſtianis ducatum ſuum intrare volentibus hoſpita-

hoſpitalitatis & ſecuritatis gratiam exhiberi: clericis & monachis ptãtem conceſsit põtiam ſuam adeundi: quibus voluntariũ libenter auditũ præbens: orthodoxę fidei ſemen pectoris in horto ſatum delectabatur germẽ emittere. Tu. ℟. Geiſę nanq̃ duci ſancto ſanctus puer naſcitur: qui diuina matris ventre gratia perfunditur. Et Stephano præmonſtrante qui poſt Chriſtum paſſus eſt: ſat q̃ naſceretur ante Stephanus vocatus eſt. ℣. Iſte deo ſe deuouit ab adoleſcentia: nilq̃ lubricũ cognouit ipſius infantia. Et.

Lectio v.

Quid plura? Adeſt tempus cœlitus diſpoſitum: credidit ipſe cum familiaribus ſuis: & baptizatus eſt: oẽs ditioni ſuæ ſubditos ſe pollicens Chriſtiano nomini mancipaturũ. Cũq̃ nimirũ eſſet ſolicitus de rebellibus domandis: & ritibus ſacrilegis deſtruendis: & epatibus ſecundum æſtimationẽ ſuam ad profectũ ſanctę eccleſię ſtatuendis: mirabili viſione noctu cõſolatus eum dñs: fecit aſtare ſibi iuuenem delectabilem aſpectu. Tu. ℟. Sed cum iuuentutis metas ſanctus primũ poſuit atq̃ iam virilis ætas in eo inualuit. Ex tunc factus eſt famoſus eximijs laudibus: in bellis victorioſus prudens & fortiſsimus ℣. Sub mundanis armis dei miles erat ſtrenuus nam in bonis erat ei affectus præcipuus.

Lectio vi.

Qui dixit ei. Pax tibi Chriſti electe: iubeo te de ſolicitudine tua fore ſecurum. Non tibi conceſſum eſt quod meditaris: quia manus pollutas humano ſanguine geſtas. De te filius naſciturus

egredietur cui hæc omnia diſponenda diuinę ꝓuidentiæ conſilio commendabit dñs. Hic erit vnus ex regibus electis á dño: coronam vitæ ſecularis commutaturus æterna. Verũtñ virum ſpirituali legatione tibi tranſmittendũ honorificabiliter ſuſcipito: ſuſceptum venerabiliter habeto: exhortationibus eius non fictũ cordis fidelis aſſenſum præbeto ℟. Corde deo credẽs erat qđ monſtrabat opere: oĩbus ſufficiebat ipſe ſolus munere. Rex erat & prędicator duppla dans ſtipẽdia: vñ corpore præceptor gauderet & anima. ℣. In diuinis ſtudioſus vir fuit operibus: forma quidẽ ſpecioſus magis tñ moribus. Rex. In iij noctur. Añ. Vir beatus pardum nempe fert ad caulas ouium: & Leonem ad pręſepe bouis ferociſsimum: nam minis precibus donis: terret mulcet incitat: prauos mites vanos bonis Chriſti: quos deificat. Pſ.

7 Domine quis ha. Añ. Si plebs iſta ſuſcepiſſet aliũ diſcipulum: forſitan ei miſiſſet deus quendã aliũ: ſed rebellis gens & fortis gens grandis audacię

12 per eundem virũ fortis fuit dãda gratiæ. Pſ. Dñe in virtute. Añ. Magnus Sanſon ad domandũ leonem mittitur ad Hungaros prædicãdum rex fortis eligitur: ex leonis fauce mellis fauus gratus naſcitur: ex Hũgari ore dulcis deo laus exprimit.

15 Pſal. Dñi eſt ter. ℣. Non eſt inuentus. Hom. Hõ quidã ꝑegre. ℟. Inter cætera laudanda virtutis inſignia: patientiæ miranda fuit illi gratia. Et mõſtrat quod depilata pauperum ꝓteruia eius barba dum collata ſunt his beneficia. ℣. Et ille tũc fuit lætus

lætus dare deo gratias pro quo dignus eſt inuentus pati contumelias. Et. ℞. Nobilis ſtirpe rex ſanctus: ſed fide nobilior charitate roboratus & ſpei non immemor: poſtq̄ curſum conſummauit: pn̄s ſpernens ſeculū: Ieſu Chriſto cōmendauit glorioſum ſpiritum. Offerunt quē ad ſupna angelorū agmina: regnaturū in æterna beatorum patria. ℣. Rege ſibi ꝑ ſublato pn̄ merent Hūgari: ſed collega ꝑ collato ciues gaudēt celici. Offe. ℞. Regia vrbs Alba gaude tanto digna prīcipe decorata quidē laude re ſimul & noīe: eo qd̄ tam precioſi corporis egregiū poſsidere meruiſti, Fœlix facta preciū. ℣. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas dn̄i. Ad lau.an̄. Scādit ſctūs alta cœli Stephanus palacia: ē parentis ſorte primi ſublatus occidua. Pſal. Dn̄s reg. An̄. Hinc exultat in excelſo cœleſtis militia: & collega pro ſuſcepto deo reddidit cantica An̄ O conditio miranda & fœlix per omnia: cū á regno fit ad regna tranſitus perpetua cum bonis continuantur terrenis cœleſtia. An̄a. Pauperes dono iuuabat nunc pecuniario: nunc hos euangelizabat ſalutis alloquio. An̄ Sapienter diſpenſare norat donum domini: & menſurā erogare pro tempore tritici. Cap̄. vt ſup. Hymnus. Ad ſacrū cu. vel. Hic eſt miles. vt ſup. ℣. Os iuſti Ad bn̄. an̄ O miranda potentia ſaluatoris in meritis beati Stephani regis & confeſſoris: qui apud deū & hoīes dignus memoria cū ſanctis iā tripudiat in gloria. Prima dicitur de beata virgine. Ad ſcdas veſp. an̄. Scandit ſanctus. Pſal. Dixit dn̄s

Conſi-

Cōfitebor. Beatus vir. Credidi. In conuertendo. Capitulum. vt ſup. ℟. Regia vrbs Alba. vt ſup. ℣. Amauit eum. Ad magni. añ. Sanctiſsimus rex Stephanus Hungarorum apoſtolus ſignis & virtutibus quotidie declaratur cœlitus: quem ſupplices depoſcimus vt nos muniat á malis omnibus. Oratio vt ſup. Septimo die Lectio i. Ex ſermone Hieronymi qui incipit. Cogitis me á Paula.

DE beata Maria Salomon in canticis quaſi in eius laude: veni inquit columba mea immaculata mea: iam enim hyems abijt & receſsit. Ac deinde inq̃t: veni de Libano veni. Nec immerito igitur de Libano iubetur venire: quia Libanus candidatio interp̃tatur. Erat em̃ candida ta multis meritorum virtutibus: & dealbata niue candidius: ſpiritusſancti muneribus: ſimplicitatem columbę in omnibus repræſentans.

Lectio ſecunda.

Quicquid enim ĩ beata Maria geſtum eſt: totum puritas & ſimplicitas: totum veritas & gratia fuit: totũ miſericordia & iuſtitia q̃ de cœlo ꝓſpexit. Et ideo immaculata: quia incorrupta. Circũdedit enim virum in vtero ſicut Hieremias ſanctus teſtatur: & nõ aliũde accepit. Faciet inquit dñs nouum ſuper terrã: & mulier circũdabit virum. Tu.

Lectio iij.

Vere nouum & omnium nouitatum ſuperemiuens nouitas virtutum quando deus quem ferre mundus nõ põt neq; videre aliquis vt viuere poſſit: ſic ingreſſus eſt hoſpitium ventris vt corpora-

lia

ſia clauſtra neſciret. Sicq́ geſtatus vt totus deus in eo eſſet: & ſic inde exiuit: vt Ezechiel fatetur omnino clauſa. Tu autem. Lectio iiij.

DE beata Maria canitur in canticis canticorum. Hortus cõcluſus: fons ſignatus emiſſiones tuæ paradiſus. Vere hortus deliciarum in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera & odoramenta virtutum. Sicq́ concluſus vt neſciat violari neq́ corrũpi vllis inſidiarũ fraudibus.

Lectio v.

Fons itaq́ ſignatus beata Maria ſigillo totius trinitatis: ex quo manat. In cuius lumine omnes videmus lumen: q̃a iuxta Ioannẽ: ipſe eſt qui illuminat omnem hoĩem venientẽ in hunc mundũ. Cuius ꝑfecto emiſſo vteri ſupernorũ ciuiũ oĩum eſt paradiſus. Lectio vi.

De iſto ventris agro Patriarcha Iſaac longe adorans aiebat dicens. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni: quem benedixit deus. Quamuis putent parum intelligentes priores ſancti minus de ipſo intellexerũt myſterio incarnationis cum & ipſi eadem ſaluati ſint gratia. Vnde conſtat tempus non præiudicaſſe ſacramentũ vniti hominis ac dei: ita vt iam eſſet in illo per vnitatem perſonæ ab initio ſeculi: qui nec dũ erat natus de Maria virgine: quod multis ſcripturarum declaratur indicijs. Tu aũt. Octauo die. Lectio i.

HOdie dilectiſſimi beata virgo Maria eleuatur ſuper choros angelorum vt poſſit ſpeciem vultumq́ videre ſaluatoris: quẽ amauerat:

uerat: quę cupierat ex toto deſiderio cordis. Qđ ſi gaudium ſit in cœlo de quolibet peccatore conuerſo multo magis putandum pro tantę virginis exaltatione & gloria quod exultatio ſit in ſupernis: cuiꝰ nimirū feſtiuitas oīm ſupnorū ciuiū eſt gratulatio. pſertim qa eius celebritas: laus & fauor eſt ſaluatoris. Lectio ij.

V nde credimus: vt ſupradictū eſt: qđ non hunc tm̄ diē ſolennē ducunt ꝓ eius honore annuū: verū continuū & æternū iocūditatis ac læticię venerationis obſequio cū omi colunt tripudio amoris & gaudij. Nec immerito. Igitur oīs illa cœleſtis ciuitas cōgratulatur & veneratur matrē: cuiꝰ ſuper ſe adorat filiū regem: ante quē tremunt poteſtates & curuatur omne genu. Tu aūt. Lectio iij.

D e huius nimirū beatę genitricis ad cœlos aſcēſione multo admirās intuitu ſecretorū contēplator cœleſtiū in canticis: vidi inqt ſpecioſam quaſi colūba aſcendentē de ſuper riuos aquarū. Et vere ſpecioſa quaſi colūba: qđ illiꝰ ſpeciē columbę ac ſimplicitatē præmonſtrabat quæ ſuper dn̄m venit & docuit Ioannem qa hic eſt qui baptizat. Tu autem domine. Lectio iiij.

ET bn̄ deſup riuos aq̄rū qa ſup aquā refectionis educauerat eā dn̄s & nutrierat. Ex qua multi deducti riui oēm irrigant terrā delitiarum: & infundūt hortū voluptatis: ex quibus quotidie lota & pfuſa beata dei genitrix aſcendit hodierna die ſpecioſa valde & admirabilis: cuiꝰ odor inæſtimabilis erat nimis & ideo ineffabilis. Le

Ad

Digitized by Google

Ad cuius ꝑfecto fragrantiā odoris: om̄is illa cœleſtis Hieruſalē læta decurrit: quam circundabāt flores roſarū & lilia conualliū: eo qđ omnes animæ martyrio rubricatę: eam æternæ dilectionis cōplectuntur amplexibus & virginitatis ſplendore candidatę: ac ſi lilia in valle humilitatis enutritę circundant eā venerationis gratia obſequētes. Tu.

Lectio vi.

Recte igitur beata dei genitrix: & martyr & virgo fuit: q̄uis in pace vitam finierit. Hinc quoq; qđ vere paſſa ſit Simeō ꝓpheta loquēs ad eā: & tuam inqͣt ipſius aīam ꝑtranſibit gladius. Ex quo conſtat quod alij nāq; ſancti & paſsi ſunt pro Chriſto in carne: tamen in anima: q̄a immortalis eſt pati nō potuerūt. Beata vero dei genitrix: quia in ea parte paſſa eſt q̄ impaſsibilis habetur gladio paſſionibus Chriſti plusq̄ martyr fuit. Tu autē dn̄e.

¶ In vigilia ſancti Bartholomæi. Homelia. Hæc mando. Cap̄ Benedictus deus & pater dn̄i noſtri Ieſu Chriſti pater miſe. Oratio. Concede nobis q̄s omp̄s deus. Quære in cōi apoſtolorū. Eod. die.

Noſtras q̄s dn̄e preces clementer exaudi: & beatorū martyrū tuorū Thimothei & Appollinaris adiuuemur meritis: & quorum lætamur paſsionibus: inſtruamur exemplis. Per. 88

Ad primas veſpe. aн̄. Excelſus. Pſal. Laudate pu. Cap̄. Iam non eſtis. ℟. Hoc eſt præceptū. Hym. Exultet cœlum. ℣. In omnem terram exiuit. Ad magni. aн̄. Ecce ego mitto vos. Oratio.

Omnipo-

Bartolomæi apoſtoli



OMnipotens ſempiterne deus: qui huius diei venerandã ſanctãq; læticiam in beati apoſtoli tui Bartholomæi feſtiuitate tribuiſti: da eccleſię tuę q̃s & amare quod credidit: & prædicare quod docuit. Per. Eodem die.

DEus qui perennem gloriã ſanctiſsimi Audoen confeſſoris tui atq; pontificis aíæ contuliſti: tribue q̃s eius nos apud te Patrociniis ſubleuari: vt cum eo vitam poſsideamus æternam. Per. Hiſtoria de communi. Lectio i.

GLorioſus Chriſti apoſtolus Bartholomæus: cũ in Indiã q̃ eſt in fine orbis fuiſſet ingreſſus: in tẽplo ĩ quo erat idolũ noĩe Aſtaroth: quaſi ꝑegrinus manere cepit. In hoc idolo demon talis erat: q̧ dicebat ſe curare languidos: nõ tñ ſanãdo ſubueniebat ſed tm̃ â leſione ceſſando Cũq; templũ languentib⁹ plenũ eſſet: & nullũ Aſtaroth daret reſponſum prexerunt in aliam ciuitatẽ: vbi aliud dæmonium nomine Berit colebatur. Lc. ij.

Cũq; illic ſacrificantes interrogarent: cur Aſtaroth rñſa non daret: rñdit Berith. Quia deus veſter ſic captiuus tenetur: vt neq; ſuſpirari neq; loqui audeat: ex illa hora qua apoſtolus dei Bartholomæus ingreſſus eſt. Dicunt illi. Et quis eſt iſte Bartholomæus? Rñdit Demon. Amicus eſt dei omnipotentis: & ideo huc venit in iſtam prouinciam vt numina quæ colunt Indi euacuet. Lectio

Lectio iij.

Reuertentes aũt cũ per duos dies iam ſolicite ipſum requiſiſſent: quidam demoniacus exclamauit dicens. Apoſtole dei Bartholomæe incendunt me orationes tuæ. Cui apoſtolus. Obtumeſce & exi ab eo. Et ſtatim liberatus eſt homo. Audiens autem hoc rex Polemius: cũ haberet filiam Lunaticam rogauit apoſtolum vt ſanaret eam. Quod & factum eſt. Rex igitur viſis his: cum vxore & filijs & omni populo baptizatus eſt: & depoſito diademate & purpura cepit adhærere apoſtolo. Tu autem.

Lectio iiij.

INterea templorum pontifices ad Aſtragem regem fratrem Polemij abeuntes flentes referre ceperunt. Frater tuus diſcipulus factus eſt hoĩs magi: q̃ tẽpla noſtra ſibi vendicat: & deos noſtros cõminuit. Tunc rex indignatus comprehendi fecit apoſtolum: dixitq́; ei. Tu es qui euertiſti fratrem meum? Cui apoſtolus. Ego non euerti eum ſed conuerti.

Lectio v.

Tandẽ rex ait apoſtolo. Sicut tu feciſti vt frater meus relinq̃ret deũ ſuũ & tuo crederet: ita ego faciã te relinquere deũ tuũ & deo meo credere. Dicit ei apoſtolus. Si feci vt deus quẽ colebat frater tuus frãgeret ſimulachrũ ſuũ: & tu hæc poteris facere deo meo? poteris me ad ſacrificiũ ꝓuocare: ſin aũt: ego oẽs deos tuos cõminuam & tu crede deo meo. Tu autem.

Lectio vi.

Interea nunciatũ eſt regi: qđ deus ſuus quẽ colebat cecidiſſet: & minutus fuiſſet. Tunc ſcidit

rex purpureã veſtem qua indutus erat: & fecit fu
nibus cedi beatũ apoſtolũ: & ceſum iuſsit exco-
riari: poſtea decollari. Chriſtiani autem corpus
eius tulerunt & honorifice ſepelierunt. Tu aũt.

Lectio vij. Secundum Lucam.

Ca. 22.



IN illo tempore Facta eſt cõ
tentio inter diſcipulos Ieſu
quis eorũ videretur eſſe ma
ior. Et reliqua. Homelia vene
rabilis Bædæ presbyteri.
Bonis ergo moris eſſe ſolet in
ſcripturis ſemp̱ exempla pa-
trũ p̃cedentiũ quib' ad meliora ꝓficiant inq̄rere:
atq; in quib' de ſuis actibus humilientur explora-
re. Vñ & inter diſcipulos Chriſti contentio facta
eſſe legitur (vt in p̃ſenti lectione audiuit dilectio
veſtra) quis eorũ videretur eſſe maior. Hoc in lo-
co cõtentionis eorũ cauſa nobis eſt ĩcognita: ſed
ĩcredibile nõ eſt qđ iuxta hoc qđ alibi p̃cipit cõ-
tẽdite intrare p̱ anguſtã portã: honore ſe inuicẽ
præueniendo certauerint. Tu autem. Le. viij.
Verum qualibet ex cauſa cõtenderint nõ requi-
ramus: ſed nos potius omni ſtudio contendere de
bemus in bonis operibus alius alium p̃cedere: ſi-
cut boni ſerui dei in charitate non ficta: in ver-
bis veritatis atq; in virtutibus ſanctis: in continen
tia: in caſtitate: in ieiunijs: in vigilijs: in oratio-
nibus: in elemoſynarum largitate: in benigni-
tate: in manſuetudine: in patientia: in ſuauitate
in hoſpitalitate: atq; in omni pauperum cura: ſeu

omnium

Digitized by Google

omnium bonorū profectu : vt de nobis dici poſ-
ſit illud quod in pſalmo legitur. Ibunt ſancti de
virtute in virtutem: quia vix vnicuiq; in die iudi-
cij ſua bona ſuppetunt. Lectio ix.

Vnde prudentes virgines fatuis ſibi oleum præ-
ſtare rogantibus dicunt. Ne forte non ſufficiat no
bis & vobis. Ideoq; omni charitate ſummaq; be-
nignitate nitendum alium alio præcedere: in ex-
ercitio ſancto quantū dn̄i pietas largiri dignetur:
non vt in vana gloria bona aliqua perficiamus: ſed
vt ad perfectū ſanctæ dei eccleſiæ veniat: qđ quis
boni operis ad honorem & gloriam ſancti noīs
Chriſti ꝑficere poterit cum dei adiutorio. ¶ In
ſancti Geneſij martyris. Cap̄. Nemo militans.

Oratio.



DAq̄s dn̄e vt fāilia tua btī
Geneſij martyris tui
Patrocinio ab omni ad
uerſitate liberata te fiat ope-
rante deuota: & ꝓtegente ſe-
cura. Per. Cętera de cōi. Le. i.

Imperante Diocletiano fuit
quidā in ciuitate Ardoto Mimus noīe Geneſius:
q. ignorās dn̄m: irridebat ſemper Chriſtianos. Et
dum vult placere imꝑatori: per artis ſuæ peritiam
ſcrutari cepit ſecreta & venerabilē Dei legē. Et
dū curioſiſſime ſingula ꝑquireret ꝑuenit ad bea-
tū baptiſmū: & ꝑceptionem gratiæ dei. Le. ij.

Et cum oīa ſacramentorū ſacra compleſſet: indu
tus eſt albis veſtibus. Et ecce veniunt ab im-

peratore miſsi qui eum tenerent. Qui cum fuiſſet ad paſsionē ductus: veram fecit confeſsionē.

Lectio iij.

Imperator in furorem ꝓlapſus iuſsit Geneſium à Pluciano ꝑfecto ſuo tamdiu in tormētis agi quouſq; ad ſacrificandū idolis conſentiret. Tu. L. iiij.

QVi cum in Eculeo poſitus eſſet & Plucianus ei diceret: miſerrime ſacrifica dijs vt animū noſtrū poſsis iterū reuocare ad te. Geneſius rñdit. Redeant ad aīm regū iſtorū q nō timēt illū regē q eſt dñator oīm. Nec eſt em alter rex ꝑter illū regē quē ego vidi & adoraui: & adoro: & colo: vt ꝓ eius cultura ſimiliter occidar: ipſius ero vt cepi. Tu. Lectio v.

Igitur cum diu in Eculeo poſitus eſſet: & flammę lāpadarū latera eius aṗirēt: ſempq; in voce Chriſtū: Chriſtū in clamore: Chriſtū vſque ad finem quæſtionis confeſſus aſt. Lectio vi.

Cuius geſta cum Diocletiano Plucianus ꝑfectus intra palacium recitaſſet: iuſsit eum capite cedi. Quam ſnīam cū oīmi gaudio ſuſcepit ſanctus Geneſius: octauo kalendas ſeptembris: regnante domino noſtro Ieſu Chriſto. Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorū amen. Tu. Hec mel. Si quis venit ad me. ¶ In ſancti Rufi martyris. Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: vt beati Rufi martyris tui interceſsionibus confidentes: nec minis aduerſantium: nec vllo conturbemur incurſu. Per. Ipſo die eſt octaua Stephani regis. Lectio prima.

Poſt

POſt glorioſam ad cœlos aſcenſionem & mirabilis patris cōfeſsionē: ſaluator noſter paucis corporaliter apparuiſſe ꝓhibetur. Per viſionē vero multos cōſolatus: futurorū eos ꝑſcios eſſe docuit: qd̓ & huic beato regi contigit. Le. ij.

Quadam igitur nocte reuelatione quadam expgefactus: veredariū quendā infra diem & noctem ad Albā Trāſſyluanam præcepit feſtinare & oēs in rure manentes ad munitiones ciuitatum q̄ citiſsime poſſet congregare. Prædixit eñ̄ ſuperuenturos Chriſtianorū hoſtes: videlicet qui tūc Hungaris imminebāt Beſſos & poſſeſsiones eorū deprędaturos. Tu autem domine. Lectio iij.

Vix nuncius mandata regis compleuit: & ecce Beſſorum inopinata calamitas incendijs & rapinis cuncta deuaſtauit: per reuelationē dei meritis beati viri conceſſam aīabus oīm ſaluatis per receptacula munitionum. Tu. Lectio iiij.

ACcidit autem poſt hæc defuncto beati regis amico Romanæ dignitatis auguſto Henrico pio: Conradum imperatoriæ poteſtatis coronā per germanorum electionem aſſumere: qui deſtructa pacis tranquillitate: totius theutonię manu coadunata: Pannonię terminos hoſtiliter conatus eſt inuadere. Tu. Lectio v.

Contra quem rex conſiliū hn̄s ep̄orū & principū: ad tuendā patriam: armatos totius Hungariæ contraxit. Prius tn̄ recolens ſe nihil poſſe ſine Chriſti ſuffragio: manus & cor leuans ad æthera dominę ſuæ perpetuę virgini dei genitrici Marię

ſuas commendans iniurias. Tu autem domine.

Lectio ſexta.

D einde quaſi conſolatus ab ea: fiducialiter aduer
ſus hoſtem iter arripuit. Altera mox die nuncius
ad vnumquemq; ducem germanorum in caſtra
miſſus ab imperatore venit: qui eis redeundi man
datum attulit. Regredientibus aduerſarijs: vir ſan
ctus reſpectu miſerationis dei ſe viſitatũ intelli-
gens: Chriſto ſuæq; genitrici terræ proſtratus gra
tias egit. Tu. ¶In feſto ſancti Auguſtini epiſcopi
& confeſſoris ad primas veſpe. añ. Lætare noſtra
Hieruſalẽ: q̃a rex tuus diſpenſatorẽ ſtrenuum &
ciuem fideliſſimum de ſeruitute Babylonia tibi
88 redemit Auguſtinum. Pſalm. Laudate pue. Añ.
Huius mater deuotiſſima quem carne prius pe-
pererat mundo charitatis viſceribus: poſt mo-
dum multo ſemine lachrymarum genuit Chri-
90 ſto. Pſal. Laudate domi. Aña. Diſtulit tamen diu
baptiſmi gratiam: quia tumens inani Philoſophia
volebat humana ratione comprehendere quod
pia mens viuacitate fidei nititur apprehendere.
Pſal. Lauda anima. Aña. Surgens autẽ poſt mul-
113 tos circuitus errorum: circuibat ciuitatem per
vicos & plateas quærendo verum animæ virũ: pro
quo ne moreretur dignũ iudicaret mori vt eius
114 ſemper inhæreret amori. Pſal. Laudate dñm. Añ.
Inuentus igitur à cuſtodibus ciuitatis & pallio ve-
tuſtatis exutus: diligenter pertractata cum illis
veritate: quem deſiderabat inuenit: & caſtis eius
amplexibus ardenter inhæſit. Pſal. Lauda Hieru-
ſalem.

ſalem. Cap. Ecce ſacerdos magnus qui in vita ſua. ℟. Vulnerauerat charitas Chriſti cor eius & geſtabat verba eius in viſcerib⁹ quaſi ſagittas acutas. Et exempla ſeruorum dei quos de mortuis viuos fecerat: tanquam carbones vaſtatores. ℣. Aſcendenti à conualle plorationis & cantantis canticum graduum dederat ſagittas acutas. Et Hymnus. Iſte confeſ. ℣. Amauit eum dominus. Ad magni. Añ. Adeſt dies celebris quo ſolutus nexu carnis: ſanctus præſul Auguſtinus: aſſumptus eſt ab angelis: vbi gaudet cum prophetis: lętatur cum apoſtolis: quorum plenus ſpiritu: quæ prædixerũt myſtica fecit nobis peruia: poſt quos ſecũda diſpẽſandi verbi dei primus refulſit gratia.

Oratio.



ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotẽs de⁹: & quibus fiduciam ſperandę pietatis indulges: intercedente beato Auguſtino cõfeſſore tuo atq; pontifice conſuetę miſericordiæ tribue benignus effectum. Per. Eodem die.

INterceſſio domine beati Hermetis martyris tui: & tuam nobis non deſinat placare iuſtitiã: & noſtrum tibi deuotum iugiter efficere famulatum. Per. Ad matut. inuitat. Magnus dominus & laudabilis valdę: & ſapientiæ eius non eſt numerus Qui de tenebris gentiũ lumẽ eccleſię ſuæ vocauit Auguſtinum. Pſal. Venite. In ij. noct. añ.

Aperuit Auguſtinus codicem apoſtolicũ & coniectis oculis ad primum capitulũ legit. Induimini dñm Ieſum Chriſtũ & ſtatim quaſi infuſa luce ſecuritatis ab eo omnes dubietatis tenebræ diffugerunt. Pſal. Beatus vir. Añ. Inſinuauit ergo ꝑ literas ſancto viro Ambroſio: præſens votũ ſuũ: vt moneret quid ſibi de libris ſanctis legendũ eſſet: quo ꝑcipiendę Chriſtianę gratiæ aptior fieret atq; paratior. Pſ. Quare fre. Añ. At ille iuſsit Heſaiam prophetã: eo qđ præ cæteris euangelij vocationisq; gentiũ ſit prænunciator apertior. Pſal. Dñe quid multi. ℣. Amauit eum dñs. Lect. i.

BEatus Auguſtinus ex prouincia Affrica ort⁹ prius quidem artium liberalium diſciplinis apprime eruditus: poſtea vero in eruditione diuina toti orbe enituit doctor & ſanctarum ſcripturarum tractator eximius. Hic primo in adoleſcentia ſua Manichæorum errore fuerat ſeductus. Poſtea vero Mediolanum veniens: dum ibi quadam die deo acceptiſsimus ſacerdos Ambroſius verbum faceret ad populum: diuina gratia largiente â ſupradicto errore pœnitus eſt correptus. Deinde poſtpoſitis cunctis ſeculi curis: ſoli deo ex toto corde ſeruire conſtituit. ℞. Inuenit ſe Auguſtinus longe â deo in regione diſsimilitudinis tanq̃ audiret vocẽ dei de excelſo cibus ſum grandium. Creſce & manducabis me. ℣. Nec tu mutabis me in te ſicut cibum carnis tuæ ſed tu mutaberis in me. Cre. Lectio ij.

R egreſſus itaq; de partibus Mediolanenſium in Affricam:

Affricam: ieiunijs & orationibus & cæteris Deo placitis operibus intentus: præſentes & abſentes verbis diuinis atq; ſcriptis inſtituere corrigereatq; monere procurabat attentius. Poſtea vero veniēs in vrbem Hyponenſium petente populo á beato Valerio ipſius vrbis Epiſcopo Presbyter eſt ordinatus. Et quaſi lucerna ſuper candelabrum in domo Dei prædicator & doctor conſtitutus. In quo officio Chriſti diſpenſator præcipuus omnibus ſanctæ matris Eccleſiæ filijs indeſinentur prodeſſe pro viribus erat ſolicitus. ℞. Senſit igitur & expertus eſt non eſſe mirum quod palato non ſano pœna eſt panis qui ſano eſt ſuauis. Et oculis odioſa lux quæ puris eſt amabilis. ℣. Propter iniquitatem corripuiſti hominē: & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius. Et. Lectio iij.

Sanctus igitur Valerius exultans & gratias agens pro tanto doctore ſibi commiſſo diuinitus ſeq; ſenio iam infirmum ſentiens; ſtuduit ne alius ſuæ cathedræ ſuccederet niſi ſuus conſacerdos Auguſtinus. Communi namq; electione tam minorum quam maiorum facta conſentiente Epiſcopo Primate Carthagenenſi ſanctus vir in hypponēſi Eccleſia antiſtes ordinatus: die ac nocte quæ ſaluti hominum vtilia erant operabatur: nunc donatiſtas confutans: nunc Manicheos & Arrianos conuincens: nunc contra Pelagianiſtas nouæ ſectæ hæreticos diſputans & quoſq; fideles doctrina fidei & veritatis exemplo confirmans. ℞. Tunc vero inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta

Digitized by Google

conſpexit ſed aciem figere non valuit. Quia non ſecum ferebat niſi amantem memoriam: quaſi ol factu deſiderantem quæ comedere nondum poſſet. ℣. Quid autem ſacramẽti haberet verbum caro factum eſt: nec ſuſpicari quidẽ poterat. Quia non. In ſecunda noctur añ. Veruntamen eius primam lectionem non intelligens totamq; talem arbitrans diſtulit repetendum exercitatior in dominico eloquio. Pſal. Cum inuoca. Añ Inde vbi tempus aduenit quo ei nomen dare oporteret: relicto rure Mediolanum remeans baptizatus eſt à beato Ambroſio fugitq; ab eo ſolicitudo vitæ præteritę. Pſa. Verba mea. Añ. Nec ſatiabatur illis die
3 bus dulcedine mirabili conſiderare altitudinem conſilij diuini: ſuper ſalutem generis humani.
4 Domine dominus noſter. ℣. Iuſtum deduxit dñs.

Lectio quarta.

ITaq; Chriſto adiuuante non ſolum in Hypponenſi vrbe: verumetiam per vniuerſam Africã per beatum virum hæreticę prauitatis perfidia & verſutia damnata cadebat: & Catholicæ fidei religio quotidie magis magiſq; conſurgens conualeſcebat Memorabilis ergo vir præcipuum dominici corporis membrum circa vtilitatem Eccleſiæ ſolicitus ac peruigil: ſemper non tantummodo per ſeipſum ſed per alios venerabiles ſacerdotes quos ipſe per Eccleſias diſtribuerat catholicę pacis vnitatem intantum reformabat: vt iam non ſolum hæreticos deficere: ſed & maximã partẽ Paganorũ ad fidei vnitatẽ gauderet occurrere. ℟.

Itaq;

Itaq; auidiſſime legere cœpit præ cæteris Apoſto lũ Paulũ. Et perierũt illę quęſtiones in quibus aliquando viſus eſt ei aduerſari teſtimonijs legis & Prophetarũ textus ſermonis Dei. ℣. Et apparuit ei vna facies eloquiorum caſtorum: & exultare cum tremore didicit. Et. Lectio quinta.

Ante proximum vero diem obitus ſui ſuperuenientibus & Vuandalis & Alemannis cũ alijs barbaris nationibus in Mauritaniã: eamq; atroci crudelitate deuaſtantibus obſeſſa eſt etiã ab eiſdem Hypponenſis ciuitas: manente in eadem ſancto viro cum alijs Epiſcopis: qui propter hoſtium incurſionem illuc confugerant. ℟. Miſit ergo dominus in mentem eius: viſumq; eſt bonum in conſpectu eius pergere ad Simplicianum. Qui ei bonus apparebat ſeruus Dei: & lucebat in eo gratia diuina. ℣. Audierat enĩ qđ à iuuẽtute ſua deuotiſſime deo viueret & vere ſic erat. Qui ei bon⁹. L. vi.

Videns homo dei tanta pericula ſeruorũ dei: dominum deprecatus eſt: vt aut ciuitatem ab hoſtibus liberaret: aut ſi ei volũtas aliter eſſet ſuos ſeruos in tribulatione ad patientiam fortes redderet aut certe ipſum ab hoc ſeculo ad ſe recipi iuberet. Nec famulum ſuum dominus fructu ſuę precis fraudauit Tertio enim illius obſidionis menſe ipſe decubuit febribus: & poſt quendam tempeſtatis curſum dormiuit in domino. Tu. ℟. Volebat enim cõferenti æſtus ſuos: vt proferret quis eſſet apt⁹ mod⁹ viuẽdi: ſic affecto vt ipſe erat ad ambulandũ in via dei. In qua alius ſic: alius ſic ibat. ℣.

℣. Diſplicebat ei quicquid agebatur in ſeculo præ dulcedine Dei: & decore domus eius quam dilexit. In. In iij noct. añ. Flebat autem vberrime in hymnis & canticis ſuaue ſonantis Eccleſiæ vocibus vehementer affectus. Pſa. Domine quis hab. Añ. Voces igitur influebãt auribus eius & eliquabatur veritas cor eius & fluebant lachrymæ: & bene illi erat cũ eis. Pſ. Domine in virtu. Añ. Adiũctus ergo Nebridio & Euodio remeabat ad Africam quęrẽs quis eos ad bene viuendum locus haberet vtilius: ſed cum eſſet apud hoſtia Tyberina: pia mater eius defuncta eſt. Pſa. Domini eſt terra. Non eſt inuentus. Hỹ̃n Vos eſtis ſal terrę. In cõi ℞. Vulnerauerunt. vt ſup. in veſp. ℞. Accepta baptiſmi gratia poſitus apud hoſtia tyberina cum matre ſua colloquebantur ſoli valde dulciter: & inhiabant ore cordis pariter in ſuperna fluẽta fontis vitæ. Vileſcebatq; mundus iſte inter verba cum delectationibus ſuis. ℣. Tunc ait illa filio ſuo: nulla re iam delector in hac vita cum te iam contempta fœlicitate terrena videam ſeruũ Chriſti. Vile. ℞. Verbum Dei vſq; ad ipſam ſuam egritudinem imprętermiſſæ alacriter & fortiter ſana mente ſanoq; conſilio in ſancta Eccleſia prædicabat membris omnibus ſui corporis incolumis integro aſpectu atq; auditu. Coram poſitis fratribus & orantibus dormiuit cum patribus ſuis. ℣. Teſtamentum nullum fecit: quia vnde faceret pauper Chriſti non habuit. Co. Ad lau. añ. Poſt mortem matris reuerſus eſt Auguſtinus ad agros pro-

prios:

prios: vbi cum amicis ieiunijs & orationibus vacans ſcribebat libros: & docebat indoctos, Pſalm. Dominus reg. cum cæteris añ. Comperta autem eius fama beatus Valerius hyponenſis Epiſcop⁹: eum ad ſe accerſiri fecit: & licet inuitum Presbyterum ordinauit. Añ. Factus Auguſtinus Presbyter monaſterium clericorũ mox inſtituit: & cœpit viuere ſecundum regulam â ſanctis Apoſtolis inſtitutam. Añ. Sanctus Valerius ordinator eius exultabat Vberius hominem ſibi talem datũ diuinitus qui in doctrina ſacra ædificare Eccleſiam eſſet idoneus. Añ. Eodem tempore Fortunatus Presbyter Manichęorum verſutia plurimos ſeducebat: quem ſanctus Auguſtinus in conuentu omnium diſputans publice ſuperauit. Cap. vt ſup. Hym. Ad ſacrum cu. ℣. Os iuſti. Ad bñs añ. In diebus eius obſeſſa eſt ciuitas Hyponenſis ab exercitu Barborum: inter quæ mala fuerunt Auguſtino lachrymæ ſuæ panes die ac nocte: atq; ſub hoc euentu ad extremam horam veniens obdormiuit in pace. Ad ij veſp. añ. Poſt mortem. Pſ. Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Credidi. In conuertendo. Cap. vt ſup. ℟. Verbum Dei vſq;. Hymnus. Iſte Confeſſor. ℣. Amauit eum. Ad mag. añ. Hodie glorioſus pater Auguſtinus diſſoluta huius habitationis domo domum non manufactam accipit in cœlos: quam ſibi cooperante Dei gratia manu lingua fabrefecit in terra vbi iam quod ſitiuit internum guſtat æternũ decoratus vna ſtola ſecuruſq; de reliqua. Oratio vt ſup. ¶ In decol

latione Ioannis Baptiſtæ ad veſp. añ. Arguebat Herodem Ioannes propter Herodiadem quam tulerat fratris ſui Philippi vxorem. Pſal. Laudate pue. Cap̃. Expectatio iuſtorum. Quære de martyribus ℟. Metuebat Herodes Ioannem ſciens eum virũ iuſtum & ſanctum. Et audito eo multa faciebat: & eum cuſtodiebat & libenter eum audiebat. ℣. Miſit Herodes ac tenuit Ioannem: & vinxit eum in carcerem quia metuebat eũ. Hym. Deus tuorum. ℣. Gloria & hono. Ad magn. añ. A diebus Ioã nis baptiſtæ vſq; nunc regnum cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud: omnes enim Prophetæ & lex vſq; ad Ioannem prædicauerunt: & ſi vultis ſcire Ioannes ipſe eſt Helias qui venturus eſt.

Oratio.



SAncti Ioannis Baptiſtæ & martyris tui quæſumus dñe veneranda feſtiuitas: ſalutaris auxilij nobis præſtet effectũ. Per. Eodem die ſanctæ Sabinæ. Oratio.

DEus qui inter cætera potentiæ tuæ miracula etiam in ſexu fragili victoriam martyrij contuliſti: concede propitius: vt qui beatæ Sabinę martyris tuæ natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per. Inuit. Regem ſempiternum pronis mentibus adorem⁹. Qui pręcurſorem ſuum dignis pro meritis coronauit ſanctũ Ioannem. Pſalm. Venite. Cętera de vno martyre.

Lectio

Lectio prima. Sermo Ioannis Chriſoſtomi Epiſcopi.

HOdie nobis Ioannis virtus Herodis feritas cum refertur cōfuſa ſunt viſcera: corda tremuerunt: caligauit viſus hebuit intellectus aufugit auditus. Aut quod conſtat in ſenſibus humanis quando perdit virtutum magnitudinē criminum magnitudo? Herodes inquit tenuit Ioannem & alligans miſit eum in carcerem. Ioannes ſcola virtutum: magiſterium vitæ: ſanctitatis forma: norma iuſtitiæ: virginitatis ſpeculum: pudicitiæ titulus: caſtitatis exemplum: pœnitentiæ via: peccatorum venia: fidei diſciplina. Tu autem.

Lectio ſecunda.

Ioannes maior homine: par Angelis: legis ſumma: Euangelij ſanctio: Apoſtolorum vox: ſilentiū Prophetarum: lucerna mundi: præcurſor iudicis: Chriſti mediator, domini teſtis, totius medius trinitatis. Et hic tantus datur inceſtui: traditur adulteræ: addicitur ſaltatrici. Merito ergo concuſſa ſunt viſcera corda tremuerunt. Tu. Lectio iij.

At vero Herodes prophanauit templum: ſacerdotium ſuſtulit: confudit ordinem: temerauit regnum corrupit quicquid erat religionis: quod legis quod vitæ: quod morum: quod fidei: quod diſciplinę perdidit & confudit. Herodes ſicarius in ciues: in nobiles latro: in ſocios populator: in domeſticos prædo: plebis interemptor: occiſor filiorū: in extraneos homicida: in proprios parricida: inebrians terram cruore: in ſiti ſanguinis permanebat.

Le-

Lectio iiij.

HInc eſt quod Ioannis ſanguinem pium in poculo crudelitatis abſorbuit. Sed iſta lectio iam loquatur. Herodes inquit, tenuit Ioannem & alligauit eum. Qui vincula ſolu erat peccatorum peccatoris vinculis alligatur: vt vincta venia locum vcię non relinquat. Lectio v.

Alligauit eum: & poſuit in carcerem. Herodes tu adulterium facis: & in carcerē vadit Ioannes. Sic iudicas ſedens in loco iudicis reus in loco vindicis innocentiæ perſecutor. Rogo vbi rerum facies: vbi forma: vbi pudor: vbi æſtimatio publici cognitoris: vbi Deus: vbi homo: vbi fas: vbi lex: vbi ipſius iura naturæ? Simul omnia ſunt Herodes te agente: te iudicante: te iubente confuſa. Tu autem. Lectio ſexta.

Tenuit inquit Ioannem: & alligans poſuit eum in carcerem. Herodes te petit cauſa: te arguunt vincula: te carcer accute diuulgat producta in publicum pœna. Ioannes iniuriatur: cauſam cuſtodię qui requirit: in te inuenit quod puniat: & in Ioanne quod doleat Ioannes orbi notus: famæ virtute cognitus: celębratiſsimus ſanctitate: dum at trahit ad ſe inquiſitores iniuriæ: facit vt tuus cunctis innoteſcat inceſtus: agit vt te habeat confuſio publica: quem corrigere nō valuit ſecreta correctio & priuata. Lectio vij. Secundum Marcum.

Cap. 6. IN illo tempore. Miſit Herodes ac tenuit Ioannem: & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui: quia duxerat

rat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Et reliqua.

Homelia. Lectionis eiuſdem.

Vetus narrat hiſtoria Philippum maioris Herodis filium ſub quo Chriſtus fugit in Ægyptum: fratrem huius Herodis ſub quo paſſus eſt Chriſtus: duxiſſe vxorem Herodiadem filiam Arethæ Regis. Poſtea vero ſoceram eius vxoris quibuſdam contra generum ſimultatibus tuliſſe filiam ſuam & in dolorem mariti prioris: inimici eius nuptijs copulare. ℟. Miſit Herodes Rex manus: ac tenuit Ioannem: & vinxit eum in carcerem: quia metuebat eum propter Herodiadem. Quam tulerat fratris ſui Philippi vxorem. ✝. Arguebat Herodem Ioannes propter Herodiadem. Lectio viij.

Quis ſit autem hic Philippus: Euangeliſta Lucas plenius edocet: cum ait. Anno quintodecimo Imperij Tyberij Cæſaris: procurante Pontio Pilato Iudam: Tetrarcha autem Galileæ Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Iureæ Traconitidis regionis. Tu autem. ℟. Ioannes Baptiſta arguebat Herodem. Propter Herodiadem quam tulerat fratris ſui Philippi vxorem. ✝. Miſſo Herodes ſpiculatore præcepit amputari caput Ioannis in carcere. Propter. Lectio nona.

Ergo Ioannes Baptiſta qui venit in ſpiritu & virtute Heliæ eadem auctoritate qua ille Achab corripuerat & Iezabel: arguit Herodem & Herodiadem quod illicitas nuptias fecerint & non liceat fratri viuente Germano illius vxorem ducere:

Digitized by Google

mallens periclitari apud regem: quam propter adulationem eſſe immemor præceptorũ Dei. ℟. Metuebat Herodes. vt ſup. Ad laud. añ. Herodes enim tenuit & ligauit Ioannem: & poſuit eum in
69 carcerem propter Herodiadem. Pſalm. Dominus regnauit. Añ. Puellæ ſaltanti imperauit mater nihil aliud petas niſi caput Ioannis Baptiſtæ. Añ. Domine mi Rex da mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Añ. Da mihi in diſco caput Ioannis Baptiſtæ: & contriſtatus eſt Rex propter iuramentum. Añ. Petijt puella caput Ioannis Baptiſtæ: quo allato dedit matri ſuæ. Cap̃. Expectatio iuſtorũ. Hy. Martyr Dei. ℣. Iuſtus vt palma. Ad bñs añ. Miſit Rex incredulus miniſtros deteſtabiles: & amputari iuſſit caput Ioannis in carcere. Ad ſecundas veſperas añ. Herodes enim. Pſalm. Beatus vir. Credidi propter. Ad dominum. Ad te leuaui. De profundis clamaui. Capitulum vt ſupra. ℟. Miſit Herodes. Hymnus Deus tuorum. ℣. Gloria & honore. Ad magnificat Añ. Miſſo Herodes ſpiculatore præcepit amputari caput Ioannis in carcere: quo audito diſcipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius: & poſuerunt illud in monumento.

¶ In feſto Sanctorum Fælicis & Adaucti martyrum. Capitulum. Iuſtorum animæ.

Oratio.

Ma-



MAieſtatem tuam domine ſuppliciter deprecamur: vt ſicut nos iugiter ſanctorum martyrũ tuorum & Fælicis & Adaucti cõmemoratione lætificas: ita ſemper ſupplicatione defendas. Per.

Lectio prima.

FVerunt duo fratres nomine & opere fælices: ambo Presbyteri. Horũ ſenior hic Fælix ex iuſsione Imperatorum cum ad ſecretarium iudicis eſſet perductus & iuxta templum Serapis cogeretur ad ſacrificandum: exſufflauit in faciẽ ſtatuę æreæ: & ſtatim cecidit. Tu autem domine.

Lectio ſecunda.

Itẽ ductus eſt ad Mercurij ſtatuam in alia ædiculæ: ſimili modo exſufflauit in illam: & mox cecidit. Item ad ſimulachrum Dianæ: quod pari modo cecidit. Reductus vero ad præfectum imponitur ęculeo & inquiritur quibus hæc maleficijs feciſſet. Beatus Fælix reſpondit. Non maleficijs diaboli ſed beneficijs omnipotentis Dei mei hoc egi. Tu.

Lectio tertia.

Furore itaq; præfectus accenſus iuſsit eum duci extra vrbem via Oſtienſi: quia illic arbor altiſsima aſtabat dęmonibus conſecrata: iuxta quam erat templum vbi ad ſacrificandũ impelleretur. Quo perductus oratione facta dixit ad arborem. Præcipio tibi in nomine domini mei Ieſu Chriſti vt radicitus corruas & aram cõminuas vt amplius cultu tuo animę nõ decipiantur.

Lectio quarta.

QVæ ſtatim ad verbum illius ita euerſa eſt: vt templum & ſimulachrum comminueret. Quod cum renunciatum eſſet præfecto: iuſsit eum decolari: & corpus eius inhũatum lupis & canibus derelinqui. Lectio quinta.

Data ſententia obuius ei fuit quidam Chriſtianus: hominibus quidem abſcõditus Deo vero manifeſtus. Hic cum didiciſſet quod beatus Fœlix duci fuiſſet iuſſus: cœpit clamare & dicere. Et ego ex eadem lege ſum. & ipſum quem hic ſanctus Presbyter confitetur dñm Ieſum Chriſtum colo. Mox ipſe ab officiario præfecti comprehenſus pariter data ſibi prius oſculo cum beato Fœlice decollatus eſt. Lectio vi.

Huius ergo beati martyris nomen: quia non inuenerunt Chriſtiani poſtmodum Adauctum eum apellauerunt: eo quod ſancto martyri Fælici auctus ſit ad coronam: ipſi quoq́ pro fidei Confeſsione corona martyrij aucta. Compleuerunt vero martyrium ſuũ tertio Kalendas Septembris. Tu autem domine. Homelia. Cum audieritis prælia.

¶ In feſto ſancti Ægidij Abbatis & Confeſſoris ad veſperas añ. Sancte Ægidi Confeſſor. Pſa. Laudate pue. Cap. Dilectus Deo. ℟. Iuſtum dedu. Hym. Iſte Confeſſor. ℣. Amauit eum do. Ad ma. añ. Laus immenſa dei ſunt huius feſta diei qua flos Græcorũ ſcãdit ad alta polorũ. Inclytus Egidius quia dulcio vota per eius. Vincula rumpũtur tempeſtates reprimuntur. Sedantur morbi totiq́ ſalus datur orbi. Ora-

Oratio.



PRætende nobis domine miſericordiam tuã & beati Ægidij Abbatis interceſsio: cuius nos dediſti patrocinijs adiuuari: tribue: vt maieſtatem tuam exoret pro nobis. Per dominum.

Lectio prima.

SAnctus Egidius natione Grȩcus: à præclaris parentibus originem duxit. Fuit enim Athenis oriundus: patre videlicet Theodoro nomine: matre vero Pelagia: qui vtriq; regia ſtirpe progeniti: atq; licet inter totius orbis primores præclari: Chriſtianiſsimam tamen duxerunt vitam.

Lectio ſecunda.

Prædictus vero Ægidius æuo tener: ad liberalia rudimenta diſpoſitus doctores ſummos ſpiritualis ſcientiæ gratia perluſtratus in breui ȩquiperauit. Docili quoq; puero gratia Dei non defuit: eius vitam omni morum honeſtate perornans. Iam iãq; foris ſcintillabat iudicijs: intus ſuccẽſa lãpas charitatis.

Lectio tertia.

Cunq; mira geſta laudum prȩconia ſequerentur: eiuſq; nomen celebre per omnes Greciæ partes magis ac magis innoteſceret: timens ne ſibi vento fauoris quantuluncunq; minorarentur merita: atq; iudicans cautum eſſe: leuis famæ precio: bonæ conſcientiȩ theſaurum vendicare: natiuitatis ſuæ patriam: ſua prȩſentia viduaturus. vt liberius

Digitized by Google

Deo vacaret: ſolitariam vitam expetens tranſeun dum mare diſpoſuit. Lectio iiij.

CVm vero clam ſuis omnibus ad littus maris ſolus deueniſſet: vtq; ſibi ad propoſitum ſuum adimplendum auxiliari dignaretur: vt ſummo regi preces effunderet vidit à longe quandam nauim inter Pelagi procellas tēpeſtuoſis fretorum pulſibus iactari: nautasq; iam deſperatos: ac totius gubernationis oblitos pœnæ nau fragari: pro quibus mox vt orationis ſuffragium Deo obtulit: ſedata tempeſtate peruenerunt ad portum. Lectio quinta.

Videntes autē nautę Dei virum in littore adhuc incumbere orationibus: animaduerterūt ſeſe marina per illius orationes euaſiſſe pericula. Interrogantibus autem eis quis eſſet vel cuius rei cauſa portum maris adiſſet: reſpondit ſe Chriſtianum eſſe: atq; velle Romam: ſi Deus ſibi facultatē ſuppeditaret: pergere. At illi pedibus eius prouoluti gratias inquiunt maximas referimus domino: qui te nobis talem ſocium conferre dignatus eſt: qui nos & à præſenti tempeſtate liberaret: & hinc per alta Pelagi remigantes ab omni fluctuum timore tutaretur. Tu. Lectio ſexta.

Nauim igitur ingreſſus vrbi Marſiliæ triduo allabitur: vbi multis obſecrationibus, Cæſarij Arelatenenſis Epiſcopi Biennio commoratus: tandem ſoli Deo cupiens vacare: ſolitarius latenter inde ſeceſsit. Tranſitoq; Rhodano ſecus ripam Guardonis fluuij aliquod latibulum ſuo propoſito aptum

tum

ſuum quærens diuino directu inuenit quendā heremitam Veredemium nomine: ſanctitate & miraculis inſignem. Cuius vitam videns eſſe diuinā aliquantulum temporis: cū eo ædificationis cauſa conuerſatus eſt. Tu. Homelia. Vigilate ani. De ſancto Emercio require per omnia in alio feſto eius poſt feſtū omniū ſanctorum. ¶ In feſto ſancti Antonini martyris.

Oratio.

Deus qui nos beati Antonini martyris tui concedis natalicio perfrui: eius nos tribue præcibus adiuuari. Per. ¶ In ſancti Eurtij Confeſſoris Cap. Omnis pontifex.

Oratio.



Adeſto domine precibus noſtris quas in ſancti Eurtij Confeſſoris tui atq; pontificis ſolennitate deferimus: vt qui noſtræ iuſtitiæ fiduciam nō habemus: eius qui tibi placuit precibus & meritis adiuuemur. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Lectio prima.

Cum beatus Eurtius ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus: ad ciuitatem Aurelianenſem perueniſſet; & pro antiſtitis electione ſcire vellet quid euenerit: iuxta Eccleſiæ ianuas ſtetit. Omnibus ergo deprecantibus dominum: ecce colūba inſtinctu Dei tranſmiſſa volitare per

totam cœpit Eccleſiam more perſonam veſtigantis.

Lectio ſecunda.

Quæ ſpeculata beatum Eutium illico ſuper caput eius ſedit. Hoc ſignum videns populus admirari cœpit Columba vero peracto miniſterio vnde ingreſſa fuerat regreſſa eſt. Prædicto igitur ſancti viri ſigno per diuinam virtutem quater omnibus demonſtrato: & cauſis aduentus eius cognitis vnica voce omnes vnanimiter clamauerunt dicẽtes. Dignus eſt: iuſtus eſt. Tu autem domine.

Lectio tertia.

Peracta igitur ſancti viri conſecratione ſecundũ morem Eccleſiæ: deducunt eum ad ciuitatem cũ hymnis & canticis ſpiritualibus. Lætantur cœli cum habitantibus in eis. His tranſactis: Deus qui ſibi eum dignum ſacerdotem monſtrauerat: cœpit per eum ſigna operari maiora. Tu autem domini.

Lectio quarta.

Quadam vero die cum beatus põtifex Deo ſacrificium exhibens: de more ſacerdotali hoſtiam eleuatis manibus Deo benedicendam offerret: apparuit ſuper caput eius manꝰ tanquam nix candida: tertio oblatam benedicẽs. Quod ſignum tantũ vni eſt conceſſum videre de clericis: & vni de pœnitentibus laicis: & vna vidit de caſtimonialibus. Tu autem domine.

Lectio quinta.

Quo comperto clamabat omnis Eccleſia. Gratias tibi agimus domine deus noſter: qui abſcondiſti hæc â ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea

ea paruulis. Per huius autem ſancti viri meritum: ſurdi recipiebant auditum: cæci viſum: claudi greſſum: muti loquendi officium: paralytici curationem membrorum. Lectio vi.

Cumq; extremū vitæ præſentis temporis imminere ſibi vir dei cognoſceret: timens ne poſt obitum ſuum ſicut pro paſtore antea ſuſtinendo diſſenſio in populo fieret: facto conſilio cum clero & populo ſucceſſorem ſibi in ſacerdotali ordine ſignis diuinitus oſtenſis ſanctum delegit Anianū. Quibus expletis cōmendato ſucceſſori ſuo clero & populo corpus terræ: animam reddidit cœlo vigente ſpiritaſe eius doctrina in mundo. Tu autem domine. Homelia Homo quidam pegre.

¶ In Natiuitate ſanctæ Mariæ ad veſp. añ. Sancta Maria virgo intercede pro toto mundo: quia genuiſti regem orbis. Pſal. Laudate pueri. Añ. Omnium rerum creator miſerere populo tuo per interceſsionem genitricis tuæ: quia eam creaſti ad vitam non ad mortem. Añ. Deſcendi in hortum nucum vt viderem poma conuallium & inſpicerem ſi floruiſſent vineę & germinaſſent mala punica: reuertere reuertere Sunamitis: reuertere reuertere vt intueamur te. Aña. Anima mea lique facta eſt vt dilectus locutus eſt: quæſiui & non inueni illum: vocaui & non reſpondit mihi: inuenerunt me cuſtodes ciuitatis: percuſſerunt me & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meū cuſtodes murorum: filiæ Hieruſalem nunciate dilecto: quia amore langueo. Aña. Tota pulchra 88

es amica mea: & macula nõ eſt in te fauus diſtil-
lans labia tua mel & lac ſub lingua tua odor vn-
guentorum tuorum ſuper omnia aromata: iam
enim hyems tranſijt imber abijt & receſsit flo-
res apparuerunt: vineæ florentes odorem dede-
runt: & vox turturis audita eſt in terra noſtra: ſur-
ge ꝓpera amica mea: veni de Libano: veni coro-
naberis. Capitulum.

Prou. cap. 8 DOminus poſſedit me in initio viarum ſua-
rum anteq̃ quicq̃ faceret á principio: ab æ-
terno ordinata ſum: & ex antiquis anteq̃
terra fieret: necdum erant abyſsi: & ego iam con
cepta erã. Deo gratias ℟. Solem iuſtitiæ regem
paritura ſupremũ. Stella maria maris hodie pro-
ceſsit ad ortum. ℣ Cernere diuinum lumen gau
dete fideles. Stella. Hymnus. Aue maris ſtella.
Quære in. O decus. ℣. Specie tua. Ad magni añ.
Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudium annun-
ciauit vniuerſo mundo: ex te enim ortus eſt ſol
iuſtitiæ Chriſtus deus noſter: qui ſoluens male-
dictionem dedit bñdictionẽ: & confundens mor-
tem donauit nobis vitam ſempiternam. Oratio.



FAmulis tuis quæſum⁹ do
mine cœleſtis gratiæ mu
nus impartire vt quibus
beatæ virginis partus extitit
ſalutis exordium: natiuitatis
eius votiua ſolẽnitas pacis tri-
buat incrementum. Per.

Eodem die.

Præſta

PRæſta q̄s omp̄s deus: vt qui bti Adriani martyris tui natalitia colim⁹: à cunctis malis imminentib⁹: eius interceſsionib⁹ liberemur. Per. Ad complet. añ. Cum iocun. Pſal. Cū inuo. Hymnus. Lux mundi beatiſsima. Quære in. O decus. Capitulum.

BEatus homo qui audit me & qui vigilat ad fores meas quotidie: & obſeruat ad poſtes oſtij mei q̃ me inuenerit inueniet vitã: & hauriet ſalutem à dño. D. ℣. Audi filia &. Ad nũc di. añ. Adeſt nãq; natiuitas ſacratiſsimę virginis: quę ex regali ꝓgenie genita genuit Chriſtum regem dñm ipſa intercedat pro peccatis noſtris. Oratio. Prou. cap. 8

ADiuuet nos q̄s dñe ſanctæ Mariæ virginis interceſsio veneranda: cuius etiam diem quo fœlix eius eſt inchoata natiuitas: deuotiſsime celebramus. Per. Deus qui illuminas. Inuitat Corde & voce ſimul Chriſtum regem veneremur. Virginis & matris iubilemus nobili in ortu. Pſal. Venite ex. In primo noct añ. Ecce tu pulchra es amica mea: ecce tu pulchra oculi tui columbarum. Pſal. Dñe dñs noſter. Añ. Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias. Pſal. Cœli enar. Añ. Fauus diſtillans labia tua ſponſa & 11
odor veſtimentorum tuorũ ſicut odor thuris Pſ. 15
Domini eſt terra. ℣. Specie tua. Lectio prima. Incipiunt cantica canticorum.

OSculetur me oſculo oris ſui quia meliora ſunt vbera tua vino: fragrãtia vnguentis optimis. Oleũ effuſũ nomẽ tuũ: ideo adoleſcentulę

ſcentulę dilexerunt te nimis. Trahe me poſt te: curremus in odorem vnguentorũ tuorũ. Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lętabimur in te: memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te. Tu. ℟. Hodie nata eſt beata virgo Maria ex ꝓgenie Dauid: per q̃ ſalus mundi credentibus apparuit. Cuius vita glorioſa lucẽ dedit ſeculo. ℣. Btiſsimæ virginis Marię natiuitatẽ: deuotiſsime celebremus. Cuius. Lc. ij.
Nigra ſum ſed formoſa filia Hieruſalem: ſicut tabernacula Cedar: ſicut pelles Salomonis. Nolite me conſiderare quod fuſca ſim qui decolorauit me ſol. Filij matris meæ pugnauerunt contra me: poſuerunt me cuſtodẽ in vineis: vineam meã non cuſtodiui. Tu. ℟. Beatiſsimę virginis Mariæ natiuitatẽ deuotiſsime celebremus. Vt ipſa ꝓ nobis intercedat ad dñm Ieſum Chriſtũ. ℣. Hodie nata eſt virgo Maria ex ꝓgenie Dauid. Vt. L. iij.
Indica mihi quem diligit anima mea: vbi paſcas: vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Si ignoras te ô pulchra inter muleres egredere: & abi poſt veſtigia gregum tuorũ: & paſce hedos tuos iuxta tabernacula paſtorũ. Equitatui meo in curribꝰ Pharaonis aſsimilaui te amica mea. Pulchrę ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collũ tuũ ſicut monilia Murenulas aureas faciemus tibi: vermiculatas argento. Tu. ℟. Glorioſę virginis Marię ortum digniſsimum recolamus. Cuius dominus humilitatem reſpiciẽs angelo nunciante cõcepit redemptionẽ mũdi. ℣.

Beatiſsimę

Beatiſsimę virginis Mariæ natiuitatem deuotiſsime celebramus. Cuius. In iij. noct. an. Emiſsiones tuæ paradiſus malorum punicorũ cum pomorum fructibus. Pſal. Eructauit. An. Fons hortorum puteus aquarũ viuentiũ quæ fluunt impetu de Libano. Pſal. Deus noſter. Ana. Veniat dilectus meus in hortum ſuũ vt comedat fructus pomorum ſuorum. Pſal. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt gratia in la. Lectio iij. Sermo. 31 32 64

Beata mater dñi & ꝑpetua virgo Maria: priuſquam naſceretur enũciata eſt oraculis: & deſignata miraculis. Nata vero ꝓgenie diuinitus ordinata priuilegio virtutũ enituit inſignis. Iã nũc aũt vnũ de ꝑdictis referam⁹ miraculis. Dixit æternus ad veterẽ deus ad ſerpentẽ. Inimicitias ponã inter te & mulierẽ & ſemẽ tuũ & ſemẽ illi⁹. Ipſa cõteret caput tuum. ℟. Diem feſtũ precelſę genitricis dei virginis Mariæ ſolenniter celebremus. Quo inchoata eſt eius fœlix natiuitas. ℣. Natiuitatem hodiernam perpetuę virginis ſolenniter celebremus. Quo incho. Lectio v.

Quid aũt eſt fratres in hoc loco ſerpẽtis caput cõterere: niſi principalẽ diaboli ſuggeſtionẽ id eſt cõcupiſcentiã reſiſtẽdo ſupare. Si ergo q̃ratur q̃ nam mulier huiuſmodi victoriã opata ſit: ꝑfecto nõ repitur in linea generationis humanę: donec ꝑueniatur ad illã de qua nũc agimus ſanctarũ ſanctam. Tu. ℟. Regali ex ꝓgenie Maria virgo exorta reſulget. Cuius ꝑcibus nos adiuuari mẽte & ſpũ deuotiſsime poſcim⁹. ℣. Corde & aĩo Chriſto canamus

canamus gloriam in hac ſacra ſolennitate præcelſe genitricis dei Mariæ. Cuius. Lectio vi.

Si vero interrogaretur: in quo ſerpẽtis caput hæc beata virgo contriuerit: nimirũ in eo q̃d virginitatẽ ſimul & humilitatem ſacrificauit deo. Virginitate nãq; ſeruata ꝓbatur extinxiſſe concupiſcẽtiã carnis: hũilitate: q̃ facit pauperẽ ſpũ: cõcupiſcentiã mentis. Sicq; principali ſuggeſtione diaboli victa: viciosum eius caput virtutis pede contriuit. ℟. Corde & animo Chriſto canamus gloriam in hac ſacra ſolẽnitate ꝑcelſę genitricis dei virginis Mariæ. Vt ipſa intercedat pro nobis ad dominũ. ℣. Cũ iocunditate natiuitatẽ ſanctę Mariæ virginis celebremus. Vt. In tertio noctur. añ.
Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa meſſui
70 myrrham meam cum aromatibus meis. Pſalm.
Cantate. i. Añ. Concedite fauũ cum melle meo:
71 bibi vinũ meũ cum lacte meo. Pſal. Dñs reg. Añ.
Talis eſt dilectus meus & ipſe eſt amicus meus
73 filiæ Hieruſalem. Pſal. Cantate. ij. ℣. Adiuuabit eam deus. L. vij. Initiũ ſc̃ti euãgelij ſc̃d'm Matth.

cap. 1



Liber generatiõis Ieſu Chriſti filij Dauid filij Ahrahã. Abraham genuit Iſaac: Iſaac aũt genuit Iacob. Iacob aũt genuit Iudam & fratres eius. Et reliqua. Homelia Lect. eiuſdem.

Sãcta & catholica eccleſia quatuor tantum euangeliſtarũ volumina recipit. Primus Matthæus Hebraice euange-

euangelium ſuum Hebræis ſcripſit. Vnde plura quam alij operi ſuo ꝓphetarum & legis interſerit teſtimonia. Quod dicit liber generatiōis: quaſi titulus eſt ſequentis operis. A ſerie eñ generationis Christi totus liber nomē accepit. ℟. Natiuitas glorioſç virginis Mariæ ex ſemine Abrahæ orta de tribu Iuda: clara ex ſtirpe Dauid. Cuius vita inclya cunctas illuſtrat eccleſias. ℣. Glorioſæ virginis Mariç ortū digniſsimum recolamus. Cuius vita. Lectio viij.

Ieſus ꝓprium nomē eſt ſaluatoris: Chriſtus vero nomen eſt dignitatis & interpretatur vnctus. Nā in lege reges & ſacerdotes Chriſti vocabantur: p̄monſtrantes illū Chriſtū q futurus erat verus rex & ſacerdos quē deus pater vnxit oleo læticiæ præ participib⁹ ſuis. ℟. Natiuitas tua dei genitrix virgo gaudiū annunciauit vniuerſo mundo: ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. Qui ſoluens maledictionem dedit benedictionē: & cōfundens mortē donauit nobis vitā ſempiternā. ℣. Aue Maria: gratia plena: dūs tecū. Qui. L. ix Abraham aūt & Dauid ſpecialiter: prætermiſsis cçteris patres noīantur: q̄ ad iſtos ſpecialiter rep̄miſsio facta eſt. Abrahæ nanq; dictū eſt. In ſemine tuo benedicentur oēs gentes. Dauid autem: de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem ſuam. Interpretatur autem manu fortis: vel viſu deſiderabilis: & ſignat Chriſtum qui ſingulari fortitudine diabolum vicit. ℟. Ad nutum domini noſtrum dictantis honorē. Sicut ſpina roſam genuit

Iudæa

Digitized by Google

Iudęa Mariam. Vt vicium virtus operiret gratia culpam. Si. Ad laudes añ. Natiuitas glorioſę virginis Mariæ ex ſemine Abrahæ orta de tribu Iuda
69 clara ex ſtirpe Dauid. Pſal. Dñs reg. Añ. Natiuitas eſt hodie ſanctæ Mariæ virginis cuius vita inclyta cunctas illuſtrat eccleſias. Añ. Regali ex ꝓgenie Maria exorta refulget: cuius precibus nos adiuuari mente & ſpũ deuotiſsime poſcimus. Añ. Corde & aĩo Chriſto canamus gloriã in hac ſacra ſolẽnitate præcelſę dei genitricis Mariæ. Añ. Cũ iocunditate natiuitatem ſanctæ Mariæ celebremus: vt ipſa pro nobis intercedat ad dominum Ieſum Chriſtum. Cap̃. Dominus poſſedit. Hym. Quem terra. Quære infra in. O decus. ℣. Audi filia &c. Ad bñs añ. Natiuitatem hodiernã perpetuę virginis genitricis dei Marię ſolenniter celebremus qua celſitudo throni proceſsit alleluia. Oratio vt ſupra. Ad primam añ. Natiuitas glorioſę. Pſal. Deus in noĩe. Cap̃. Beatus homo. vt ſupra ℟. Ieſu Chriſte. ℣. Qui natus. ℣. Audi filia. Oratio. Adiuuet nos. Domine ſancte pater. Preces. Exultabunt &c. Ad ſextã capitulum.

Prou. cap. 8

NEc dum fontes aquarum eruperant: necdum montes graui mole conſtiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat & flumina & cardines orbis terræ. Deo.

Ad nonam Capitulum.

Prou. cap. 8.

NVnc ergo filij audite me beati qui cuſtodiunt vias meas: audite diſciplinã & eſtote ſapiẽtes: & nolite abijcere eã. In ij veſ. añ.

Natiuitas

Digitized by Google

Natiuitas glorioſæ. Pſal. Dixit dominus. Laudate pueri. Lætatus ſum Niſi domin⁹. Lauda Hieruſalem. Cap̄. Dn̄s poſſedit. ℟. Ad nutum dn̄i. Hymnus. Aue maris ſtella. ℣. Specie tua Ad magni. an̄. Quando nata eſt virgo ſacratiſsima: tunc illuminatus eſt mundus: ſtirps beata: radix ſancta: & benedictus fructus eius. Oratio. Famulis tuis. vt ſupra. Per octau. inuit. an̄. Rña. & cætera vt in die ſuo. Secundo die. Lectio prima.

OSculetur me oſculo oris ſui: Salomon cōpoſuit hunc libellum: poſtq̄ inſpirat⁹ fuit diuino ſpū de nuptijs Chriſti & eccleſię: & quodāmodo epithalamiū fecit Chriſti & eccleſię: id eſt canticū ſup thalamos. Vnde & cantica canticorū vocauit hunc libellū: quia oīa alia cantica ſupexcellit. Sicut dicitur em̄: rex regū & dn̄s dominantiū: & ſolēnitas ſolennitatū: ſic dicūtur cātica canticorū ob excellentiā & dignitatē. T. L. ij.

Eſt aūt in hoc loco obſcuriſsimus iſte libellus: quia mille ibi cōmemorantur perſonę: quaſi em̄ amico ſtilo compoſitus eſt. Sequitur. Oſculetur me oſculo oris ſui deſiderantis vox eſt ſynagogę aduentum Chriſti. Quaſi diceret. Totiens mihi promiſit aduentum ſuum per prophetas. Veniat ergo & oſculetur me oſculo oris ſui: ideſt per ſeipſum mihi loquatur. Tu. Lectio iij.

Sequitur. Quia meliora ſunt vbera tua vino. Repente ad ipſum cuius deſiderio flagrabat verba conuertens ſubdit. Quia meliora ſunt vbera tua vino. Per verba Chriſti dulcedo Euangelij intelli-

telligitur: quia veluti lacte nutritur infantia credentium. Vinum autem auſteritatem legis ſignificat. Sed vbera Chriſti meliora ſunt vino quia dulcedo euangelij melior eſt auſteritate legis.

Lectio iiij.

IN lege enim nulla reſeruatur pœnitentia: ſed præcipit: vt qui occiderit occidatur. Euangeliũ autem dicit. Nolo mortem peccatoris: & reliqua. Sequitur. Fragrantia vnguentis optimis. Vnguenta dona ſunt ſancti ſpiritus: vel etiam opiniones virtutum De quibus apoſtolus. Chriſti bonus odor ſumus deo. Et reliqua. Sequitur. Oleum effuſum nomen tuum. Nomen tuum oleũ Chriſte effuſum eſt. Tu autem.

Lectio v.

Chriſma grece: vnctio latine. Inde nomẽ Chriſti ab vnctione vocatum eſt. Solet autem ſpiritusſanctus olei nomine appellari: iuxta quod pſalmiſta ait. Vnxit te deus deus oleo: id eſt ſpiritu ſancto. Hoc oleum effuſum eſt: quando hæc gratia oĩbus data eſt in Chriſtũ credentib⁹. Vñ & â Chriſto Chriſtiani dicuntur: participatione noĩs Chriſti. Tu.

Lectio vi.

Et bñ nõ ſtillatũ: ſed effuſum oleũ dicitur: quia abũdanter hæc gratia oĩbus data eſt in Chriſtum credentibus. Seq̃tur. Ideo adoleſcentulę dilexerũt te Adoleſcentulę dicũtur aĩę electiorũ: q̃a in baptiſmo ſordes reliq̃rũt veteris hoĩs: & renouatę ſunt in Chriſto. Bñ aũt fœmineo genere dicũtur: q̃a aĩę ſanctorũ quo maioris fragilitatis ſibi cõſcię ſunt: eo amplius Chriſtũ diligũt. Tu. ¶ In feſto

Ro ſancti Gorgonij martyris cap. Iuſtus ſi morte. Ad magni.añ. Sanctus vir Gorgonius martyr dñi: q pro amore Chriſti ſanguine ſuum fudit: beatus miles Chriſti gaudet in cœleſtibus: alleluia. Ora.



Sanct⁹ dñe Gorgonius ſua nos itercesſione lætificet & pia faciat ſolẽnitate gaudere. Per. Hiſtoria de vno martyre. Lectio i.

Paſsio beatorũ martyrũ Dorothei & Gorgonij apud Nicomediam ſub Diocletiano imperatore geſta memoratur. Horum prior erat Dorotheus magiſter in officijs quę in palacijs exhibebantur. Tu aũt.

Lectio ij.

Erat naq; cubilis regij ꝓpoſitus hñs ſecum in officio fide & magnanimitate parem Gorgonium. Quorum inſtitutionibus optimis pene omes cubilis miniſtri in fide dei vigilanter & libere perſiſtebant. Lectio tertia.

Hic ergo cum viderent quendã martyrem crudelibus atq; immanibus ſupplicijs cruciari: conſtãter & libere aiunt. O imperator cur in hoc ſolo punis ſnĩa: quæ nobis oĩbus iniungitur? Vt qd in illo crime dicitur: qđ à nobis oib⁹ cõfitetur? Hęc nobis fides hic cult⁹ & vna nimis eadẽq; ſnĩa. Quos ille cũ in mediũ nihilominus venire feciſſet iuſsit eos apprehendi: & flagellis totũ corpus laniari. Viſceribus ergo pelle nudatis iubentur aceto & ſale perfundi. L. iiij Lectio v.

 Cũq;

Digitized by Google

Cunq; etiam hoc tormenti genus conſtanter ac fortiter toleraſſent: craticula prunis ſubſtrata poni iubetur in medio: ibiq; quod reliquũ fuerat in verberibus aſſumpti corporis ſupponi: & non ad ſubitum ſed paulatim ſuccendi: ad vltimum vero laqueo ſuſpenſos iuſsit necari. Lectio ſexta.

Interfecto aũt corpore beatus Gorgoni⁹ Romã transfertur: poſitusq; venerabiliter via Latia inter duas lauros. Compleuerunt aũt martyrium ſuum quinto idus ſeptembris. Tu. Homel. Si quis vult venire. Tertio die. Lectio i.

Sequitur vox eccleſiæ. Trahe me poſt te curremus in odorem vnguentorũ tuorum. Hic eſt ꝑmutatio ꝑſonę. Nam hactenus locuta eſt ſynagoga: hic incipit loqui eccleſia de gentibus. Trahe me poſt te. Quia inquit meam infirmitatem cognoſco & video me nihil meis viribus boni poſſe agere: tua gratia trahe me poſt te ad tui imitationẽ: vel etiã cũ cœlũ aſcenderis: trahe me poſt te: vt te ſequi merear. Lectio ij.

Sequitur. Introduxit me rex in cellaria ſua Hic loquitur eccleſia de Chriſto ſponſo ſuo ad aĩas fideles. Cellaria dei ſunt æterna beatitudo & ſupnę gaudia patriæ. In q̃ introducta eſt iam eccleſia ꝑ fidem & ſpem q̃nq; introducetur per rem. Le. iij.

Sequitur. Exultabimus & lætabimur in te. De donis inquit tuis exultabimus & lætabimur. Sed q̃a ſcimus hoc non noſtri eſſe meriti: in te non in nobis exultabimus. Hoc eſt quod apoſtolus ait. Qui gloriatur: in domino glorietur. Tu. Le. iiij.

Sequi-

Digitized by Google

SEquitur. Memores vberũ tuorum ſuper vinum: id eſt memores gratię tuæ & miſericordiæ qua ſaluati ſumus. Vbera enim ſunt ipſa gratia qua ſaluamur. Recordantes etiam quia tu auſteritatẽ legis vberibus doctrinæ euangelicæ temperare dignatus es. Tu. Lectio v.

Sequitur. Recti diligunt te. Illi inquit qui recti cordis ſunt diligũt te: id eſt illi qui nihil ſuis meritis tribuunt: ſed omnia gratiæ tuę deputant: nullus enim diligit te niſi rectus: & nullus eſt rectus niſi qui te diligit. Lectio vi.

Sequitur. Nigra ſum ſed formoſa filię Hieruſalẽ. Hic rurſus loquitur eccleſia de ſuis preſſuris ad ſanctas aĩas. Nigra ſum q̃a perſecutionem patior: ſed formoſa virtutibus. O filiæ Hieruſalẽ: ideſt ô fideles aĩæ nigra ſum id eſt deformis perſecutionibus & ęrumnis quas ſuſtineo: ſed formoſa decore virtutum. Tu. Quarto die. Lectio i.

QVomodo aũt nigra ſit vel quomodo formoſa oſtẽdit cũ ſubdit. Sequitur. Sicut tabernacula Cedar. Sicut pelles Salomonis. Ita enim diſtinguitur. Nigra ſum ſicut tabernacula Cedar: formoſa ſicut pelles Salomonis. Cedar filius fuit Hiſmael qui interpretatur tenebræ. Hiſmaelitę vero ſemper in tabernaculis habitãt: & non habent domos. Lectio ij.

Dicit ergo eccleſia ſe nigram eſſe ſicut tabernacula Cedar ꝓpter ꝑſecutiones quas patiebatur a filijs tenebrarũ qđ interpretatur Cedar. Hic pſalmiſta dicit. Habitaui cum habitantibus Cedar

 ideſt

Digitized by Google

id eſt conuerſatus ſum inter perſecutores ac pec catores in infidelitate nigros. Tu aũt. Lect. iij.

F ormoſam vero ſe eſſe dicit ſicut pelles: id eſt ſicut tabernacula Salomonis: qui pacificus interp̃tatur: quoniam digna erat viſitatione & conſolatione ſp̃oſi ſui Chriſti inter anguſtias. Et ſicut tabernacula ex pellibus mortuorum animaliũ fiũt: ita eccleſia ita tabernaculum videlicet dei ex his conſtruitur q̃ ſeipſos cũ vicijs & concupiſcentijs mortificant. Tu autem. Lectio quarta.

SEquitur. Nolite me cõſiderare q̃d fuſca ſim: quia decolorauit me ſol. O animæ fideles & deo deuotę: nolite me cõſiderare quod fuſca ſim id eſt quod tribulationibus afficiar: quod pſecutionibus opprimar: quia decolorauit me ſol: ideſt feruor perſecutionis ſplendorẽ meũ quodã modo obfuſcauit. Ac ſi diceret. Interiorem pulchritudinem meam cogitate: & illam attendite: non illã qua foris pati videar. Tu autem domine.

Lectio v.

T ale eſt q̃d apoſtol⁹ dicit. Nolite deficere in tribulationib⁹ meis pro vobis: quę eſt gloria veſtra. Non enim ſunt cõdignę paſsiones huius tp̃is ad futurã gloriã q̃ reuelabitur in nobis Tu. Le. vi.

S ol aũt in ſcripturis multos habet ſenſus. Aliq̃n ſignificat ipſum dei & hominum mediatorem. Vñ ſcriptum eſt. Vobis timentibus nomen meũ orietur ſol iuſtitiæ ideſt Chriſt⁹. Significat & eccleſiã ſicut dñs dixit. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol. Aliq̃n feruorem pſecutionis: ſicut hic & in euange-

Digitized by Google

euangelio: vbi dicit de ſemine quod cecidit ſupra Petram & orto ſole exęſtuabit: quod ipſe dn̄s aperte exponēs ait. Facta aūt pſecutione propter verbum ſcandalizabuntur. Lectio vij.

Sequitur. Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Mater primitiuę eccleſiæ ſynagoga eſt: cui per prophetam dicitur. Et vocaberis ciuitas fidelis & mater ciuatum fidelis Sion. Huius filij ſunt Iudæi: qui pugnauerunt contra eccleſiam primitiuam: qn̄ excitauerunt Iudæi pſecutionē contra credētes: & oēs diſperſi ſunt per regiones Samarię. Quinto die. Lectio i.

Sequitur. Poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui. Vinea vna fuit prima eccleſia Hieroſolymis: ſed ob Iudaicam perſecutionem diſperſis omnibus credentibus multæ vineæ factæ ſunt: id eſt multæ eccleſiæ cōſtructæ ſunt per vniuerſum mundū. Dicit ergo eccleſia primitiua. Poſuerūt me ſcilicet apoſtoli & doctores cuſtodē: id eſt vt eſſem cuſtos eccleſiarū. Lectio ij.

Vnde & bene vbi nos legimus oēs diſpſi ſunt: ibi habetur diſſeminati ſunt: Ad hoc enim diuinitus diſpſi ſunt: vt plures eccleſiæ fierent per vniuerſum orbē. Vineam meam: id eſt vnā illā eccleſiā quæ in Hieroſolymis fuit: non cuſtodiui. Hoc aūt non ad votū neq; ad mentem referendum eſt ſed ad locum. Nō cuſtodiui ſubaudi ibi vbi cepit Lectio iij.

Vox eccleſiæ ad Chriſtum ſequitur. Indica mihi

Digitized by Google

quem diligit anima mea vbi paſcas: vbi cubas in meridie. Vox eccleſiæ eſt ad ſponſum ſuũ Chriſtum. O ſponſe quem diligit anima mea? ideſt quem tota mẽtis intẽtione diligo indica mihi vbi paſcas. ideſt vbi oues tuas paſcere facias. Ipſe enĩ paſtor bonus: ſicut ipſe dicit in euangelio. Vbi cubes: id eſt requieſcas & hoc in meridie: id eſt in feruore perſecutionis vel tentationis. Lect. iiij.

LAborans enim eccleſia perſecutionibus obſecrat ſponſum ſuũ: vt ei dicat in quorũ mẽtibus requieſcat. Nam cubare ſponſo requieſcere eſt. Sicut ipſe dicit Sup quem requieſcet ſpũs meus: & reliqua. Ne enim ſancti ęſtu tẽtationis areſcant: ipſe in eorum cordibus cubat & requieſcit atq; ab omni feruore tentationum & perſecutionum protegit. Lectio v.

Quare hoc: Sequitur. Ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum. Greges ſodalium appellat cõuenticula hęreticorũ qui ſodales Chriſti ſunt: q̃a & ipſi greges ſuos paſcunt. Sed Chriſtus vnũ habet gregem: hæretici vero non gregem: ſed greges paſcunt. Tu. Lectio vi.

Indica mihi ſanctos & electos tuos in quorũ mẽtibus requieſcis ne forte offendã & incurram in hæreticos putans te me ibi poſſe inuenire. Hunc verſum male hæretici diſtinguebant tanq̃ ſponſam interrogaret. Vbi paſcas: vbi cubes? Et ipſe reſponderet in meridie cubo: id eſt in auſtrali parte. Tu. ¶ In feſto ſancti Prothi & Hyacinthi cap. Iuſti in perpetuum. Oratio.



BEatorum martyrum tuo
rum Prothi & Hyacin-
thi nos quęſumus domi-
ne foueat precioſa confeſsio
& pia iugiter interceſsio tuea
tur. Per dominum noſtrum.

Lectio prima.

IN anno ſeptimo conſulatus ſui Commodus Im
perator illuſtrem virum Philippum direxit ad
Ægyptum: & vt præfecturam ageret Alexan-
driæ: & omnes poteſtatates quæ per totam Ægy-
ptū adminiſtrabāt: ſuo arbitrio diſpenſaret. Hic i-
taq; Philippus cum vxore Claudia: & cum duobus
filijs Auito & Sergio & filia Eugenia ab vrbe Ro-
ma ad vrbem Alexandriæ dum veniſſet: ac Roma
nam ageret grauitate præfecturam atq; omnem
prouinciam Ægypti Romanis legibus ſubdordi-
naret cunctis quidem magicam curioſitatem ſpe
ctātibus finē impoſuit: Iudæis vero nec nominis
nuncupationem habere permiſit: Chriſtianis au-
tem procul ab Alexandria tantū debere eſſe per-
miſit.

Lectio ſecunda.

Ipſe licet plus Philoſophorum amicus quam fau-
tor idolorum: Romanis tamē ſuperſtitionibus ac
ſi religioſus cultor inſtabat non rationi ſed tradi-
tionibus concordans. Eugeniam igitur filiam ſuā
dum literis liberalibus perfectiſsime docuiſſet: &
tam Græco quam Latino eloquio inſtruxiſſet: e-
tiam philoſophiam docere permiſit. Erat ergo Eu
genia: pulchra facie & eleganti corpore: ſed pul-

Digitized by Google

chrior mente & elegantior caſtitate. Lectio iij.

Et licet ſub Paganiſmis parentibus degeret: eſſe cœpit animo Chriſtiana Et quoniam iuſsi fuerāt Chriſtiani ab Alexandria vrbe abſcedere cœpit cogitare qua arte ad Chriſtianam doctrinam attingeret. Rogat parentes vt aduectandi gratia per mitteretur prędia ſua in ſuburbio Alexādrino poſita circuire. Tu. Lectio iiij.

Cunq; ſtatim vt popoſcerat impetraſſet & ab vrbe properaret ad villulā iter agens euentum Teclę virginis intra Baſternam legēs animo reuoluebat. Tūc dicit ad pueros ſuos: Prothum & Hyacinthum. Sció mecum vos literis eruditos: nec vos latet quanta Poetæ de Deo confingant: quanta Philoſophi commenta ſentiant. Lectio quinta.

Cumq; inter matronas & virgines opinio Chriſtiana gauderet Baſilla quæ erat neptis Galieni Auguſti: virgo conſpicua atq; prudentiſsima peruenit ad Eugeniam occulte & audiens ſermonē veritatis ex ore Eugeniæ ita credidit vt incomparabilis haberetur. Lectio ſexta.

Cunq; oraſſent ſimul complentes orationem ſederunt. Tunc Baſilla dicit Eugeniæ. Vidi enim & probaui quod duplicem martyrij palmam in cœlo ſuſcipias Hæc dicēte Baſilla: omnes pene matrone in amore Chriſti ſuccenſę ſunt: ita vt ſi fieri poſſet nulla earum ad domum propriam repedaret. Qua decreto Galieni Imperatoris gladio interfecta: tenetur Prothus & Hyacinthus: qui deo ſeruan-

ſeruantes fidem decollantur tertio idus Septembris. Tu. Homel. Cum audieritis præ. Sexto die.

Lectio prima.

VOx Chriſti ad Eccleſiam. Si ignoras te o pulchra inter mulieres: egredere & abi poſt veſtigia gregum. Ac ſi diceret. Tu quereris te quaſi â me derelictam & perſecutionum feruoribus denigratam: nec conſideras quod pulchra ſis inter mulieres: ideſt non attendis virtutum ſpiritualium pulchritudinem: qua præ cæteris decoraris licet tentationibus denigreris. Tu. Lectio ij.

Si ergo ignoras te: ideſt ſi hanc dignitatem & formoſitatem tuam non recognoſcis: regredere de meo conſortio: & abi poſt veſtigia gregum. Hoc eſt ſequere & imitare doctrinam errantium hæreticorum qui contempto vero paſtore vnius gregis multos ſibi greges coaceruarunt.

Lectio tertia.

Sequitur. Et paſce hedos tuos: ideſt peccatores & erroneos auditores: Sequitur. Iuxta tabernacula paſtorum: ideſt: ſecundum dogmata hæreticorũ. Vnus enim paſtor eſt Chriſtus qui vnum habet gregem ideſt vnitatem Catholicæ Eccleſiæ.

Lectio iiij.

PAſtores vero multi ſunt hæretici qui gregẽ deceptorum hominum ſibi aggregant quos diabolo paſcunt. De quibus pſalmiſta. Sicut oues in inferno poſiti ſunt. Oues vocãtur in hoc loco mali non propter ſimplicitatem vel innocentiam: ſed per hebetudinem: quia neſciunt reſiſtere

ſtere prauę doctrinæ: ſed omnia quæ ſibi imponū tur à malis doctoribus: ſuſtinent non bona patien tia. Tu autem domine. Lectio quinta.

S equitur. Equitatui meo in currib⁹ Pharaonis aſſimilaui te amica mea Equitatum ſuum appellat exercitum filiorum Iſrael: videlicet ſexcenta ſex milia qui egreſsi ſunt de Ægypto: & tranſierunt mare rubrum Equitatum autē ſuum illam multitudinem dicit: quia ſicut auriga currui præeſt: ita Deus illi plebi præerat: protegēs illam & defen dens: & ad terram repromiſsiouis introducēs. Tu autem. Lectio ſexta.

H uic equitatui aſsimilauit amicam ſuam: quoniā ſicut ille populus per mare rubrum ſaluatus eſt Pharaone dimerſo: ita Eccleſia gentium per baptiſmum de diaboli ſeruitute liberata eſt: & ad terram verę repromiſsionis & Euangelicam libertatem introducta. Sic quæ erat ancilla viciorū: facta eſt amica Chriſti: emundata & abluta per baptiſmum à ſordibus peccatorum. Septimo die. Le. i.

SEquitur. Pulchrę ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Turturis natura eſt: vt ſi caſu coniugē perdiderit vltra alium non requirat. Turturi ergo aſsimilatur Eccleſia: quia ex quo Chriſtus præſentia corporali mundū deſeruit: & cœlos petiīt: Eccleſia in eius amore tenaciſsime perſeuerat: nec recipit illum adulterinum amatorem: quia contemnit mundum & concupiſcentias eius: & ſolius ſponſi ſui puchritudinem mente contemplatur. Tu autem. Lectio ſecunda.

G enæ

Genas autem turturis genis Eccleſiæ comparat
quia in genis maxime verecundia apparet. Et per
hoc pudor & verecundia Eccleſiæ oſtẽditur: quia
erubeſcit fœdum aliquod & quod ſponſo ſuo di-
ſpliceat perpetrare. Et eſt ſenſus. Noli timere ne
vageris per greges ſodalium quia tanto te amoris
mei pudore & tanta verecundia donaui: vt certiꝰ
ſim te me non poſſe deſerere: vel ad alienos defle-
ctere. Tu autem.

Lectio tertia.

Sequitur. Collum tuum ſicut monilia. Per collũ
Eccleſiæ doctores ſancti præfigurãtur. Sermones
etiam quibus archana mentium demonſtrantur
per colli fiſtulam egrediuntur. Sic ſancti docto-
res & cibum nobis ſalutarem miniſtrant: & etiã
ſecreta ſcripturarum nobis manifeſtant. Hoc er-
go collũ Eccleſiæ quaſi monile eſt: quia caſtę do-
ctrinæ gemmis & virtutum ornamentis ſancti de
corantur. Monile enim ornamentum eſt virgi-
num: vel matronarum. Tu. ¶ In ſancti Maurilij
Epiſcopi & Confeſſoris Cap̄. Ecce ſacerdos ma-
nus.

Oratio.



SAncti Maurilij Confeſſoris tui atq; pontificis quæſumus domi ne muniamur ſuffragijs: cuius te donante lætamur ſolennijs. Per.

Lectio prima.

BEatus Maurilius Mediolanen ſis oppidi oriundus extitit parentibus nobiliſsimis: & à beato Martino literis ſacris inſtitutus. Sed beato Martino

tino

tino Arrionorũ perfidia de ciuitate illa expulſo: ſanctus Maurilius ibidem moratus eſt: quo vſq; a beato Ambroſio officium lectoris accepit. Tu autem domine.

Lectio ſecunda.

Interea pater ſuus communi ſorte præuentus hominem exuit. Maurilius vero relicta matre omniumq; rerum ſuarum cupiditate habendi: Marinum qui Turonicam iam regebat Eccleſiã petijt: & tandiu cum eo demoratus eſt: donec cæteros gradus Eccleſiaſticos gratiam ſacerdotij Martino cogente ſuſceperit inuitus. Tu autem domine.

Lectio tertia.

Adepto itaq; Sacerdotij honore precioſus Confeſſor Turonis egreſſus Andegauorum vrbem expetijt. Audienſq; in villa quæ nũcupatur Calonie: fanum idolorum culturis dedicatum ibidem aduenit. Qui ad Deum tota mente conuerſus exorauit: vt fanum dæmonijs conſocratum: quod ille non poterat: ipſe deſtrueret. Mox vero diuinus ignis emiſſus de cœlo: quicquid ſimulachrorum ibidem reperit: ſub momento ſumpſit fundataq; Chriſti Eccleſia per annos duodecim inibi degẽs multis ſe ieiunijs & orationibus domino mancipabat. Tu autem.

Lectio iiij.

INterea dum beatus Maurilius talibus floreret virtutib⁹ vrbs Andegauorum proprio viduatur paſtore. Tunc collectis vndiq; ſacerdotibus in vnum conuenere concilium: cõquirentes quis eorum ſubſtitui deberet in pontificale miniſterium. Cum igitur talia conquirerent: præ foribus

adeſſe

Digitized by Google

adeſſe nunciatur Martinus Cuius dum ſniæ pene omnes præſtolarentur ait. Viri fratres audite conſilium bonum. Qui a Deo vobis eſt electus pontifex: ipſum ſuſcipite ſacerdotem. Maurilius enim Caloniẽſis Presbyter: erit pontifex veſter.

Lectio quinta.

Quod audientes gauiſi ſunt vehementer: & mox pari mente & voto in vnam conuenere ſniam. Cõuocatisq; nuncijs iuſſu domini Martini celerrime diriguntur ad virum. Quem de propria raptũ Eccleſia Martini pñtiæ nolentem ſiſtunt. Qui cũ beato Martino Eccleſiam ingrederetur ſtatim ad declaranda eius merita niueo candore columba cœlitus elapſa ſuper caput ipſius deſcendit ac reſedit. Tu.

Lectio vi.

Tunc Maurilius vt erat humilis & mitiſsimus nõ contempſit Imperium: ſed implens præceptum ſuſcepit ſacerdotium. Ordinatoq; in pontificatu: in eo tanta domini gratia rutilabat: vt non tantũ verbis dæmonea effugaret: egrotos oratione curaret: cæcis ſigno crucis viſum redderet: ad priſtinã corporis ſanitatẽ infirmos reuocaret; verumetiam trium mortuorum ſuſcitator magnificus exiſteret. Hom. Homo quidam peregre. ¶ In exaltatione ſanctæ crucis ad veſ. añ. Sanctifica nos domine ſignaculo ſanctæ crucis: vt fiat nobis obſtaculum contra ſæua iacula inimicorum defende nos domine per lignum crucis: & per precium iuſti ſanguinis tui cum quo nos redemiſti. Pſ. Laudate pueri domin. Cap. Fratres confido de vobis. 88

vt ſup. in inuentione eius. ℞ Ex diuinæ charitatis beneficio in longum & latum crucis fit dimenſio. Vt ipſius ſublimitas atq; profundum ad vitam circunquaq; reintegret mundum. ℣. Lignum vitæ in cruce tua domine manifeſtum eſt. Vt. Hymnus Salue crux ſancta. Vt ſup. in alio eius feſto. ℣. Adoramus te Chriſte & benedicim⁹ tibi Quia per crucem tuam redemiſti mundum. Ad magn. añ O crux glorioſa. Vt ſup. Oratio.



DEus qui vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti precioſo ſanguine: humanum genus redimere dignatus es: concede propitius: vt qui ad adorandam viuificam eius crucem adueniũt: à peccatorum ſuorum nexibus liberentur. Eodẽ die. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum pariterq; pontificum Cornelij & Cypriani nos quæſumus domine feſta tueantur: & eorum comm endet oratio veneranda. Per. Ad cōplet. hym. Te lucis ante. Cap̃. Tu autem in nobis es. Ad nunc dimit. Añ. Salua nos. Cōmpletorium paruum dicitur poſt veſp. beatæ Marię virginis. Primæ ſimiliter duæ dicuntur cras. Nota in miſſa tres orationes dicuntur. Prima de die. Secunda de beata virginine. Tertia beatorum martyrum. Præfatio. Qui ſalutem humani. Credo dicitur. Inuit. Præueniat faciem domini noſtri noſtra Confeſſio. Qui ſuum

ſuum triumphum declarauit crucis exaltatione. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Lignum crucis ſemper oportet adorari: per quod iugiter ab aduerſario mereamur liberari. Pſal. Domine dominus noſter. Añ. Crux eſt ſancta noſtræ ſignaculum Chriſtianitatis: quo deſtruitur vniuerſitas infidelitatis. Pſa. Conſerua. Añ. In frontibus noſtris crucis ſignati ſacramento mundemus conſcientias noſtras ab omni inquinamento. Pſal. Domine in virtute. ℣. Adoramus te Chriſte. Lectio prima.

Tempore illo poſtquam Conſtantino Auguſto contra Maxentium tyrannum properãte ad bellum: ſignum ſanctæ crucis cœlit⁹ fuiſſet oſtenſum: & ipſo fœliciter obtinente triũphum ab Helena iam dicti principis matre ſancta crux fuiſſet inuenta: atq; per ſanitatem egroti & reſuſcitationem mortui fuiſſet euidenti iudicio virtutis declarata: regina voti compos effecta: ita ſalutare lignum fecit ſecari per mediũ: vt & crucem Cõſtantinopolim deferret ad filium: & crucem Hieroſolymis thecis argenteis conditam reſeruaret in loco (ſapienti vſa conſilio) ſcilicet vbi fuerat membris dominicis aptata ſupplicio: ibidem honorifice veneraretur à populo. ℟. In ligno crucis noſtra ſplendet gloria: in ipſo ſignatur noſtra victoria. Hoc ſignati: hoc muniti ſignaculo: potenter reſiſtamus aduerſario. ℣. Dulce lignum dulces clauos: dulce pondus ſuſtinuit. Hoc.

Lectio ſecunda.

Multorum itaq; temporum labẽte curriculo: cũ

Digitized by Google

exigente mole peccaminum: flagellari permitte-
ret dominus populum Chriſtianum per ſçuitiam
Paganorum: Coſdroas quidam prophanus & im-
pius regnum adeptus eſt Perſarum qui intantam
prorumpere auſus eſt proteruiam: vt ab incolis
vicinarum gentium quas impetu vaſtans Barbari
co ſuo nephando ſubiugauerat dominio: & coli
ſe iuberet vt deum: & vocari regem regũ & domi
nũ dominantium. ℟. Crucis ſacroſanctũ eſt my-
ſterium: crucifixũ eſſe dei filiũ. Laus eſt ligni Vi
talis & gloria: quo abſorpta eſt mors in victoria.
℣. Mors mortua tunc eſt: quando in ligno mor-
tua vita fuit. Laus. Lectio iij.

Hæc hoc ſolũ ei ſufficiebat ad ſuæ damnationis
interitum: verumetiam Syriam & Paleſtinam cũ
ſubiugaſſet & Ægyptũ: regna quoq; q̃ infra & ex-
tra limina conglutinabantur per circulũ: ſuo cru
deliſſimo ſubiungeret dñatui Hyeroſolymam
adijt Eccleſias Chriſti ſubuertit: totamq; finitimã
regionem vaſtauit: incendit atq; depredatus eſt.
Ad ſepulchrum ergo domini cum voluiſſet acce-
dere: territus redijt: ſed tantum ligni ſalutaris par
tem quam religioſa regina ibi in teſtimonium
virtutis reliquerat: aſportauit. ℟. Et diuinæ chari-
tatis. vt ſup. In ij. noctur. añ. Chriſtus quando per-
14 tulit ingnominiam crucis credentibus reconſi-
gnauit gloriam æternæ ſalutis. Pſalm. Domini eſt
terra. Añ. Omnis vir Chriſtianus abneget ſemetí
33 pſum: crucemq; ſuam tollẽdo ſequatur dñm cru-
cifixum. Pſa. Magnus dominus. Añ. Caro noſtra
cum

Digitized by Google

cū vicijs & concupiſcentijs eſt crucifigenda: vt ſpiritus ſiderea poſsit ſcandere ſalutis regna. Pſa. 44
Iubila. ℟. Hoc ſignū crucis erit in cœlo. Cū. L. iiij.

FEcerat nāq; ſibi turrim argenteā in qua inter lucentibus gemmis thronū extruxerat aureū: vbi ſolis quadrigam & lunę vel ſtellarum collocauerat imaginem: atq; per occultas fiſtulas meatus aquæ duxurat: vt quaſi Deus pluuiā deſuper videretur infundere: & dū ſupra terraneo ſpecu equis iucirtuitu trahentibus circumacta turris fabrica moueri videbatur: quaſi quodammodo rugitum tonitrui iuxta poſsibilitatē artificis mētiebatur. In hoc itaq; loco ſedē ſibi parauerat: atq; iuxta eam quaſi collegam crucem dominicā poſuerat filio ſuo regno tradito: ipſe in phano huiuſcemodi reſidebat. ℟. Hoc fides habet ex myſterio crucis & paſsione Chriſti. Vt corpus regeneratis: fiat caro crucifixi. ℣. Hæc eſt mutatio dextra excelſi. Vt.

Lectio quinta.

Illo itaq; tpe Eraclius: arcē tenebat Imperij: vir armis ſtrenuus lingua eruditus: corpore decorus: & quamuis ſeculari actui deditus totus tñ erat in fide catholicus & erga Dei cultores ſupplex beniuolus ac deuotus. Pergens igitur filius Coſdroe cōtra Eraclium iuxta Danubiū magnū fluuiū cum ſuo conſedit exercitu. Tu. ℟. Gaudeat ſpiritualis Chriſtianus ſed lugeat carnalis Iudæus. Quia crux Chriſti eadem eſt credentibus gloria & non credentibus pœna. ℣. De intentione Iudaici facinoris in cruce voluntas impleta eſt miſerētis. Quia. Le.

Digitized by Google

Lectio ſexta.

Tandem inſpirante clementia ſaluatoris vtriuſq;
principibus placuit:vt ipſi ſinguli in medio pon-
tis fluminis dimicaturi confligerent:& cui ſors vi
ctoriam cõtuliſſet:ipſe ſine damno vtriuſq; exer
citus Imperium vſurparet. Decretum etiam cum
iuramento firmauerunt vt ſi aliquis ex eorum po
pulo principi ſuo venire in auxilium præſumpſiſ-
ſet cruribus exciſis & brachijs ab eis in flumine
mergeretur. Tu autem. ℟.Nunc ſanguis Abel iu-
ſti:mortem ſummi paſtoris denunciat. Nunc ar-
cha Noe quid ſalutis ſit in ligno crucis manife-
ſtat. ℣.Mors enim per ipſam damnata eſt:& mun
dus totus per illam illuminatus eſt. Nunc. In iij.
noct. añ.De intentione Iudaici facinoris in cruce
70 voluntas impleta eſt miſerentis. Pſal.Cantate do-
min. i. Añ. Gaude ſpiritualis Chriſtiane:quia crux
Chriſti tibi eſt gloria: ſed Iudęus carnalis lugeat
71 qđ ſit ſibi pœna. Pſ. Dominus re. Añ. Credentibus
per crucem datur virtus de infirmitate:gloria de
73 opprobrio:vita de morte:triumphus ab hoſte.
Cantate. ℣. ℣. Mihi autem abſit gloriari. Lectio vij.

Secundum Ioannem.

Ca.12.



IN illo tempore. Dixit Ieſus turbis Iudæorum. Ego ſi exaltatus fuero à terra: omnia traham ad meipſum. Et reliqua. Hom. beati Aug. Epiſc. Omnia inquit traham poſt me: vt ſit caput eorum & illi mem-

membra eius: ſed ſi exaltatus fuero inquit à terra: hoc eſt cum exaltatus fuero. Non enim dubitat futurum eſſe quod venit implere. Hoc refertur ad illud quod ſuperius ait. Si mortuum fuerit granum nullum fructum affert. Nam exaltationē ſuam: quid aliud dixit quam in cruce paſsionem? Quod & ipſe Euangeliſta non tacuit: ſubiunxit enim & ait. Hoc autem dicebat ſignificās qua morte eſſet moriturus. Tu. ℟. Exaltatus in ligno crucis Ieſus Chriſtus mortem in mortis auctorē retorſit. Nam aduerſas virtutes per obiectionē paſsibilis carnis eliſit. ℣. Claui qui domini manus & pedes transfoderant: perpetuis diabolū vulneribus fixerunt.

Lectio viij.

Reſpondit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia Chriſtus manet in æternū. Et quomodo tu dicis: oportet exaltari filius hominis? Quis eſt iſte filiꝰ hominis? Memoriter tenuerunt quod dicebat aſſidue filium hominis ſe eſſe. Nam hoc loco non ait: ſi exaltatus fuerit à terra filius hominis: ſed ſuperius dixerat (quod lectū atꝗ tractatū eſt:) quando nunciati ſunt gentiles illi qui eum videre cupiebāt. Venit hora vt clarificetur filiꝰ hominis. ℟. Crux tua domine fons eſt omniū benedictionū: omnium eſt cauſa gratiarum. Per quam credentibus datur virtus de infirmitate: gloria de opprobrio: vita de morte: triumphus de hoſte. O mirabilis potentia crucis: & ineffabilis gloria paſsionis.

Lectio nona.

Hoc itaꝗ iſti animo retinentes: & quod nunc ait:

cũ exaltatus fuero à terra: mortē crucis intelligētes quęſierunt ab illo & dixerunt. Nos audiuim⁹ ex lege: quia Chriſtus manet in æternum. Et quõ tu dicis oportet exaltari filiũ hominis? Quis eſt iſte filius hominis? Si enim Chriſtus eſt (inquiũt:) manet in æternũ. Si manet in æternũ: quõ exaltabitur à terra: id eſt quõ crucis paſsione morietur? Hoc enim eũ dixiſſe intelligebant: quod facere cogitabant. Non ergo ais verborum iſtorũ obſcuritatem aperuit infuſa ſapientia: ſed ſtimulata cõſcientia. T. ℟. Crux Chriſti quæ ſaluandis eſt impenſa: mortalib⁹ & ſacramẽtũ eſt & exẽplũ quo deuotio incitatur humana. ℣. O lignũ precioſum & admirabile ſignum. Sa. Ad lau. añ. Pręcinxit ſe dñs fortitudine cum crucis maledictũ factus eſt
69 pro muudi redemptione Pſ. i. Dñs re. Añ. Sanctæ crucis in honore dño iubilemus: quia circa nos eſt in æternũ miſericordia eius. Añ. Vere obſtructum eſt os loquentiũ iniqua: quoniã per lignum crucis à morte ſurrexit vita. Fons omniũ benedictorũ de ligno crucis manauit lepra qui humanę contagionis emundauit. Añ. Eccleſia ſanctorũ laudet auctorē ſalutis totius: quia exaltatũ eſt in cruce nomen eius ſolius Cap. vt ſup. in vs. Hym. Lignum crucis mirabi. vt ſu. in alio eius feſto ℣. Dicite in natio. Ad bñs añ. Super omnia ligna Cedrorũ tu ſola excelſior in qua vita mundi pependit: in qua Chriſtus triumphauit: & mors mortem ſuperauit alleluia. Duæ primæ dicuntur. Ad primam Hymnus. Iam lucis. Añ. Pręcinxit

ſe.

ſe. Pſalm. Deus in nomine. cum cæteris. Cap̄. O-
mnis homo. ℟. Ieſu Chriſte. ℣. Qui ſedes. Oratio.
Domine ſancte pater. Alia prima dicatur de bea-
ta virgine. Ad tertiam & ad alias horas an̄æ laudū.
Sed Cap̄. ℟. & ℣. dicuntur in inuentione eius: &
oratio de feſto. In ij. veſp. an̄. Præcinxit ſe. Pſalm. 90
Credidi ad dominum. Eripe me. Domine clama- 110
ui. Voce mea. Cap̄. Confido. ℟. Crux Chriſti quæ 110
ſalu. Hymnus. Salue crux. ℣. Adoramus te. Ad
magni. an̄. O crux ſplendidior cunctis aſtris: mun
do celebris: hominibus multū amabilis: ſanctior
vniuerſis: quæ ſola fuiſti digna portare ſalutē mū-
di: dulce lignum: dulces clauos: dulcia ferens pon
dera: ſalua præſentem cateruam in tuis hodie lau
dibus congregatam. ¶ In octaua natiuitatis Ma-
riæ. Reſponſoria. An̄æ. & omnia vt in die.

Lectio prima.

Sequitur. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Murenulę iuxta litteram ornamenta ſunt colli virginalis & puellaris virgulę videlicet auro perplexę intermixtis nonnunquam pulchra varietate ſubtiliſsimis argenti filis. Et hoc eſt quod dicit vermiculatas argento: ideſt in modum vermium terrænorum quos lumbricos dicunt diſtinctas & inter ſe coniunctas. Murenulæ autem diminutiuæ dicuntur à ſimilitudine piſcis Marini qui Murena vocatur. Murenulæ myſticæ ſunt perplexa Scripturarum dogmata & diuerſis ſanctorum patrum ſententijs inter ſe coniuncta: Au-

rum quippe claritatem ſignificat ſenſus ſpiritua-
lis: argentũ vero nitorem eloquij deſignat. Tu au
tem domine miſerere noſtri.

Lectio ij.

Murenulas ergo aureas ſpõſus ſponſæ ſuæ facit: cũ Chriſtus Eccleſiam ſuam doctrinis ſanctorum patrũ ſenſu & eloquio fulgẽtibus inſtituit atq; ad illorũ fidẽ & virtutem imitandam accẽdit. Notandum eſt enim quod pluraliter dicit faciemus tibi: quaſi enim Chriſtus ſe perſonis doctorum coniungit: per quos ipſę Murenulæ concathenantur: vt illis Eccleſia exornetur.

Lect. iij.

Vox ſponſi. Cum eſſet Rex in accubitu ſuo: nardus mea dedit odorem ſuum. Vox ſponſæ: regem ſponſum ſuum dicit: qui per diuinitatem ſuã omnia regit & etiam ſecundum humanitatem de regia Dauidis ſtirpe natus eſt. Accubitus huius regis fuit incarnatio eius. Accumbere enim eſt diſcumbere & reclinari. Et tunc Chriſtus accubuit: quando pro noſtra redemptione ſe vſq; ad ſuſcipiendam naturam noſtram inclinauit. Et tunc nardus dedit odorem ſuũ: quando virtus Eccleſię magis enituit. Cum enim conſiderat deum pro ſe hominem factum amplius ad ſpiritualium virtutum ſtudium: & ad amorem ſui conditoris accenditur: nardus enim fragrantiam virtutũ ſpiritualium deſignat. Tu autem.

Lectio quarta.

ERant quidam ſancti ante incarnationem dei: ſed ſicut dictum eſt ſanctitas magis a tempore incarnationis xp̃i excreuit: & quodam
modo

modo nardus: eccleſiæ: id eſt odor virtutũ fortius dedit odorem ſuũ. Iuxta literam nardus eſt arbor aromatica craſſa & fragili radice: folioq; paruo & denſo: cuius cacumina in ariſtas ſe ſpargũt. Hoc vnguento Maria Magdalena pedes & caput domini perunxiſſe in euangelio legitur: cum eſſet in domo Simonis leproſi. Tu autẽ domine. Lc. v.

Sequitur. Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi. Myrrha ſpecies eſt Aromatica nimię amaritudinis: qua mortuorum corpora condiuntur. Hoc loco paſsio Chriſti & ſepultura deſignantur. Nam depoſitum corp⁹ dñi de cruce à Nicodemo & Ioſeph: myrrha & Aloe conditũ eſt & inuolutum lintheis cum aromatibus ac ſepulturę datũ. Dicit ergo eccleſia ſpõſo eius. Dilectus meus faſciculus mihi myrrhę factus eſt quia propter me mortuus & ſepultus eſt. Tu autem. Lect. vi.

Sequitur. Inter vberẽ mea commorabitur. Nemo dubitat locum cordis inter vbera eſſe. Dicit ergo inter vbera mea cõmorabitur: ideſt in cordis mei memoria æternaliter habebitur. Et nunquam tantorum beneficiorum eius obliuiſcar ſiue in proſperis ſiue in aduerſis recordabor eius qui me dilexit & mortuus eſt pro me. Tu autem.

¶In ſancti Nicomedis martyris cap. Nemo militans. Oratio.

ADeſto domine populo tuo: vt beati Nicomedis martyris tui merita prę́clara ſuſcipiens ad impetrandam miſericordiam tuam: ſemper eius patrocinijs adiuuemur. Per domi.

In feſto ſancti Lamperti cap. Beat⁹ vir q̄ in ſa.

Oratio.

DEus qui beatum Lampertum pontificem & martyrem tuũ tuo amore inflammaſti: concede propitius: vt qui illius ſolennia celebramus deuoti: ipſo opitulante ſemper gaudeamus ab om̄i aduerſitate ſecuri. Per do. Le. i.

GLorioſus vir dei Lampertus oppido Traiectenſi fuit oriundus. Qui à parentibus ſacris literis ad iubendũ eſt traditus: dũ pueritię annos excederet ſpũ ſapiẽtiæ: & humilitatis gratiæ reſplendebat plenus. Tu autem domine.

Lectio ſecunda.

Prædictæ autem vrbis pontifice decedente: per regis imperium & plebis conſenſum: vir dei Lampertus eiuſdẽ vrbis ſurrogatur ep̄s. Sumpto aũt officio erat in timore dei perfectus: & quotidie in omne opus bonum augebatur. Lect. iij.

Cum igitur iam iam vir ſctũs pro cuſtodia gregis ſibi cõmiſſi multa certamina toleraſſet: inſurrexerunt duo peſſimi homines & ſeculari potentia tumentes: qui res ſuæ eccleſiæ iniuſte peruaſtarunt. Et cum eorũ inſolentiã nullus ferre poſſet amici põtificis ira repleti. ignorante viro dei: eoſdem interfecerunt. Tu autem domine. Le. iiij.

ERat eis quidam cõſanguine⁹ nomine Dodo: opibus plenus ac ſuperbia tumidus. Qui multitudine collecta armatorum: necem prædictorũ in ipſo ſancto dei vlciſci crudeliter animũ appoſuit. Tu autem domine. Lectio v.

Cum

Cum igitur vir ſanctus in quadã Dioceſis ſuę ſede moraretur: & matutinale officium nocte cum fratribus dño perſoluiſſet: aſſunt armati: qui clauſas fores effringentes ſuper ſctm̃ virũ vbi orabat irruũt. Qui mox letali ictu iaculatus beatus meritis dicatum cœlo ſpiritum reddidit. Tu. Lc.vi.

Corpus autem beati viri naui impoſitũ ad ſedem Traiectenſis eccleſiæ eſt delatum. Mox vero omnis pene ciuitas ruit in funeris obſequiũ. Cuius corpus digno honore tumulatum iacet in gloria reſurrecturum. Tu autem. Homelia. Nihil opertum. ¶In vigilia ſancti Mathæi apoſtoli. Homelia. Hæc mando vobis. Cap̃. Beatus homo q̃ inuenit ſapien. Quære in communio. Oratio.



DA q̃s omnipotens deus: vt beati Matthæi apoſtoli tui & euangeliſtę quã præuenimus veneranda ſolennitas: & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Cætera vt infra. In primis veſp. añ. Excelſus Cum cæteris cap̃. Vnicuiq; veſtrum data eſt. Quære ſup. de ſancto Marco euãgeliſta. ℞. Hoc eſt præceptũ. Hymnus. Exultet cœlũ. ℣. In oẽm terrã. Ad magni. añ. Cõſpicit in cœlis mens prudens Ezechielis. Quatuor obſcuris animalia ſtare figuris Prima Leonina facies & deutra Bouina Trita hoiem oſtẽtat Aq̃lã Tetrarcha retentat. Ex his Telonei celebrãtes feſta Mathęi: Chriſto dulciſonas reſonemus carminis odas. Oratio.

Beati

BEati Mathæi apoſtoli tui & euangeliſtę dñe precibus adiuuemur: vt qđ poſsibilitas noſtra non obtinet: eius nobis interceſsione donetur. Per. Hiſtoria de Apoſtolis. Lectio i.

ERāt duo magi Zaroes & Arphaxat apud Aethiopes in ciuitate eorum magna quæ dicitur Naddauer: in qua erat rex Egglippus. Hunc ita ludificabant hi duo magi vt dicerent ſe deos eſſe: & credebat eis rex & omnis populus memoratę vrbis. Et ibat opinio eorum per totam Aethiopiam: ita vt ex longinquis regionibus Aethiopię venirent & adorarent eos. Tu aūt. Lc. ij.

Ingreſſus aūt ciuitatē btūs Mathæus apoſtolus cepit detegere pręſtigia eorū. Hunc cum vidiſſet Aethiops Eunuchus Candacis reginę: qui fuerat à Philippo apoſtolo baptizatus: procidit ad pedes eius adorans & dicens. Quia reſpexit deus ciuitatem iſtam vt liberaret eam de manu duorum magorū horum: quos putant ſtulti homines deos eſſe. Et ſuſcepit eum in domum ſuam. Lc. iij.

Et veniebant ad eum oēs amici Candacis Eunuchi: & audientes verbum vitæ: credebant Chriſto Ieſu dño & baptizabantur plurimi: vidētes qđ oīa quæ faciebant magi mala hominibus hæc dei apoſtolus euacuaret. Tu autem. Lectio iiij.

INtereà venit qui diceret magos illos cum duobus draconibus aduenire. Dracones autē erant Galeati: flatus eorum flammiferum ardorem emanabat: ſulphureas ſpargebant naribus auras: quorū odór homines interficiebat. Tūc cōſignās

ſe Mathæus apoſtolus ſigno crucis ſecurus exijt ad eos. Illico autem vt venerunt illi ambo dracones ante pedes apoſtoli obdormierunt. Tu. Lec.v.

Tunc dixit apoſtol⁹ magis. Vbi eſt ars veſtra? Si poteſtis: excitate eos. Et conuerſus ad dracones dixit: In noīe dñi noſtri Ieſu Chriſti q̄ cōceptus eſt de ſpū ſctō: & natus ex Maria virgine ſuſcitamini: & cū omi manſuetudine redite ad locū veſtrū: ita vt nullū cōtingatis nullū ledatis. Ad hanc vocē eleuātes capita ſua dracones cœperunt ire: atq̄ apertis portis vrbis egreſsi nuſq̄ cōparuerūt.

Lectio ſexta.

Et tandē poſt multa miracula ꝑpetrat ꝑ eū: in ecclesia orationibus inſudabat cū Chriſtianis quos cōuerterat. Et poſt orationē myſterijs dñi celebratis iuxta altare vbi corpus ab eo fuerat Chriſti cōfectū: expāſis manib⁹ orantē ſpiculator miſſus ac Hirtaco á tergo pūcto ictu gladio feriēs: apoſtolus dei martyr effect⁹ vndecimo kalēdas octobris migrauit ad dñm: cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorū amen. Lect.vij. Secundū Matthæū.



IN illo tempore. Cum tranſiret Ieſus vidit hominē ſedentem in Theloneo Matthæum nomine: & ait illi. Sequere me. Et ſurgens ſecut⁹ eſt eum. Et reliqua. cap.19 Homelia venerabilis Bædæ presbyteri.

Legimus apoſtolo dicēte: quod oēs peccauerūt: & omes egent gloria dei iuſtificati gratis per gratiam

tiam ipſius. Qui & iterum inæſtimabilē eiuſdem gratię magnitudinē cōmendās ait. Vbi aūt abundauit peccatū: ſuperabundauit & gratia. Quia nimirū quāto grauiorē dn̄s in electis ſuis pc̄torum languorē caruit: tanto ampliorem cunctis gratiæ medentis potentiam monſtrauit. Lectio viij.

Vnde & ex lectione euangelica audiuimus: quia ſedentem in Theloneo Matthęū: ac tp̄alibus curis intentū: repente miſeratus vocauit: & de publicano iuſtum: de Thelonearío diſcipulum fecit. Quem etiā ꝓficientibus eiuſdē gratiæ incrementis: de cōi diſcipulorū numero: ad apoſtolat⁹ gradum ꝓmouit. Nec ſolum p̄dicandi verūetiā ſcribendi euangeliū illi miniſteriū cōmiſit: vt qui terreſtrium omiſerat negociorū: cœleſtium eſſe talentorum diſpenſator incipiat. Tu. Lect. ix.

Quod ob id vtiq; ꝓuide etiā ſuperna fieri diſpoſuit: vt nullum enormitas peccatorū ſuorū: nullum numeroſitas ſcelerum â ſperanda venia reuocaret: cum hunc tantum mundinexibus abſolutū tam cœleſtem factum conſpiceret: vt communicato cum angelicis ſpiritibus vocabulo euangeliſta nominaretur & eſſet. ¶ In ſancti Mauritij & ſociorum eius cap̄. Sancti per fidem. Oratio.

Annue q̄s omnipotens deus vt nos ſanctorū martyrum tuorū Mauritij ac ſociorū eorundem lætificet feſtina ſolēnitas quorum ſuffragijs nitimur: natalicijs gloriamur. Per.

Eodem die oratio.

Da

DA q̄s om̄ps deus: vt qui beati Emerammi martyris tui atq; pontificis ſolennia colimus: eius apud te intercesſionibus adiuuemur. Per. Lectio prima.

MAximianus imperator ad reprimendā quorundā præſumptionē in Galliam ꝓperans: ad ſupplementū ſui exercit⁹: legionē Thebeā ex orientalibus militibus ſecum ire ꝑcepit. Quæ legio ſex milia ſexcentoa ſexaginta ſex viros validos animis & inſtructos armis: antiquorū Romanorū habebat exemplo. Tu autem. Le. ij.

Hi ergo milites Chriſtiani religionis ritū orientali regione ab Hieroſolymitanę vrbis ep̄o ſuſceperant. Qui vrbem Romanam attingentes eandem fidem apud beatū Marcellinū ꝑdictæ vrbis pontificē cōfirmauerūt: vt ante gladio interirēt: quā ſacrā fidem Chriſti: q̄ accepant violarēt. Tu.

Lectio tertia.

Maximianus Cæſar vſu quidem militię bellis aptus ſed idolorum ſpecialis cultor. Qui tranſcenſis alpibus vbi Octodorum venit: ibi ſacrificaturus idolis ſuis: conuenire exercitum iuſsit: atroci propoſita iuſsione vt per aras dæmonibus cōſecratas jurarent ęqualibus ſibi animis contra ſeditioſas turbas eſſe pugnādū: Chriſtianos velut dijs ſuis inimicos ab om̄ibus perſequendos. Tu.

Lectio quarta.

QVod vbi primū ꝑuenit ad noticiā Thebęę legionis: ꝑteriēs Orthodorēſe oppidū ad locū cui Agauno nomē ē: celeriter ꝓperauit:

nit: & octo milium ſpacio ab Octodoro ſeparata neceſsitatem ſacrilegij committendi preteriret.

Lectio quinta.

Maximianus Cæſar dñi ad ſacramenta ſuperius memorata cũctos in exercitu ſuo cogeret agnouit præter greſſam (vt diximus) legionẽ. Et ſubito iracundiæ furore repletus ſatellites mittit qui legionem ad ſacramẽtorũ ſuorũ ſacrilegia reuocarẽt. Erant in eadẽ legione Primicerius Mauritius: & ſignifer Exuperius & Candidus ſenator: q̃ ita cõmilitonibus ſuis præerant: vt eis amore potius q̃ terrore obedientiã ꝑciperent. Lect. vi.

Viri itaq; in rebus bellicis ſtrenui virtute nobiles ſed fide in domino nobiliores: erga imperatorem fortitudine: erga Chriſtum deuotione certabant: euãgelici præcpti ſub armis cuſtodes red debant quæ erant dei deo: & quæ Cæſaris Cæſari reſſituebãt. Maximian⁹ Cæſar iracundiæ nimietate ſuccenſus dixit. Ergo milites mei imperatoria ꝑcepta & ſacramentorũ meorũ ordinem ſpernunt? Sanciendum erat vindicta publica: etiam ſi tm̃ maieſtatem regiam cõtemnere voluiſſent: iungitur deſpectui meo cœleſtis iniuria: & mecũ pariter religio Romana contemnitur. Tu autem domine. Homelia. Deſcendens Ieſus. ¶ In ſancta Teclę virginis. Oratio.

Da quæſum⁹ oĩps deus vt q̃ beatę Teclę virginis & martyris tuæ ſolẽnia colimus eius apud te patrocinia ſentiamus. Per domi.

¶ In ſancti Gerardi martyris cap. Btũs vir qui in

ſa.

Ra. Ad magni. An̄. A progenie in progenies fecit miſericordiam dn̄s: qui eduxit Abraham de Hur Chaldæorum: & de vltimis finibus terrę vocauit ſanctum Gerardum vt in hac terra noſtra peregrinus eſſet & aduena: ĩ illa vero cœleſti patria ciuis ſanctorum & domeſticus dei: vbi nobis datus á deo patronus iugiter intercedere dignetur pro hac ſcā̄ plebe & vniuerſis fidelib⁹ alleluia. Oratio



DEus qui beatū Gerardum pontificem agone martyrij & ſtola immortalitatis coronaſti: concede propitius: vt cuius memoriam deuotis mentibus celebramus in terris: eius perpetua defenſione muniamur in cœlis. Per dominū.

Lectio prima.

GAudia quę Chriſti participibus dies hodierna contulit: ex beati patris noſtri Chriſtiq; martyris Gerardi meritis fluxere. Hic em̄ huius lucis lumen p̱ venetos parentes ſortit⁹ dei gratia præueniēte á pueritia cepit dn̄o noſtro Ieſu Chriſto deuotus exiſtere: & euangelicis documentis p̱ oīa parere. Nam religionis habitū puer accepit ſiniſtrāq; primi parentis viam declinans: noui hoīs ſcd'm deū creati callē incedens: regionis per inobedientiam derelictę: ſcilicet paradiſi gaudia iam adoleſcens ſtuduit amare.

Lectio ſecunda.

Igitur dum animi ſinceritate ſanctam vitam

ducerct: placuit dn̄icum viſitare ſepulchrū quatenus Chriſtū propter nos egenum factū pauper & inops ſequeretur. Egreſſus itaq; de terra & de cognatione ſua: tendebat ad orientem: vbi Abraham diues ac pater multarum gentiū factus eſt: quatenus & ipſe in Abrahæ ſemine: id eſt in Chriſto datã bn̄dictionē peregrinationis ſuę labore: vt credulus Abraham poſsideret. Lectio iij.

Peruenit deniq; ad partes Pannoniæ: quarum habenam tunc Chriſtianiſsimus rex Stephanus gubernabat. Quē vir dn̄i humilis atq; ſupplex adijt: cauſamq; ſui itineris aperiens ampliori dilectione eſt ab eo receptus. Quem vbi rex moribus atq; diſciplinarum documentis: bonum Chriſti odorem fore intellexit: clam dimiſsis itineris ſui comitibus hunc ſolum inuitum tenuit: cuſtodiamq; adhibuit. Poſtquam ſeruus domini ſe ſolum inhærens repperit: tumultum populi deuitans: in eadem regione heremum: quæ vulgo Beel vocitatur: petijt: vbi per ſeptem annos ieiunijs orationumq; exercitijs deditus: excepto Mauro monacho ſolus habitauit. Lectio iiij.

INterim præfatus rex Stephanus vt robuſtiſsimus Ioſue: impietatē gentium deleuit: crudeleſq; paganorum mores ſuperauit: ac plurimorum corda ad ſanctę fidei ſemina prępparauit. Videns aūt rex regnū ſuum pacis tranquillitate adeptum: ſeruū dn̄i ab heremo cōuocat: pontificaliq; infula decoratum populo ſuo prædicare deſtinauit. Cui ſuperna pietas tantā gratiam contulit vt

cum

ſum omnes loci illius incolę vnice amarent: & vt patrē colerent: ac iam pater multorū tanq̄ patriarcha Abraham haberetur. Tu autem. Lect. v.

Creſcēte vero fidelium numero eccleſias deo ꝑ ſingulas vrbes fabricauit. Principalem autem eccleſiam in honorem ſancti Georgij precioſiſsimi Chriſti martyris ad littus Morſij fluminis fundauit. Vñ & Moriſenam ſedem appellauit q̄ beatus rex Stephanus dotalibꝰ muneribꝰ nobiliter ditauit. In qua eccleſia ad honorem matris ſaluatoris noſtri venerabilē erexit aram: ante q̄ thuribulū argenteū fixit: cuius miniſterio duos ꝑfectę ętatis homines adhibuit: qui iugiter vigilarent: quatenus ne ad vnam horam odor thimiamatis deeſſet. Tu. Lectio vi.

Poſt mortem beati Stephani regis orta ſeditione in Pānonia: vir ſanctus de Alba vrbe regia egreſſus: ad eccleſiā ſanctę Sabinę ꝑuenit: vbi fratribus cœnantibꝰ clara voce dixit. Fratres amici: cras ad cœnam agni vocamur: & ideo abſq; excuſatione properemꝰ: & pro Chriſto moriamur. Altera aūt die miſſa celebrata: lætus ad martyrium ꝓperabat. Vbi igitur ad fluuiū Danubij peruenit: mox turba malignorū circunfunditur lapideſq; in eū ſedentem in curru proijciunt: deinde equorum collis retortis: plauſtrum ſubuertunt: patremq; humi deijciunt. Ipſe autem poſitis in terra genibus voce magna clamabat dicens. Dñe Ieſu Chriſte: ne ſtatuas illis hoc pctm̄: q̄a neſciunt q̄d faciunt. Et cū hoc dixiſſet in pectore lancea ꝑcuſſus

Digitized by Google

primus martyr Pannoniç effectus ob dormiuit in domino. Homelia. Niſi granum fru. ¶In ſanctorum Cypriani & Iuſtinç caп. Iuſtorũ aĩç. Oratio.

OMп̄s & miſericors deus qui hũc diem paſſione ſanctorũ martyrum tuorũ Cypriani & Iuſtinæ ſacraſti: cōcede q̄s: vt eorum interceſsionibus adiuti: ab omnibus abſolui mereamur periculis. Per dominum. Lectio i.

BEati martyres Cyprianus epiſcopus & Iuſtina paſsi ſub Diocletiano imperatore iudice Eutelio. Iuſtinæ pater erat Duſius apud ciuitate n Anthiochiā: qui viam religionis á Diacono nomine Prelio audiētes baptizati ſunt â ſancto ep̄o Optato. Virgo autem Iuſtina dn̄o ſeruiēs frequentabat eccleſiam. Aglacius quidã ſcolaſticus videns virginem frequenter euntem in eccleſiam: exarſit in amorem eius. Tu. Lect. ij.

Et cum nullo modo poſſet pertingere ad eam rogauit Cyprianũ magũ precium pollicens vt arte ſua dæmones inuocaret quo eam in amorem eius excitare poſſent Cyprianus autem magus vocatis dęmonibus cepit agere: vt virginem Chriſti ei adducerent. Qui ſemel bis & tertio venientes ad beatã Iuſtinã: nihil apud illam ſuis deceptionibus valuerũt: ſed Chriſti ſigno repulſi victi receſſerũt

Lectio tertia.

Cyprianus vero cũ illorũ virtutem aduerſus virginem haud quicq̃ valuiſſe videret dicit ad diabolum. Dic mihi quemadmodũ victi eſtis à virgine Chriſtiana. Cui diabolus. Dicere tibi non poſſum niſi

niſi prius iures mihi. Cunq; Cyprianus illi iuraſſet: ait diabolus. Vidi ſignum Ieſu Chriſti: & extimui. Cyprianus dixit. Ergo crucifixus maior te eſt? Dixit ei diabolus. Etiam: maior eſt enim omnium. Tu autem. Lectio iiij.

Quod audiens Cyprianus: cõtẽnens virtutẽ diaboli currẽs venit ad epm̃ Anthimũ: cecidité ad pedes eius rogans vt doceret eũ: & baptiſmo Chriſti conſecraret. Beatus aũt eps̃ gratias agens deo cathetizauit eũ. Et reuertens Cyprianus in domũ ſuã: oĩa idola cõfregit. Lc. v.

Tunc Cyprianus rediens ad eccleſiã: diligenter ſalutis verbũ auſcultare cepit. Hora deinde reſidens qua cathecumini foras mittebantur: in eccleſia monitus eſt â Diacono: vt cum reliquis cathecuminis egrederetur. Conuerſus vero ad Diaconũ dixit ei. ſeruus factus ſum Chriſti: & foras me mittis? Dicit ei Diacon⁹. Fact⁹ es pfect⁹ ſeruus Chriſti? Cyprianus dixit. Viuit mihi Chriſt⁹ q̃ dæmones cõfudit & mihi miſertus eſt: quia nõ exeo hinc niſi pfectus fuero ſeruus Chriſti. L. vi.

Diaconus beato Anthimo epo hæc renunciauit. Qui ſcd'm ordinẽ inſtructũ baptizauit eum: & nõ multo poſt etiam in Diaconũ ordinauit Qui doctrina & morib⁹ plusq̃ dici poſſit excreſcens miraculorum gratia præclariſſime floruit. Verum non multo interiecto tpe factus eſt eps̃ ſctãmq; Iuſtinam matrem virginũ inſtituit. Tandem poſt multa certamina decollati ſunt ſeptimo kalendas Octobris. Tu aũt. Homelia. Deſcendens Ieſus.

In ſanctorum Coſmæ & Damiani martyrum. cap. Reddet deus. Ad magni. añ. Coſmas & Damianus: Anthimius: Leontius: Euprepius: hi quinque fratres à deo coronati ſunt. Oratio.



MAgnificet te dñe ſanctorum martyrum tuorum Coſmę & Damiani beata ſolennitas: qua & illis gloriam ſempiternã & opem nobis ineffabili ꝓuidentia cõtuliſti. Per. Lectio i.

TEmporibus Diocletiani & Maximiani imperatorũ facta eſt ꝑſecutio Chriſtianorum in ciuitate Egea. Sedẽs itaq; ꝓconſul Liſias ꝓ tribunali audiuit ab officio ſuo vitã beatiſsimorum Coſmę & Damiani martyrũ q̃ & quanta per eos dñs circa egrotãtes ageret: & qđ eſſent Chriſtiani medicinali arte imbuti: circũeuntes ciuitates vel ꝓuincias: infirmos ſanãtes: & oẽs oppreſſos à ſpiritibus immundis in noĩe eius qui dicitur Chriſtus curãtes: ſed & alia ſigna in noĩe eius facientes: & hæc videntes cultores deorũ noſtrorũ recedunt à ſacratiſsimis immolationibꝰ eorum.

Lectio ſecunda.

Audiens igitur p̄ſes quæ fiebãt ꝑ ſanctos: dirigit quoſdã ab officio ſuo q̃ eos tenerẽt: & ſtatim apparitoribus p̄ſentantur. Aſpiciens eos impiiſſimus p̄ſes dixit. Quare vos circũeuntes ciuitates vel ꝓuincias: q̃ plurimos cogitis recedere à deorũ noſtrorũ cultura? Primum quidem dicite mihi cuius

cuius eſtis prouinciç & quæ ſunt nomina veſtra: vel cuius eſtis fortunæ? Tu autem. Lectio iij.

Martyres dixerunt. Hoc ſi vis ſcire: Arabiç prouinciç ciues ſumus. Nomina noſtra hçc ſunt: ego quidem Coſmas dicor: frater meus Damian⁹. Fortuna aũt q̃d ſit ignoramus: Chriſtiani enim ſum⁹ ex magno genere. Tu autem. Lectio iiij.

PRæſes dixit ad ſanctos. Tractantes quod expedit vobis accedite & ſacrificate dijs noſtris: ſi autem nolueritis: crucians vos tormentis negare faciam Chriſtũ. Sancti vero martyres ſic ex vno ore dixerunt. Tormenta tua valde contẽnentes non timemus: fac ergo quod putas: nam idola ſurda & cæca quæ ſunt lapides & çramenta: deos dicere nõ poſſumus. Audiens hæc præſes præcepit eos vinctis manibus & pedibus fortiter torqueri. Tu autem. Lectio v.

Et poſt hæc iuſsit ignẽ copioſum ſuccendi & ibi præcepit mitti ſanctos martyres. Miſsi autem in ignem ſancti martyres deambulabant in medio fornacis ſicut in medio paradiſi. Tunc videns p̃ſes valde iratus iuſsit eos crucifixos lapidari. Et crucifigentes eos miniſtri: cum proijcerent ſuper eos lapides: alterutrum cędebant Tu autem domine miſerere nobis. Lectio ſexta.

Videns inſanus iudex miniſtros ſuos vulnerari: furore ſuccenſus: iuſsit venire quatuor miniſtros vt eos ſagittarent. Accedentes milites extenderunt omnes ſagittas ſuas in ſanctos: & nihil nocuerunt eis. Videns præſes victam omnem

Digitized by Google

militiam ſuam perductos vſq; ad mortem iuſſit amputari capita ſanctorum. Et ſtatim accedentes carnifices gladio amputauerũt capita eorum. Et ſic in pace aĩas ſuas reddiderũt Chriſto: ſuſcipientes victorię palmam. Homel. Deſcendens Ieſus ¶ In ſancti Wenceslai martyris cap. Iuſtus ſi mor.

Oratio.



Deus qui hodierna die beatũ Wenceslaũ martyrem tuũ gloria & honore coronaſti: cõcede nobis famulis tuis eius meritis & p̃cibus cõſequi veniam omniũ delictorum: & perfrui gaudijs beatorum. Per.

Lectio prima.

Beatus Wenceslaus ex Chriſtianiſsimo patre Bohemorum genitus: in ætate ſuæ iuuentutis ſapientiſsimis doctoribus ad erudiendum traditus: per ſpũs ſancti gratiã diuina ſapientia fuit repletus. Cũ aũt excellentiſsimus iuuenis cæteris ſuæ ætatis iuuenibus deo coopante: virtutib⁹ ſacris eſſet ſublimior: tñ in ſuis oculis cunctis erat humilior.

Lectio ij.

Cuius pater cum ex hac vita migraſſet: illius patriæ primates ſcientes eum ſapientia plenum: & nulli pietate ſcd'm: & quia ſuo fratre maior natu erat: eum q̃ fratrem ad regendũ ſui patris principatum maluerunt.

Lectio tertia.

Cõfortatus ergo in Chriſto & amore iuſtitiæ ornat⁹ paternę virtutis exẽplo laudabiliter regnare cœpit.

Digitized by Google

cœpit. Erat autem memoratus egregius ſeruus Chriſti omni dignitate & ſtatura præclarus: facie venuſtus: corde lætus: ore iocundus: moribus cōpoſitus: & in omni opere bono ſtrenuus. In legibus vero diſcernendis & in iudicijs iuſtis decernendis non erat ſibi ſimilis. Lectio iiij.

CVmq; ad virilem iam perueniſſet ætatem parentum & ciuium ſuorum praua conſilia cœpit abire: truces minas & blandimenta doloſa deſpicere: iniuſtis iudicijs per iuſta iudicia ſapienter obuiare: oppreſsis quibuſq; fortis auditor exiſtere & ſuorum principum ſcelerata opera fortiter arguere. Iam itaq; refrenabatur barbarica rabies: creſcebat catholica religio.

Lectio quinta.

Ea tempeſtate frater beati viri Boleslaus nomine: homo Paganiſsimus in eius necem velut alter Cain fraudulenter eſt armatus: inuaſor enim ſupernę poteſtatis cupiebat fieri: & in omnibus ſemitis & plateis per miniſtros quos ſecum armauerat ponebat inſidias: & ipſe auctor ſceleris ſanctiſsimo viro laqueos prætendebat per ſolitas Eccleſiarum vias. Tu. Lectio ſexta.

Demum impius frater reſumpto gladio tandēq; ſodalium fiducia cōfortatus ſancti viri caput vulnerando confregit. Moxq; ſuper dei martyrem irruerunt: & eius membra gladijs & lanceis punctim transfixerunt. Inter quæ vulnera ſancta eius aīa de ergaſtulo carnis egreſſa cū laudibus ab Angelis ad cœleſtem gloriam eſt translata. Homel.

Digitized by Google

Si quis vult poſt me ve. ¶ In ſancti Michaelis Ar-
changeli ad veſpe. an. Sancte Michael Archange-
le Chriſti atq; prępoſite paradiſi: cui omnes famu-
lantur militiæ cœleſtes intercede pro deuotis fa-
mulis tua ſuffragia implorantibus animas noſtras
tibi cõmendatas vt in die iudicij reconſignandas
in valle Ioſaphat Regis repręſentes eas ante tri-
88 bunal Chriſti. Pſalm. Laudate puer. Cap.



Apo. 1. IN diebus illis. Significauit deus quæ oportet fieri cito: loquens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni qui teſtimoniũ perhibuit verbo Dei: & teſtimonium Ieſu Chriſti quæcunq; vidit. Deo grat. ℟. Te ſanctum dominum in excelſis laudant omnes Angeli dicẽtes, Te decet laus & honor domine. ✠. Cherubin quoq; & Seraphin ſanctus proclamant: & omnis cœlicus ordo dicens. Te deum laudamus.

Hymnus.

CHriſte ſanctorum decus Angelorũ: rector humani generis & auctor: nobis æternũ tribue benignus ſcandere cœlum. Angelum pacis Michael ad iſtam cœlitus mitte rogitamus aulam nobis vt crebro veniente creſcant proſpera cuncta. Angelus fortis Gabriel vt hoſtem pellat antiquum volitet ab alto ſæpius templum veniens ad iſtud viſere noſtrum. Angelũ nobis medicum ſalutis mitte de cœlis Raphael: vt omnes ſanet ęgrotos: paritérq; noſtros dirigat actus.

Hinc

Digitized by Google

H ine dei noſtri genitrix Maria tot⁹ & nobis chorus Angelorum ſemper aſsiſtant: ſimul & beata contio tota. Præſtet hoc nobis deitas beata patris ac nati paritérq; ſancti ſpiritus cuius reboat in omni gloria mundo. * In conſpectu Angelorũ pſallam tibi deus meus. Et adorabo ad templum ſanctum tuum & confitebor nomini tuo. Ad ma. an. Dum ſacrum myſterium cerneret Ioannes Archangelus Michael tuba cecinit: dignus es domine Deus noſter accipere librum & aperire ſignacula eius alle. Oratio.

Deus qui miro ordine Angelorum miſteria hominumq; diſpenſas: concede propitius vt à quibus tibi miniſtrantib⁹ in cœlo ſemper aſsiſtitur: ab his in terra vita noſtra muniatur. Per. Ad matut. inuit. Angelorum regi Deo iubilemus pariter. Michaelem venerantes primatem ſolenniter. Pſalm. Venite. In primo noctur. añ. Introibo in domum tuã domine: & adorabo ad templum ſanctum tuum. Pſal. Verba mea. Añ. Stetit 2
Angelus iuxta Aram templi habens thuribulũ aureum in manu ſua. Pſa. Domine dominus noſter.
Añ. Data ſunt ei incenſa multa vt adoleret ea an- 4
te altare aureum: quod eſt ante oculos domini.
Pſ. In domino confi. * In conſpectu Angelorum. 6
Lectio i. Ex Hom. beati Greg. Papæ ſup. Euan. Accesserunt ad Ieſum publicani & peccatores.

Nouẽ ordines Angelorũ dixim⁹: quia videlicet eẽ teſtãte ſacro eloquio: ſcim⁹ Angelos: Archãgelos; virtutes: poteſtates: principat⁹ domi-

dominationes: thronos: Cherubin atq; Seraphin. Eſſe namq; Angelos & Archangelos pene omnes ſacri eloquij paginę teſtantur. Cherubin atq; Seraphin ſæpe: vt notum eſt libri Prophetarũ loquuntur. Quatuor quoq; ordinum nomina Paulus Apoſtolus ad Epheſios enumerat dicens. Supra omnem principatum & poteſtatem & virtutem & dominationes. Tu. ℟. Factum eſt ſilentium in cœlo dum committeret bellũ draco cum Michaele Archangelo. Et audita eſt vox milia miliũ dicentium: ſalus honor & virtus omnipotenti deo. ℣. Milia milium miniſtrabant ei: & decies milies cẽtena milia aſsiſtebant ei. Et. Lectio ſecunda.

Qui rurſus ad Coloſenſes ſcribens ait. Siue throni: ſiue dominationes. ſiue principatus ſiue poteſtates. Dominationes vero & virtutes principatus ac poteſtaaes iam ad Epheſios loquens deſcripſerat. Sed ea quoq; Coloſenſibus dicturus præmiſit thronos de quibus necdum quicquam fuerat Epheſis locutus. Tu. ℟. Stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureum manu ſua: & data ſunt ei incenſa multa. Et aſcendit fumus aromatum de manu Angeli in conſpectu domini. ℣. In conſpectu Angelorum pſallam tibi: & adorabo ad templum ſanctum tuum. Et. Lectio iij.

Vnde & ipſi Angelo qui primitus eſt conditus: per Prophetam dicitur. Tu ſignaculum ſimilitudini: plenus ſapientia: perfectus decore: in delicijs paradiſi dei fuiſti. Vbi notandum quod non ad ſimilitudinem dei factus: ſed ſignaculum ſimilitudinis

dinis dicitur:vt quo in eo ſubtilior eſt natura: eo in illo imago dei ſimili⁹ inſinuetur impreſſa. Quo in loco mox ſubditur Omnis lapis precioſus operimentum tuum. Sardius Topazius & Iaſpis: Criſolitus Onix & Berillus: Saphirus Carbunculus & Smaragdus. Tu autem. ℟. In conſpectu gentiũ nolite timere: vos enim in cordibus veſtris adorate & timete dominum. Angelus enim eius vobiſcum eſt. ℣. Stetit Angelus iuxta aram templi habens thuribulum aureũ in mauu ſua: & data ſunt ei incenſa multa. Ange. In ij. noct. añ. Aſcendit fumus aromatum in conſpectu Domini de manu
Angeli. Pſ. Domine quis ha. Añ. Michael Archan 7
gele veni in adiuterium populo dei. Pſ. Cœli en. 11
Añ. Michael præpoſitus paradiſi quem honorifi-
cant Angelorum ciues. Pſ. Domini eſt ter. ℣. Ste- 15
tit Angelus iuxta aram templi. Lectio iiij.

Ecce nouem dixit nomina lapidum: quia profecto nouem ſunt ordines Angelorum: quibus ille nimirum ordinibus primus Angelus ideo ornatus & opertus extitit: quia dum cunctis agminibus Angelorum prælatus eſt: ex eorum cõparatione clarior fuit. Sed cur illos perſiſtentium Angelorum choros enumerando perſtrinximus: ſi non eorum quoq; myſteria ſubtiliter exprimamus. ℟. In conſpectu Angelorum pſallam tibi: & adorabo ad templum ſanctum tuum. Et confitebor nomini tuo domine. ℣. Super miſericordia tua & veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum. Et.

Le-

Lectio quinta.

Sed quia Angelorum nomina interpretando per ſtrinximus: nunc ſupereſt vt ipſa officiorum vocabula breuiter exequamur. Virtutes etenim vocantur illi nimirum ſpiritus: per quos ſigna & miracula frequentius fiunt. Poteſtates etiam hi vocantur qui hoc potentius cæteris in ſuo ordine perceperunt: vt eorũ ditioni virtutes aduerſæ ſub iectæ ſint: quorum poteſtate refrenantur: ne corda hominum tantum tentare præualeant quantum volunt. Tu. ℞. Hic eſt Michael Archangelus princeps militiæ Angelorũ: cuius honor præſtat beneficia populorum. Et oratio perducit ad regna cœlorum. ℣. Archangele Chriſti per gratiam quã meruiſti deprecamur te vt eripias nos de laqueo mortis. Et.

Lectio ſexta.

Principatus etiam vocantur qui ipſis quoq; bonis Angelorum ſpiritibus præſunt: qui ſubiectis alijs dum quæ ſunt agenda diſponunt eis ad explenda myſteria principantur. Dominationes vocantur qui etiam poteſtates principatum diſsimilitudine alta tranſcendunt. Nam principari eſt inter reliquos priorem exiſtere. Dominari vero etiã ſub iectos quoſq; poſsidere. Ea ergo Angelorũ agmina quæ mira potẽtia præeminẽt: pro eo quod eis cætera ad obediendũ ſubiecta ſunt dñationes vocantur. ℞. Venit Michael Archangelus cum multitudine Angelorum: cui tradidit Deus animas ſanctorũ. Vt perducat eas in paradiſum exultationis. ℣. Emitte dñe ſpũm tuũ de cœlis ſpũm ſapien-

tiæ

tio intellectus. In iij. noctur. añ. Cõceſſum eſt mare & contremuit terra vbi Archangelus Michael deſcendebat de cœlo. pſ. Domine reſu. Añ. Laudemus dominum quem laudant Angeli quẽ Cherubin & Seraphin ſanctus ſanctus ſanctus proclamant. pſal. Dominus reg. ex. Añ. Gloriosus appa- 71
ruiſti in conſpectu domini propterea decorẽ induit te dominus. pſal Benedic ani. ℟. Aſcendit
fumus aromatum. In conſpectu domini de manu 75
Angeli. Lectio vij. Secundum Matthæum.



IN illo tempore. Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes. Quis putas maior eſt in regno cœlorum? Et aduocans Ieſus paruulum: ſtatuit eum in medio eorum. Et rel. Hom. beati Maximi Epiſcopi de eadem lectione. Ca. 18.

SI diligenter audiſtis Euangelicam lectionem: intelligere poteſtis quæ miniſtris ac ſacerdotibus dei reuerentia debeatur: vel qua ipſos clericos inuicem humilitate ſe oporteat præuenire. Ait enim dominus (percunctatibus diſcipulis: quis eorum in regno cœlorum maior eſſet futurus) ſtatuto coram omnibus puerulo. Quicunque humiliauerit ſe ſicut puer iſte: hic maior erit in regno cœlorum. ℟. In tempore illo cõſurget Michael qui ſtat pro filijs veſtris. Et veniet tempus quale non fuit ex eo exquo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud. ℣. In tempore illo

Digitized by Google

ſaluabitur populus tuus omnis qui inuentus fuerit in libro vitæ. Et. Lectio octaua.

Vnde intelligimus quod humilitate peruenitur ad regnum: ſimplicitate penetratur cœlum. Quiſquis ergo cupit diuinitatis tenere feſtigia: humilitatis ima ſectetur: Quicunq; vult fratrē præuenire regnādo: prius illum præueniat obſequendo ſicut ait Apoſtolus Honore inuicem præuenientes. Vincat eum officijs: vt poſsit vincere ſanctitate. Si enim te non leſit fratris obſequium: meretur vt diligas. Si autem leſit magis obſequium meretur vt vincas. Tu. ℞. Nunquid ſcis quare venerim ad te? & nunc reuertar & prælier aduerſus principem Perſarum contradicentem tuis precibus & meæ legationi? Verumtamen Michael Archangelus princeps veſter erit adiutor meus. ℣. Daniel vir deſideriorum intellige verba quæ loquor ad te & ſta in gradu tuo. Ve. Lectio nona.

Hæc enim noſtræ Chriſtianitatis ſumma eſt vt amantibus viciſsitudinem: lædētibus patientiam rependamus. Quiſquis enim fuerit patientior ad iniuriam: potentior conſtituetur in regno. Non enim ad imperium cœlorum peruenitur ſuperbia: diuitijs: præfectura: ſed humilitate: pauperie lenitate. Arta enim & anguſta via eſt quæ ducit ad regnum: ℞. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus: Michael Archangelus qui pugnauit cum diabolo. Gratia dei ille victor in cœlis reſedit & ille hoſtis antiquus patuit ruinæ magnæ. ℣. Gaudent Angeli & exultant Archangeli de Michaele

Archangelo. Gratia. Ad lau. añ. Dum præliaretur Michael Archangelus cum dracone: audita eſt vox dicentium ſalus deo noſtro alle. Pſal. Dominus regn. añ. Dum committeret bellum draco cũ Michaele Archangelo audita eſt vox milia miliũ dicentium: ſalus deo noſtro alle. Añ. Archangele Michael conſtitui te principem ſuper omnes animas ſuſcipiendas. Añ. Angeli domini dominum benedicite in æternum. Añ. Angeli: Archangeli: throni: & dominationes: principatus: & poteſtates: virtutes cœlorum laudate dominum de cœlis alle. Cap. Significauit deus. vt ſup. Hymnus. 71

Tibi Chriſte ſplendor patris vita virtus cordium: in conſpectu Angelorum votis voce pſallimus: alternantes concrepando melos damus vocibus. Collaudamus venerantes omnes cœli milites: ſed præcipue primatem cœleſtis exercitus Michaelem in virtute conterentem Zabulon. Quo cuſtode procul pelle Rex Chriſte piiſſime: omne nephas inimici mundo corde & corpore paradiſo redde tuo nos ſola clementia. Gloria patri melodiis reſonemus vocib⁹: gloriam Chriſto canamus: gloriã paraclito qui Deus trinus & vnus extat ante ſæcula. Amen. ℣. Adorate eum omnes Angeli eius. Audiuit & læta eſt Siõ. Ad bñs. añ. Factũ eſt ſilentiũ in cœlo dũ draco cõmitteret bellũ: & Michael pugnauit cũ eo: & fecit victoriã all. Ora. vt ſu. Ad iñ. Cap. Significauit. ℟. In cõſpectu Angelorũ. Pſallã tibi Deus meus. ℣. Et adorabo ad templum ſanctum tuum. ℣.

℣. Stetit Angelus. Ad ſextam Capitulum.

Apo. 1. BEatus qui legit & audit verba Prophetiæ huius: & ſeruat ea quæ in ea ſcripta ſunt: tempus enim prope eſt: Ioannes ſeptem Eccleſijs quæ ſunt in Aſia: gratia vobis & pax à Deo qui eſt & qui erat & qui venturus eſt. ℟. Stetit Angelus iuxta aram templi. Habens thuribulum aureum in manu ſua. iuxta aram. ℣. Aſcendit fu. Ad nonam Capitulum

Apo. 1. ET à ſeptem ſpiritibus qui in conſpectu throni eius ſunt: & à Ieſu Chriſto qui eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorum: & princeps regum terræ: qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. ℟. Aſcendit fumus aromatum. ℣. In conſpectu domini de manu Angeli. Fu. ℣. Adorate eum. Ad ij. veſp. añ. Dum præliaretur. Pſal. Dixit dominus. Lætatus. Qui con. Laudate nomen domini. Confitebor. vltimum Cap. Significauit de. ℟. Fidelis ſermo. Hymnus. Chriſte ſanctorum. ℣. In conſpectu Angelorum pſallã tibi Deus meus. Et adorabo ad. Ad magn. añ. Conſurgat quæſumus domine Michael Archangelus in tempore hoc: qui ſtet pro filijs populi tui contra furorẽ draconis infeſti: o Michael militiæ cœleſtis ſignifer in adiutorium noſtrũ veni princeps ac propugnator noſter. ¶In ſancti Hieronymi Confeſſoris añ ad Pſal. in primis veſp. Fulſit ſplendor firmamenti quando regnũ rex credenti mundo curam hominum gerens miſit protectorem ſacræ fidei doctorem beatum Hieronymum. Pſ.

Lau-

Digitized by Google

Laudate pu. Ca. Optaui & datus eſt mihi ſen. ℟. Iuſtū deduxit. Hy. Iſte Con. ℣. Amauit. vt in cōi. Ad mag. añ. Adeſt dies læticiæ qua Hieronymus doctor matris Eccleſiæ: roſa delectabilis: offertur regi gloriæ ſparſa per orbis cardinē doctrina fiduciæ: qui nos ſuis meritis in viā iuſticiæ dirigat & offerat cœleſtis ſponſi gratiæ. Oratio.



DEus qui nos annua btī Hieronymi Confeſſoris tui feſtiuitate lætificās: da nobis eius interuenientibus meritis & perpetua protectione munire & ſalutari gaudere perfectu. Per.

In mat. inui. & alia oīa de cōi vni⁹ Confeſſ. pter lectiones. Lectio i.

HIeronymus diuinæ legis interpres: in oppido Stridonis: quod Dalmatiæ quondam Pannoniæq; confinium fuit: natus eſt: religionis veſtem puer ſuſcepit Romæ: ibiq; literis Græcis atq; Latinis apprime eruditus eſt. Poſtquā vero omnem ſcientiam literarum ſtudijs adeptus eſt: probatiſſimorū quoq; factū monachorū imitatus eſt. Cupiditates ſiquidem animi ſinceritate iugi calcans: voluptatem corporis perēni ieiunio frangens: pleroſq; religioſorū meliores fore ſuo docuit inſtituto. Tu autem. Lectio ſecunda.

POſt hæc Hieronymus Romanæ Eccleſiæ Preſbiter: dum per triennium charus acceptuſq; popularibus: eſſe omnium iudicio dignus ſummo ſacerdotio decerneretur: quidā ex clericorū Mona

chorumq́ ordinibus pro petulantia proq́ ingluuie diſcurſantes: ad effugandum vrbe Hieronymum: qui vtrorumq́ eorum ſcribens vicia reprehenderat: inſidias parauerunt. Tu autem domine.

Lectio tertia.

Huius autem fugę euentum Chriſti iudicio diſpenſatū fore exiſtimo: ſcilicet vt Romana Eccleſia Petri inſtituta regimine: omnium librorū veteris teſtamenti: Chriſto volente & Hyeronymo ſpirituali ſtudio deſudante: Hebraicam quoq́ habeat veritatem.

Lectio iiij.

IGitur Hieronymus Romam egreſſus: ad orientem tendens pnofectus eſt ad Gregorium Nazanzenum Conſtantinopolytanę vrbis Epiſcopum. Vbi ita profecit & ſtuduit vt mira ſcientia donaretur. Qui vt ſanctarum Scripturarum ſtudiis plene erudiretur: ſupplex docilisq́ hunc adiit preceptorem: eoq́ Conſtantinopolitanam vrbem obſeruabat. Hoc diſcipulatu peracto: Hieronym⁹ in Siriam perrexit.

Lectio v.

Et dum in poſſeſsione Euagrii Presbyteri moraretur: Malchum Monachum & aliquando captiuum repperit. Percunctansq́ eum omnem captiuitatis eius accepit hiſtoriam: quam poſtea edidit ſcriptam: & Romanis fidelibus miſit. Ad deſerta deinde loca ob agendam pœnitentiā inibi properare Hieronymus cupiens ita lætus acceſsit: vt volaſſe eum magis quam meaſſe crederes. Quadriennio autem pœnitentiæ dedicato exacto: ad Bethlehem oppidum remeauit: vbi prudens animal

Digitized by Google

mal ad præſepe domini ſeſe obtulit permanſurũ.
Tu autem. Lectio ſexta.

IGitur Hieronymus quod Chriſto deo adoleſcẽs vouerat peracto: ideſt vita ſua cauta & placabili ducta: libriſq; ſuis per ſex & quinquaginta annos ſine vllo vicio toto orbe ſparſis ſpiritualiq; opere irreprehenſibiliter confirmatis: octogeſimooctauo ætatis ſuæ año in dño requieuit T. Hom. Vos eſtis ſal terræ. ¶ In ſanctorum Remigij: Germani. Cap. Plures facti ſunt. Oratio.

EXaudi domine populum tuum: & ſanctorũ tuorum Remigij: Germani: & Vedaſti ſolennia celebrantem: temporalis vitæ tribue pace gaũdere: & æternæ reperire ſubſidium. Per dominum. ¶ In ſancti Leodegarij martyris. Ca. Beatus vir qui in ſapientia. Oratio.



DEus qui beatum Leodegarium martyrem tuũ atq; pontificem in agone probaſti probatumq; in dolore ſuſtentaſti: præſta nobis famulis tuis: vt ipſo interueniente indulgentiam adipiſci mereamur. Per. Homelia. Nihil opertum. Lectiones lege de cõi ſanctorum. In ſancti Franciſci Cõfeſſoris Capitulum.

FRatres. Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti per quem mi- Gal. 6.
hi mundus crucifixus eſt & ego mundo. D.

Oratio.

Deus qui Eccleſiam tuam beati Franciſci meritis fœtu nouæ ꝓlis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena deſpicere: & cœleſtium donorum ſemper participatione gaudere Per. Cætera de vno Confeſſore. Lc. i.

Vir Dei Franciſcus de ciuitate Aſsiſij: quę in finibus Vallis Spolętanæ ſita eſt: oriund⁹ exiſtens: á primęuo ætatis ſuæ anno in ſæculi vanitatibus nutritus extitit inſolenter. Qui cum primitiua parentum ſuorum rudimenta inſolens ſequeretur: fere vſq; ad vigeſimumquintū ætatis ſuæ annum. tempus ſuum ſic vane viuendo conſumpſit: vt inter eos qui miſera ſeculi blandimenta ſectantur: vanior in patria & inſolētior haberetur. Tu autem. Lectio ij.

Nam licet bonus Deus ab illis enormibus peccatis eum ſua gratia cuſtodiret: ex quibus homines maxime ſuam deprauant originem & ab honore proprio naturæ degenerant: in vanitatibus tamen & facetijs ſupra omnes coętaneos ſuos male proficiens: admirationem in cunctis ſuis actibus prętendebat. Erat enim prædiues: non auarus: ſed prodigus: non accumulator pecuniæ: ſed vaniſsimus diſpenſator. Lectio tertia.

Qua dum negocioni deſeruiret: & regiones varias circuiret: Pannorum cumulos deferens ad vendendū: multi humanitatis eius commoda ſentiebant: per quæ amicitiæ bono ipſe in omni hominum genere fruebatur. Verum cum ſic mente auerſa: vt conuerſionis eius ad Deum fieret po

ſteris

ſteris ad exẽplũ: facta eſt ſup eũ manus domini: & immutatio dexterę excelſi diutius languor caput eius affligens: & animum demulcens ſancti ſpiritus vnctione. Tu autem. Lectio iiij.

SVbito enim in alterũ virũ cõuerſus eſt: & ad ea quæ conſueuerat gaudere nequibat. Nã & cũcta quę ipſũ delectauerãt pridem: ſibi poſtmodũ tediũ ingerebãt. Sed qm̃ ꝓſpera eleuãt quẽ flagella deiiciũt: reſũptis paululũ virib⁹ corporis: adhuc mundi fauoribus inhiãs: cuidã nobili de Aſſiſio ſe aſſociare diſponit qui ſe militaturũ ire in Apuliam præparabat. Tu autem. Lectio v.

Cumq; ad eundum cum illo ſe tota deliberatione dediſſet: nocte quadam per viſionem vidit domũ ſuam plenam militaribus armis: quæ rerum venalium tantum eſſe conſueuerat occupata. Admiranti hæc omnia: vox ad eum in ſomnis facta eſt: dicens hæc arma ſua fore militumq; ſuorum. Euigilans vero circa ſuum propoſitum cœpit tepeſcere: & inſpiratam ſui mutationem neſciens: ſecum tacitus mirabatur. Tu autem. Lectio ſexta.

Studet iam propterea voluntatem ſuam dirigere ad diuina: & parũper à ſeculari tumultu ſe ſubtrahẽs & negocio: interiori hoīe recõdere ſatagebat Ieſum Chriſtũ. Paucis igitur diebus in loco ſibi deſiderato quieſcẽs: circũſtantibus fratrib⁹: ſanctiſſima illa aīa carne ſoluta ē: & in abyſſo claritatis abſorta: corpusq; obdormiuit ī dño. Anno itaq; dominicæ incarnatiõis mileſimo ducẽteſimo vigeſimoſexto: quarto nonas Octobris: die domini-

eo. Homel. Deſignauit dominus. Quære infra de Euangeliſtis. Ad ſextam Cap.

Gal. 6. IN Chriſto Ieſu neq; Circunciſio aliquid valet: neq; preputiũ: ſed noua creatura: & quicunq; hanc regulã ſecuti fuerint: pax ſuper illos: & miſericordia & ſuper Iſrael Dei. Ad ix. Cap.

Gal. 6. DE cætero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata domini Ieſu in corpore meo porto: gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cũ ſpiritu veſtro fratres amen. ¶ In ſancti Stanislai martyris. Cap. Beatus vir qui in ſapien. Ad magn. añ. O beate Stauislae prçſul plebis Gracouiæ: cuius ſigna victoriæ late patent Poloniæ: nam dono Chriſti gratiæ peſtes curantur variæ: tua martyr egregie feſta colentes hodie Regi cõmenda gloriæ alle. Oratio.



POpulum tuum quæſumus domine: intercedẽte beato Stanislao martyre tuo atq; pontifice vngue tuæ virtutis potenter defende: & ſolem tuæ maieſtatis in reuerberato mentis radio glarianter intueri concede. Per dominum. Lc. I.

BEatus Stanislaus vt annales geſtorũ Poloniæ tradunt hiſtoriç: natione Polonus: ex prouincia Cracouieñ ꝓceſſit oriũdus: & à pueritia puer docilis: bonũ qđ audire vel intelligere poterat: armariolo pectoris ſui recõdebat. Proĩde parẽtes illiꝰ vidẽtes puerũ ratione prçditũ: aĩo ſtudioſum:

Digitized by Google

ſum: decreuerunt eum ſcolaſticis diſciplinis ſubijciendum. Lectio ſecunda.

Traditus autem literarũ ſtudijs cepit puer bone indolis non ſegniter agere: pueriles ludos deuitare: iuuenũ laſciuiã fugere: ſtudio cui cõmendatus erat intendere: lectioni vacare: frequenti exercitatione ſtudij: ad hñdam ſcientiam totis viribus anhelare. Puerilibus tandẽ rudimentis ſufficienter inſtructus cũ eſſet iuuenis adultus: fertur eum ad generale ſtudium eiuſdem prouincie conuolaſſe & in facultate liberaliũ artiũ tempus non modicũ expendiſſe. In iure canonico ac diuino comprobatur ſtuduiſſe. Tu. Lectio iij.

Cuius famam & opinionem audiens Lampertus: qui Zula dictus eps Cracouienſis & ſedulo p cunctatus: necnon & honeſte cõuerſationis illius odore delectatus: accerſitum eum: in eccleſia Cracouienſi fecit canonicũ. Qui ſtatim inter canonicos quaſi ſtella in medio nebule emicuit. Tu. Lectio iiij.

Denique Lamperto Cracouienſi epõ: per mortem de medio ſublato Stanislaus per volũtatem dei & electionem canonicam: anno dñi milleſimo ſeptuageſimo ſecundo in epm eligitur: & in ſede pontificalis dignitatis ſublimatur Lectio quinta.

Suſcepto aũt paſtoralis cure miniſterio ſuper gregis ſui cuſtodia peruigil excubabat. In culmine enim dignitatis poſitus: cum eſſet oĩm platus humilitate tñ cordis ppter deũ oĩbus erat ſubditus.

Lectio ſexta.

Vnde & regem Boleslaum qui poſt obitũ patris ſui Kazimiri : tunc Poloniæ imperabat: cuius vita enormis erat; vt ſe corrigeret ſedule cõmonebat: perſecutiones quoq; ꝑpter iuſtitiam libẽter ab eo licet immeritus ſuſtinebat. Tu. Homelia. Ego ſum paſtor bonus. Quære ſupra in dominica ſecunda poſt paſcha vel. Nihil opertum.

¶ In ſanctorum Marci & Marcelli cap. Reddet deus. Oratio.



Sanctorum martyrũ tuorum Marci: Marcelli: Appulei: Sergij & Bachi beata merita nos ꝓſequantur: & tuo ſemper faciãt amore feruentes. Per. Lectio prima.

Imperante Maximiano tyrãno multus error humanum genus poſſederat: lapides enim & ligna: hominum adinuentiones adorabant: & ſacrificantes de obſcœnis ſacrificijs deguſtabant. Qui autem ſacrificare nolebant: pœnis atq; ſupplicijs vehemẽtibus affligebantur. Tunc itaq; in confeſsione domini ſaluatoris: Sergius & Bachus pollebant in palacio : & habebantur honorabiles apud Maximianũ imꝑatorẽ. L. ij. Beatus quidem Sergius erat primicerius & princeps ſcholæ gentiũ : amicus imperatoris: & multam apud eum hñs fiduciam: vt etiam poſtulationibus eius annueret. Qua de re Antiochũ quendã familiarẽ hñs btũs Sergius obtinuit ab imperatore:

ratore: vt dux fieret Eufratarum prouinciȩ. Beatus vero Bachus erat Secũdicerius eiuſdem ſchole gentilium. Lectio tertia.

Cumq̀ ita eſſent ambo in dei timore ꝑfecti: accuſabantur à quibuſdam inuidioſe apud imperatorem qđ eſſent Chriſtiani. Continuo ergo cõuocauit eos imperator. Ingreſsi nanq̀ fuerant cum cõſuetis ſatellitũ obſequijs. Et accipiens eos ingreſſus eſt templũ: & ſacrificauit cũ officijs: & de ſacrificijs deguſtans circũſpexit: & nõ vidit beatos Sergium & Bachum. Neq̀ enim ingreſsi fuerant templũ impium & illicitum æſtimantes videre idolis ſacrificantes. Lectio iiij.

Stabant vero foris: & dum pro idolatrarum cõuerſione exorabant. Dumq̀ adhuc oratio eſſet in ore eorũ: mittens impator quoſdã de aſtantibus iuſsit eos introduci. Quibus & dixit: Vt video facti eſtis deorũ inimici. Accedite ad aram magni Iouis: & ſacrificate: ac de ſacrificijs eius ſicut & cæteri manducate. Tu. Lectio v.

Reſponderunt beati Sergius & Bachus. Nos imperator terrenam corporalis militiȩ ſeruitutem tibi debemus exoluere. Habem⁹ aũt regẽ verum æternum in cœlis Ieſum Chriſtũ: cui aĩas noſtras deuouimus q̃ eſt ſpes noſtra: & ſalutis noſtræ refugium Tu. Lectio ſexta.

Indignatus imperator iuſsit cõfeſtim zonas eorum incidi: & auferri ab eis vuiuerſa inſignia militaria. Poſt hæc exutos clamide iuſsit indui collobio mulicbri: & ita ꝑ mediã ciuitatem vſque ad palaciũ

palacium pertrahi: grauiſsimas in ceruicibus cathenas portantes. Tandem Martyrio coronati ſunt. Homelia. Cum audieritis præ. q. In ſancti Dyoniſij & ſociorum eius martyrum añ. Sanctū eſt verum lumen. Pſalmus. Laudate, pueri. Capitulum. Sancti per fidem. Cætera de martyribꝰ.

Oratio.



DEus qui hodierna die beatum Dionyſiū virtute conſtantiæ in paſſione roboraſti: quiq; illi ad p̄dicandum gentibus gloriam tuā: Ruſticum & Eleutheriū ſociare dignatus es: tribue nobis q̄s ex eorum imitatione pro amore tuo proſpera mūdi deſpicere: & nulla eius aduerſa formidare. Per. Lectio prima.

POſt neceſſariam & ſalutiferam domini noſtri Ieſu Chriſti paſsionem: mirabilemq; ab inferis reſurrectionē: atq; glorioſam in cœlos aſcenſionē: apoſtoli mūdo mortui: ſpiritu ſancto repleti: diuinis edocti myſterijs orbē circuierunt vniuerſum: inter quos etiā Paulus vas electionis ab ipſo domino vocatus iubare cœleſti pfuſus: lucem quam ſuſceperat: cunctis innoteſcere curauit. Tu. Lectio ij.

Veniens itaq; Athenas vrbem Græciæ famoſiſsimam Philoſophiſq; refertam: de æterna & vera Philoſophia: lucido & irreluctabili ſermone diſputabant. Quod cum audiret eorum princeps qui

ob

ob innumeram eius ſtrophoſam ſcientiam à col legis Theoſophus ideſt deus ſapiens vocabatur. Dionyſius videlicet Ariopagita: cuius & Lucas in actibus apoſtolorũ meminit: continuo ſpreuit idola in quibus cognouit eſſe dæmonia verſutam & ſophiſticam diſciplinam relinquens: diuinam pietatem erga humanũ genus puro affectu agnouit & credidit. Tu autem. Lectio tertia.

Ac deinde baptiſma conſecutus: per triennium à beato Paulo apoſtolo inſtructus: & ſic demum ab Athenienſibus notus & ſctũs eps eſt ordinat⁹. Qui plurimam eiuſdem regionis partem: euãgelium Chriſti fideliter prædicando: ad vitam conuertit æternam. Tu autem domine. Lect. iiij.

TVnc hoſtis antiquus ſentiens ſibi per beatum Dionyſium plura pire: Domiciani imperatoris peſſimi aīum perfudit. Dirigitur deniq; præfectus Feſcenninus Siſinnius cũ ingẽti ſtrepitu in partes occiduas vt ſanctũ Senem Machariũ Dionyſiũ inquirens: idolis ſacrificare cõpelleret. Itaq; cum prædictus Feſcẽnius Siſinnius ſuiq; ſequaces p̃ceptum regis ſuſcepiſſent: Galliæ fines penetrant curſu veloci: animis efferatis pariſias adierunt. Lectio quinta.

Vbi beatum Dionyſiũ contra incredulos dimicantẽ: & prædicatione cõtinua ad fidem inuenerũt exhortantẽ. Cũ quo etiã beatũ Ruſticũ archi p̄sbyterũ & Eleutherium archidiaconum: quos ipſe dei famulus ſacris ordinibus manciparat: perſecutorũ dirus furor inuenit: & ſine dilatiõe beatus

tus pontifex ab iniquis miniſtris capiebatur: co-
laphizabatur: cõſpuebatur: deridebatur: illudeba-
tur: loris duriſsimis ligabatur: & vna cum ſanctis
ꝑfatis miniſtris in pñtiam iudicis trahebatur. Tu.

Lectio ſexta.

Sãcti igitur viri hi tres Dionyſius Ruſticus & E-
leutherius cõfitendo ſe eſſe Chriſtianos à ꝑfecto
tortoribus traditi ad loca pœnalia ducti: flagellati
gratias domino referebant. Deinde ad locum de-
cretum educti: ad decollationem ſunt genua fle-
ctere iuſsi. Tunc beatus Antiſtes domini Diony-
ſius: manus & oculos ad cœlum erigens: ait. Do-
mine deus meus qui me creaſti: & in hanc horã
perduxiſti: tibi gratias agere non ceſſo illosq́
tuæ cuſtodię commendo quos mihi ſubĳcerę
voluiſti: & cunctos qui te per nos in nomine tuo
petierint clementer exaudi: quoniam tuúm eſt
regnum & ptãs in æternum. Cunq́ Ruſticus & E-
leutherius reſponderunt amen: poſitis genibus
protenſis ceruicibus: eleuatis ſecundum prin-
cipis edictum ſecuribus: decollati ſuut. Homel.
Deſcendens Ieſus de mõte. ¶ In feſto ſancti Ge-
reonis & ſociorum eius. capit. Iuſti in perpe.

Oratio.

Deus qui glorioſos martyres Gereonẽ ſo-
cioſq́ eius hodierna die ſanguinis ſui effu-
ſione coronaſti: præſta quæſumus vt corũ
apud te aſsiduum ſentiamus interuentum in cœ-
lis. Per. ¶ In ſancti Colomanni martyris. Capit.
Iuſtus ſi mor.

Oratio.

Præſta

PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt qui beati Colomanni martyris tui glorioſa merita veneramur: eius apud te precib⁹ & meritis ſemper muniamur. Per. Lectio i.

REgnante glorioſiſſimo imperatore Henrico: q̃ tertio Ottone mortuo Romanorũ potiebatur imperio plures pro noĩe Chriſti pegrinantes iter direxerũt p regna eius ditioni ſubdita q̃a tanta fuit p̃fati pietas imꝑatoris: vt in illo ſitum eſſet grande ſolamẽ pegrinãis: pacis præſidium refugiumq́ miſeris. Tu. Lectio ij.

Accidit aũt quendã Colomannũ noĩe: Scoticę gentis oriundum pegrinationis iter arripere: terreſtrem amore cœleſtis Hieruſalẽ cũ alijs quib⁹ eadẽ mens erat expetens inuiſere. Venit itaq́ in orientalem Noricę telluris regionem cui à plaga orientali Pannonia ab aquilonari cõfinis adiacet Bohemia. Tu autem. Lectio iij.

Harum nationes regionis populus Noricę telluris admodum tunc temporis erãt moleſtę: eo q̃d ab illis ſæpenumero ſint turpiter humiliatę & deuictæ multiſq́ modis miſerabiliter afflictæ. Inde contra virũ dei eſt orta falſa ſuſpitio: tanq̃ veniret miſſus à prædictis nationib⁹ cauſa explorationis: ac prodendę regionis. Lectio iiij.

HAc ſuſpitione furioſę plebis animi adeo incanduerunt aduerſus famulum dei vt ſcopis attrociter caſtigatum traderẽt ad cuſtodiendum poſtera die iudicio pñtandum. Sed inuictus Chriſti miles paruipendes breue labens vitę

ſpacium:

ſpacium : montis ſuæ conſtantiã viriliter corroborando properauit ad ſuppliciũ: cupiens adipiſci coronam legitime certantibus ꝓmiſſam: quia ſicut apoſtolus ait. Nemo coronabitur niſi qui legitime certauerit. Tu autem. Lectio v.

Vt autem ventum eſt ante iudicem modeſtiam quam in animo habuit ſermone vultu & habitu demonſtrauit. Interrogatus vocationis ſuę cauſam veraciter expoſuit: aliud quicꝙ confiteri ꝙ quod res erat compelli nequaꝙ potuit. Tunc iudicis edicto aſperis horrendisq́ cedebatur verberibus: vt ſi explorator eſſet: ſaltẽ confiteretur victus pœnarũ doloribus. Tu autem. Lectio vi.

Sed fortiſsimus Athleta Colomanus: qui ſolui & eſſe cum Chriſto cupiebat: erea tortorũ flagra: lapides ouaq́ fortiter ignita: candentẽ quoq́ forcipem qua ꝗdam puerſus malleator corpus eius miſerabiliter vellendo cruciauit: ſerram etiã qua crura eius lacerabantur conſtanter innixus præſidio Chriſti nullificat. Qui tandẽ ſuſpendio ſuã aĩam deo tradidit. Tu. Hom. Si quis vult poſt me.

¶ In ſancti Calixti Papæ & martyris cap. Ecce ſacerdos magnus vel Plures facti. Oratio.



Deus qui nos conſpicis ex noſtra ĩfirmitate deficere: ad amorem tuum nos miſericorditer per ſancti Calixti martyris tui atque põtificis exempla reſtaura. Per. Lectio prima.

TEmpotibus Macrini & Alexandri factá eſt inquiſitio in vrbe Romá de Chriſtianis: vt cogerentur ad immolandũ idolis. Tũc Palmatius cõſul cum multitudine militũ venit trans Tyberim: vbi collecta erat multitudo Chriſtianorũ cũ beato Calixto Papa: inter quos erat Calepodius presbyter ſenex. Tu. Lectio ij.

Et dum ingreſsi fuiſſent cœnaculũ: decem milites ſubito cœci facti ſunt. Et clamabant dicẽtes. Accendite nobis lumina: q̃a obſcuratus eſt antẽ nos locus iſte. Dixit autem Calepodius p̃sbyter: Deus qui videt omĩa: ipſe cæcauit oculos veſtros.

Lectio tertia

Poſt hęc Palmatius ſolus cucurrit ad beatum Calixtum trans Tyberim: & cecidit ad pedes eius dicens. Cognoui Chriſtũ verum dñm deũ eſſe: per ipſum te cõiuro vt liberes me á cultura dæmonũ & lapidum: baptiza me ſicut prædicas. Lect. iiij.

DIcit ei ſanctus Calixtus epiſcopus. Noli errando deridere veritatẽ. Rñdit Palmatius cum lachrymis dicẽs. Dñe meus nõ derideo: ſed in veritate cognoui: q̃a dñs deus eſt xp̃s. Eodẽ tp̃e btũs Calixt⁹ indixit ei ieiuniũ: & poſt hæc baptizauit eum & oẽm domũ eius p̃miſcui ſexus numero quadraginta duos. Tu. Lect. v.

Eo tempore tenuit Alexander beatum Calepodium presbyterũ: quẽ fecit gladio occidi: & corpus eius in Tyberim iactari. Quem btũs Calixtus de flumine leuauit: & cũ aromatibus & linteaminibus eum recondidit.

Digitized by Google

Lectio ſexta.

Hoc audiens Alexander iracundia plenus: iuſsit Calixtum epm per feneſtram domus præcipitari: & ligato ad collum eius ſaxo in puteũ demergi: & in eo demerſatum tumulari. Cuius corpus pſbyter Aſterius cum clericis ſuis de puteo leuauit & ſepeliuit: præſtante dño noſtro Ieſu Chriſto q. viuit & regnat deus per oĩa ſecula ſeculorũ amẽ. Tu autem. Homel. Homo quidam nobilis: Quære de vno conſeſſore. ❡ In ſancti Cerbonij cõfeſſoris cap. Ecce ſacerdos magnus. Oratio.

DA quæſum⁹ omnipotẽs deus: vt beati Cerbonij cõfeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolennitas: & deuotionẽ nobis augeat & ſalutem. Per.

Lectio prima.

TEmpore quo Arriana hęreſis toto mundo pullularat: fuit beatus Cerbonius beati Reguli archiepi veſtigia imitatus: & doctrina ſacrę fidei & Chriſtianæ religionis inſtruct⁹. Qui cum iam virtutibus & varijs miraculorum prodigijs corruſcaret obeũte Florentino Populonienſis ciuitatis epo: in paſtorem ab omni clero & populo vna voce & vnanimi voto eſt electus. Le. ij.

Quem cum honorẽ diutius recuſaſſet: & ſe inſufficientem ad paſtorale officium publice proclamaret: pcibus tñ populi ſupplicantis deuictus aſſenſit: vt prodeſſet potius quam præeſſet. Tu.

Lectio tertia.

Conſecratus itaq; tantã eſt gratiam à domino cõſecut⁹: vt hora dominici diei prima angelos cantantes

Digitized by Google

tantes in cœlis mereretur audire: quorum exẽplo beatus Cerboni⁹ prouocatus ſemper die dñic° in epiſcopio ſuo prima aurora diei: miſſam ſuper ſanctę dei genitricis altare canebat: & clericis ſuis q cum illo erant: charitatem in eiuſdem ſanctę dei genitricis eccleſia facere pręcipiebat. Tu aũt.

Lectio quarta.

HIc vir dei multas perſecutiones perpeſſus à Tothila Gothorum perfido rege ad Helbã inſulam receſsit. Lectio quinta.

Irruente vero ægritudine in mortem veniens: clericis ſuis præcepit dicẽs. In ſepulchro meo qđ mihi Populonij præparaui: me ponite. Cui illi. Corpus tuum illuc reducere non poſſumus cum loca illa à Longobardis ſint obſeſſa. Tu autẽ dñe.

Lectio ſexta.

At ille. Reducite me ſecuri & nolite timere. Quod & factũ eſt. Hic vir beatus in vita ſua multis claruit miraculis quæ deſcribere lõgum eſſet. Tu autem domine. Homelia. Homo quidam peregre. ¶ In feſto ſanctę Heduidis duciſſæ Polo

Oratio.

DEus dator gratiæ & gloriæ tuæ nobis propitius ſinum aperi pietatis & præſta: vt qui manentem hic non habemus ciuitatem: ad futuram quam quærimus beatæ Heduidis interueniente ſuffragio perducamur. Per domi. ¶ In feſto ſancti Galli confeſſoris capitulum. Dilectus Deo &c. Oratio.



PRæſta quæſumus omnipotens deus: vt beati Galli confeſſoris tui ſolennia recenſentes meritis ipſius protegamur & precibus. Per. Lectio i.

Beatũ Gallũ in Hybernia inſula ortũ: eius parentes in prima ætate domino offerentes: ſancti Columbani Abbatis magiſterio cõmendauerunt: cuius ſancta cõuerſatio eo tpe per omnem Hyberniam celebris habebatur. Lectio ij.

Creſcens aũt bonę indolis puer magno virtutum augmento: tanto ſtudio diuinas epotauit ſcripturas: vt poſtmodum venerabilis presbyter fieret: & mire de theſauro ſuo noua & vetera pferret. Tu autem. Lectio iij.

Cum vero beatus Columbanus patriam & omnia ſua ſecundum euangelij doctrinam relinquẽs: ad alias gentes pegre pficiſceretur: piũ magiſtrũ venerabilis Gallus eſt ſecutus. Qui in Alemanniam venientes: hominibus qui adhuc ſecundũ ritum gentilium viuebant: verbum dei pdicabant: patremq́ʒ & filium & ſpiritum ſanctum eos adorare docebant. Lectio iiij.

GAllus vero zelo pietatis armatus: Phana dęmoniorum igni ſuccendebat: in lacum demergebat: & quęq́ʒ idolis oblata inueniebat in lacum demergebat. Beatus autem Colũbanus id officij iniunxit ei: vt populum ab errore ad dei cultũ ſalutari exhortatione reuocaret. Quia ipſe hanc

hanc á domino gratiam meruerat: vt non ſolum latinæ ſed etiam Barbaricę locutionis eloquentiã non paruam haberet. Lectio v.

Sancto autem Columbano post hęc ad Igulphum regem Longobardorum proficiſcente beatũ Gallum febris inuaſit: & cum magiſto ire nõ potuit. Veniens autem ad Villimarum illorum locorũ venerabilem presbyterum: qui ei familiaris habebatur: poſt aliquot dies huic vitæ conceſſos ex infirmitate domino præſtante conualuit. Cupiens vero deſiderio feruentis animi dies huic vitæ conceſſos in ſolitudine ducere: illius presbyteri Diaconum cui heremus erat nota: rogauit: vt ei locũ in ſolitudine humanis habitationibus opportunum oſtenderet. Diaconus cum eodem loca vaſta heremi perluſtrantes: ad quendam locũ vbi quidam fluuius ſpacioſo gurgite manabat peruenerunt. Vbi vir dei inter condenſa vepriũ frutecta ambulans: & pede herens in terram corruit: & dixit. Hæc requies mea. in ſeculum ſeculi: hic habitabo: quoniam elegi eam. Lect. vi.

Cum vero iam dominus ſanctum ſuum á labore huius vitæ vellet quieſcere: contigit vt petente ſupradicto presbytero Villimaro: vir dei domum eius reuiſeret: vbi biduo morat⁹ tertia die eſt febre correptus. Qui cũ in hac infirmitate per quatuordecim dies laboraſſet: liberatus de ergaſtulo huius vitæ in ſenectute bona: animam fœlicibus meritis plenam reddidit bonis perennibus inhęſuram. Tu. Homelia. Sint lumbi veſtri.

Digitized by Google

¶ In ſancti Lucæ euangeliſtæ ad veſperas añ. **Excelſus.** Cum cæteris añis & pſal. Cap̃. **In diebus illis: vidi & ecce ventus tur.** ℞. **Quatuor aïalia ibant.** Quære de euangeliſtis. Hymnus. **Exultet cœlum.** ℣. **In omnem terram.** Añ. **Ecce ego Ioannes.** Quære de euangeliſtis. Oratio.



INteruenìat pro nobis quæſum⁹ domine ſanctus tuus Lucas euangeliſta: qui crucis mortificationem iugiter in ſuo corpore pro tui nominis honore portauit. Per do.

Hiſtoria de Euangeliſtis. Lect. i.

Glorioſiſsimus Euangeliſta Ieſu Chriſti Lucas: natione videlicet Syrus Antiochenſis: arte nihilominus medicus: diſcipulus fuit apoſtolorum: quorum almificos actus prout vidit: lucido diſertoq; ſermone proſecutus: in breui libello ad chariſsimum ſcripſit Theophilum: cuius quoq; libri pulchra inchoatio talis indubitanter videbatur fore. Primum q̄dem ſermonem feci de omnibus ô Theophile: quæ cœpit Ieſus facere & docere. Theophilus quidem Græce: latine vero reſonat dei amator: ſiue à deo amatus. Lectio ij.

Ergo vt verius demonſtretur ab ipſo eorundem apoſtolorum fore compoſitos actus: oratoris ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi teſtimonium ad medium deducatur. Qui ita verſificans ait. Verſibus ergo canam quos Lucas rettulit actus. Hiſtoriamq; ſequens carmina vera loquar. Alternis

Digitized by Google

ternis reſerabo modis quod litera pandit. Si res ipſa mihi myſtica corde datur. Deinde paulum ſecutus egregium doctorem gentium: vſque ad triumphum paſsionis eius: quem cum apoſtolo Petro Romæ excepit: & indiuiduus comes peregrinationis eius exiſtēs: vbiq; cum eo permanſit. Tu autem domine. Lectio iij.

Cuius præcipue peregrinationis & ex ſacræ doctrinæ digeſtis eorundē apoſtolorum libellum ad laudem noīs & memoriam ipſorū: & vniuerſalis ſanctæ eccleſiæ ſtabilimētum texuit. Dum eundem glorioſiſsimū Paulū idem venerabilis ſequeretur Lucas: in plurimis terræ mariſq; tribulationibus: digne ab illo huiuſmodi teſtimonio diligentiſsime meruit laudari. Tu. Lectio iiij.

Sic enim Paulus Coloſſenſibus ſcribens ait de eo. Salutat vos Lucas medicus chariſsimus meus in domino. Et Timotheo illuſtri viro ſcribens ait. Lucas eſt mecum ſolus. Et in alio loco epiſtolæ ſuæ ait de illo eccleſiæ dei quæ erat Corinthi. Miſimus etiam fratrem noſtrum cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Tu aūt. Lectio quinta.

Hic dum ſeptuageſimum haberet annum: obijt in Bythiniæ partibus: decimo quinto kalēdas Nouembris. Et à viris catholicis corpus eius humatum eſt. Tu. Lectio ſexta.

Cuius quidem ſanctū cadauer pluribus iam euolutis annorū curriculis: Conſtantino Auguſto regnante in Cōſtantinopolitanā vrbē cū gloria eſt

tranſlatum: & decenter locatum. Tu. Homelia. Deſignauit dominus. Laudes & cætera oĩa quę re de euangeliſtis. ¶In ſanctarum vndecim miliũ virginum ad veſper. añ. Lętis canam⁹ vocibus tot paradiſi floribus: quos virginitatis lilium: roſas fecit martyrũ: quarũ p̃ce da dñe: vt flore pudicitiæ caro noſtra refloreat: ne in æternum pereat. Pſal. Laudate pue. Cap̃. Sancti per fi. ℞. Annalis orbita votorum nobis ſuſcitat gaudia. Dum hac die tot virgines pro Chriſto ceſa pandit milia. ℣. Quarũ in numero cum ſua duce Vrſula fulſere vt ſiderea pinnoſa & candida. Dũ. Hymnus. Sanctorum me. ℣. Lætamini in domino. Ad magni. Añ. Dilectus eccleſiæ ſponſus eſt & candidus & rubicundus electus ex milibus: huic conformatam fœcundam miſit Britannia ſponſam: ex multis nanq; milib⁹ electum immolauit exercitum: virginitate candidum: paſſione purpureum: vndena milia virginum cum ſexu vicerunt mundum: & ideo quocunq; ierit: ſequuntur agnum: ô Hieruſalem filiæ cum Maria perpetua virgine pro nobis exorate. Oratio.



OMnipotens ſempiterne deus q̃ infirma mundi eligis vt fortia queq; confundas: da nobis quæſumus de beatæ Vrſulę virginis & martyris tuę ſociarũq; eius feſtiuitate cõgrua deuotione gaudere: vt & potẽtiã tuã ĩ earũ paſſione collaude mus.

mus:& prouiſum nobis pcipiam⁹ auxiliũ. Per. Inuit. Regem Chriſtum virginum ſponſum adoremus. Quem ſequuntur virgines quocunq́ ierit. Pſalm. Venite. In i. noct. añ. Secus decurſus fluminum ſtetit hoc germen virginum: quo nulli cedens turbini: manſit in lege domini. Pſal. Beatus vir. Añ. Flos fulſit ex Britannia Vrſula ſtirpe regia: autrix fructus virginei: prædicans prçceptum domini. Pſalm. Quare fre. Añ. Signatur ſuper has digne lux vultus tui domine: quas tyrannus collegerat vt per tot vnam auferat. Pſ. Cum inuoca. ℟. Lætamini in domino. Lectio prima.

VRſula vnica filia regis Britanniæ Scotiæ: nomine Nocilis Mauri: quia forte Binomius erat: cum nondum nubilis â filio regis Angliæ ad nuptias peteretur: & patrem ſuum valde Chriſtianum ſuperanxiari videret: qui deum metuebat ſi filiam ſuam tam deo deuotã nubere cogeret: & tyranni Pagani feritatem timebat ſi ei filiam denegaret. Diuinitus inſpirata patri ſuaſit vt tyraanno aſſentiret: ea tamẽ illi propoſita cõditione: vt ipſe & tyrannus decem virgines formoſas genere & ætate electas ſibi traderent: & tam ſibi quam ſingulis earum mille virgines ſubcriberẽt: & comparatis ad numerũ vndecim triremibus: inducias triennij ſibi darent ad dedicationem virginitatis ſuæ: & ipſe iuuenis baptizatus his trib⁹ annis inſtrueretur in fide: nouo vſa cõſilio vt aut difficultate propoſitæ conditionis animum eius â ſe auerteret: aut hac opportunitate omnes coę-

uas virgines ſecum Deo dedicaret. Tu autem. ℟. Virgo regalis Vrſula vultu & animo pulchra tyranno cuidam placuit. Qui late præpotens fuit. ℣. Mittẽs ergo nuptam Chriſto ſuo petebat filio.

Lectio ſecunda.

Hac cõditione libenter accepta iuuenis patri ſuo libenter inſtitit: & protinus baptizatus: accelerarĩ cuncta quæ virgo petierat impetrauit. ℟. Tyrãni donis ac minis pater pulſatus virginis. Precib⁹ fugit intimis ad turrem fortitudinis. ℣. Hinc diſcrimen Eccleſiæ: hinc lapſum timens filiæ. Præcib⁹.

Lectio tertia.

Tunc pater virginis: accepto conſilio caute ordinauit: vt filia ſua quam tenerrime diligebat: viros quorum ſolacio tam ipſa quam eius exercitus indigebat in comitatu ſuo diſcedens haberet. Cum ergo congregari cœpiſſent: multi ad ſpectandum eas vndiq̃ confluxerunt. Hinc eſt vt quidam Epiſcopi Britanniæ ſecum irent. Inter quos Panthul⁹ Baſilienſis Epiſcopus: eas Romam vſq̃ perduxit: & inde reuerſus cum eiſdem martyrium ſuſcepit. ℟. Solatur patrem Vrſula dei narrans oracula: iuſſa ne hoſtem confutet. Vt ſpe coniugij nutet. ℣. Demandans quaſi pro dote hunc ablui baptiſmate Vt. In ij. noctur. añ. Oleum extat effuſum mirabile nomen tuum: hinc tot adoleſcentulę

4 dilexerũt te dñe. Pſ. Dñe dñs noſt. Añ. Ad nihilum eſt deductus in harum conſpectu malign⁹: quę ſe fecerunt columbas caſtę ad feneſtras ſuas

7 inforaminib⁹ petrę in cauernis maceriæ. Pſ. Dñe quis

quis ha. A. Mirificauit dñs gratiã ſuã in illis: quia pars hæreditatis earũ eas & calicis martyrio candidatas: cœli regno fecit dignas. Pſalm. Conſerua me. ℣. Exultent iuſti. Lectio iiij.

Ibiq; ex Angeli nunciatione qui eis futura prędicebat: Romam tendentes: ad vrbem Baſileam nauibus: à Baſilea vſq; Romam pedibus profectę ibi aliquandiu moratę ſunt. Quarũ aduẽtu Papa Ciriacus valde lætatus eſt: cum omni clerico ſuo: & eas cũ honore ſuſcepit. Nã & ipſe de Britannia natus plures inter ipſas conſanguineas habuit: & ipſa nocte fuit ei diuinitus renunciatum: cũ cũ eiſdẽ virginib⁹ palmã martyrij ſuſcepturũ. ℟. Spõdet pater cõiugiũ: cõe fit tripudũ: tyrann⁹ xp̄o ſubditur. Vt virgo iuſsit agitur. ℣. Miſsis vndenis nauibus cum tot virginum milibus. Vt virgo. Lectio quinta.

Cũ aũt ſic eſſẽt Romę Maximus & Affrican⁹ duo iniqui principes Romanę militiæ: vidẽtes magnã virginũ multitudinẽ: & quod multi ad eas cõfluerẽt: timuerunt ne forte per eas creſceret religio Chriſtiana. Vnde cũ exploraſſent iter earũ quo ire debebãt miſsis nuncijs ad Iulianũ cognatum ſuũ prĩcipẽ gentis Hũnorũ: monuerũt: vt educto contra eas exercitu: ipſas cũ venirent Coloniam trucidaret. Decurſo iam triennio virgines dignę premio: natale ſolum deſerũt ſeſeq; mari cõferunt. ℣. Hæ vere Iſraelitę quærentes patriam vitæ. Natale ſolum. Lectio ſexta.

Omnes igitur virgines cum Papa Ciriaco & multis

tis Epiſcopis ac alijs quam pluribus ipſo quo pri⁹
eundi tenore reuerſæ ſunt Coloniam ab hunis vn
dique iam obſeſſam. Statimque Barbari explora-
ta re: ſubite ſuper eas cum clamore irruerunt:
& quaſi lupi in oues ſæuientes: totam illam multi
titudinem occiderunt. Tu autem. ℣. Ad portum
vehuntur filię: hinc ad arcem Coloniæ. Poſt hæc
linquentes trieres: Romam adeunt pedeſtres. ℣.
Ad ſua bella cœlicum paradiſi implorare auxiliū.

In tertio nocturno añ. Sperantes in te domi-
ne gratia tua protexit ideoque te cœleſtem ſponſū
laudant: ac ſequentur lætantes & exultantes in pa
20 radiſi gaudijs Pſa. Beati quorum. Añ. Adducentur
regi virgines: cuius deſiderabilem amantes pul-
chritudinem: terrenos amplexus caſta mente cō
31 tempſerunt. Pſal. Eructauit. Añ. Ecce iam nunc
quomodo fluminis impetus lætificat ciuitatem
Dei: cum terrena cœleſtibus ſociantur: quia ſan-
ctificauit tabernaculum ſuum altiſsimus. Pſalm.
32 Deus noſter re. ℣. Iuſti autem. Homel. Cum au-
dieritis. ℟. Dum Coloniam obſident: has hunni re
dire vident irruunt virgines perimunt. Statim ab
vrbe fugiunt. ℣. Quos vt armati milites ceſę terre
bant virgines. Sta. ℟. Innumerabilis virginū cho-
rus ſpreta liberorum propagine: ſpōſo qui in cœ-
lis eſt perenni mente actu & habitu applicari ma-
luit. ℣. Ecce florentem mundum mentis deſpe-
ctu calcando. Spon. ℟. Vrbs noua Hieruſalem tur
bam tenet hanc ſocialem. Sanguine quæ viuę ſua
pallia lauit oliuę: atque ſtolas vino: Sic flore micat
ſa-

Digitized by Google

ſacra bino. ℣. Ad bona ſumma vacans miſeriſq; deum cito placans. Sic. Ad laud. añ. En lectulum Salomonis enſe muniuit ſermonis fortiſsima ex Iſrael Vrſula pulchra vt Rachel. Pſal. Dominus 99
reg. Añ. Hic quippe virginum cœtus Dei eſt ſpõſa & lectulus: in quo recumbans quietus: nobiles lucratur fœtus. Añ. Veni ergo turba Dei veni de libano: veni de vertice coronanda Sanyr Hermon & Amana: de cubilibus leonum & â montibus Pardorum. Añ. Benedictus es domine in firmamento cœlorum: cuius amoris igne ſuccenſa beata martyr Vrſula cum ſui martyrij beatis conſortibus crudeli morte vitam æternam commutauit, Añ. Ecce quam pulcher eſt dilectus iſte Eccleſiæ: quem tot adoleſcentularũ milia roſeis decorata coronis ſequuntur laudantes in excelſis. Cap: vt ſup. Hymnus. Rexglorioſe. ℣. Iuſtorũ animæ. Ad bñs. añ. Vox turturis inſonuit vinea Chriſti floruit dum germinãt vt palmites per Vrſulam tot virgines. Ad ij. veſp. añ. En lectulum. Pſ. 87
Dixit dominus. Beatus vir. In conuertendo. Eri- 114
pe. Lauda Hieru. Cap. vt ſup. ℟. Vrbs noua Hieruſalem. Hymn. Sanctorum meritis. ℣. Lætamini in domino. Ad mag. añ. Magnificate dominum omnes filij hominum cuius eſt fortitudinis ſi vincit puluis & cinis: nam noſtrum eſt ſi perimus tuũ Chriſte ſi vincimus: vince mala firmans bona vt cum hac virginum turba cœlo ſimul conregnemus quarum palmis congaudemus. ¶ In ſancti Seuerini Confeſſoris Capitulum. Ecce ſacerdos
ma-

magnus qui in die. Oratio.



DEus qui beatum Seuerinum Conſeſſorē tuū atq; pontificem hodierna die ſuſcepiſti atq; remunerasti concede propitius vt qui eius gaudemus meritis: prouocemur exemplis: & eius intercesſione veniam & vitam mereamur æternā.

Lectio prima.

IN tempore catholicorum Epiſcoporum & orthodoxorum ſacerdotū: Seuerinus Confeſſor Chriſti electus: in omni vitæ ſuæ tempore fidelis inuentus eſt. Qui ante Epiſcopatum longo tēpore laicali habitu conſtitutus: vitam pauperem: ſed fidelem in vrbe Rauenna ſecundum deum gerebat.

Lectio ſecunda.

Hic quandam fœminam (ſicut illud genus hominum ſolet habere) in legitimum matrimonium conſequutus eſt cuius nomen Vincentia fuit. Ex qua filiam Innocentiam vocabulo genuit. Cum quib9 ipſe Seuerinus pauper per opera muliebria victum quæritans operabatur per ſingulos dies. Nam lanam nere fœminarum atq; texere ſolebat: vnde vulgo Lanarius vocabatur. T. Lectio iij.

Qualis autem meriti idem vir apud dominum deum fuerit ipſe Deus æternus Iudex & ſecretorum cordis inſpector etiam hominibus innoteſcere curauit: quo vtilis Eccleſiæ idem paſtor extiterit: ſicut in ſequentibus demonſtratur.

Le-

Digitized by Google

Lectio iiij.

NAm cum preſul memoratę vrbis obijſſet: iuſſus eſt popul⁹ á pricipe ciuitatis triduanum ieiunium agere: vt Deus illis per aliquod ſignum oſtenderet: quis in locum defuncti præſulis ſuccedere debuiſſet. Cum hæc geruntur dicit Seuerinus Vincentiæ vxori ſuæ. Vadã videdere quis eligatur Epiſcopus hodie. Lectio v.

Cui illa cum indignatione reſpondit. Quid tu pannis obſitus vilibus inter nobiles quæris viros: vel quid pertinet ad te Magnatorũ ſuper electione Epiſcopi conſilium? Vtilius eſt more ſolito vt alicui ſeruias vnde mihi & filiæ tuæ victui neceſſaria miniſtrare valeas. Ad hæc ille inquit. Quid nocet vt vadam. At illa ait. Vtinam illuc veniens colaphizatus recedas. Lectio ſexta.

Ille autem verba vxoris floccipendens ad Eccleſiam properat: & ingreſſus iuxta principem conſtituit. Orante autem populo: ecce ſubito columba deſuper volitãs ſuper caput ipſius Seuerini cernentibus cunctis conſedit. Quod quidam pro ſigno accipientes & eum ſacerdotio dignum iudicabant. Alij vero indigne ferentes quod tam vilibus indumentis indutus inter primos ciuitatis ſtare præſumpſiſſet: cũ inhoneſte de Eccleſia exire compulerunt. Altera autem die & tertia cum per columbam ſicut prius ſacerdotio dignum palam omnibus deus demonſtrauit. Tunc mutato habitu clericum eum faciunt: & iuxta morem Eccleſiaſticũ Epiſcopum conſecrauerunt. Tu. Home.

Homo

Homo quidam peregre. ¶ In ſancti Maglori Confeſs. Cap. Ecce ſacerdos magnus qui in die. Orat.

SAncti Maglorii Confeſſoris tui atque pontificis quæſumus domine muniamur ſuffragijs: cuius te donante lætemur ſolennijs. Per dominum.

Lectio prima.

BEatus Maglorius tranſmarinis partibus oriūdus fuit: ducens originem ex Britanniarum ſtirpe nationum. Cuius genitor vmbrafel vocabatur; præclare etiam conſanguinitatis ſancti Samſonis pontificis conſors extitit: qui etiam ei diaconij officium impoſuit: & ſuper plebē ſuam verbi diuini diſpenſationem conſtituit. Qui opus ſibi iniunctum aſsidue adimplens innumeris claruit exemplis & documentis & inſuper miraculis.

Lectio ſecunda.

Poſt obitum igitur Confeſſoris Chriſti Samſonis beatus Maglorius pontificali honore dolenſis Eccleſiæ eſt ſublimatus: vbi Chriſti operante clemētia: magnarum virtutum inſignia operatus eſt.

Lectio tertia.

Qui cum Archiepiſcopi ſublimem obtineret arcem: nocte quadam Angelus domini ſibi apparuit in ſomnis dicens Egredere hinc glorioſe Chriſti Confeſſor Maglori: & ad quędam remotioris loci latibula ſolitariam ducens vitam proficiſcere. Hunc vero locum ſancti Samſonis prædeceſſoris tui ſcito eſſe à Deo deſtinatum. Tibi autem omnipotens Deus alium præparabit locū: in quo oues proprias ſub monaſtica religione paſtor merceberis.

Le-

Lectio quarta.

BEatus Maglorius viſionem angelicam quam dormiens viderat admirans: a ſomno expergefactus ait. Gratias tibi ago domine: quia per ſalutaria ſancti Angeli tui affamina: ea quæ op tauerã indigno ſeruo tuo nota facere dignatus es: vt videlicet virum nomine Bugodum: in ordine vicis ſuæ Epiſcopum Dolenſis Eccleſiæ cõſecraret.

Lectio quinta.

Ordinato itaq; eo: beatus Maglorius plebi ſuæ valefaciens: egreditur in quandam poſſeſsionẽ quã ſibi quidam comes contulerat: & ibidem ad honorem Dei monaſterium ædificauit: & monachorũ ſexagintaduorum collegium: ad exhibendũ Deo ſeruitutis officium collocauit.

Lectio ſexta.

Poſtquam autem vir dei innumeris ſignorum miraculis: multas prouincias illuminaſſet: obitum ſuũ longe ante præſciuit. Nam in vigilia paſchę Angelus domini familiariter ammonuit eum dicens. Sancte Maglori age quod agis: quia nomen tuum in libro vitæ ſcriptum eſſe noueris. Poſtea igitur finito huius vitæ curſu: Valedicens fratribus: animam creatori ſuo reddidit nono kalendas Nouembris. Tu. Home Homo quidam peregre.

¶ In ſanctorum Criſpini & Criſpiniani martyrũ.

Oratio.

EXaudi domine preces ſeruorum tuorum: vt ſanctorum martyrum tuorum Criſpini & Criſpiniani meritis tuam conſequamur gratiam: quorum ſolennia celebramus. ¶ De ſancto

Demetrio martyre. Hiſtoria de vno martyre pręter lectiones vel iſta noua dicatur hiſtoria. Ad primas veſp. añ. Perennis patriæ regis militem in gloria filiorum Dei receptum deprecemur: quatenꝰ domini miſericordiarum vbertate perfrui mereamur. Pſalm. Laudate. per omnia. Cap. Iuſtus ſi morte. ℟. Cõditor vniuerſæ mundi fabricæ cum ſenatoribus cœli apparuit ſuo dulciſsimo Demetrio. Et dixit: in te factura mea condelectabor. ℣. Fortitudo & laus tua ego ſum: tu es gratiæ meæ receptaculum. Hym. Deus tuorum mi. ℣. Gloria & honore. Ad magn. añ. In multitudine miſericordiæ tuæ ſperantes: rogamus te beate Demetri: qui cœlum decoraſti inclyto martyrio tuo: eſto ſalꝰ animæ: auctor pacis: id eſt vacuatio totius aduerſitatis

Oratio.



Deus qui beatum Demetrium martyrẽ tuũ virtutum ſignis in mundo clarificas: eius nos interuentu quæſumus: â cunctis reatibus & â malis quæ pro eis meremur abſolue propitius. Per. Ad matut. inui. Precioſi martyris Demetrij rogemus dominum. Quoniam ipſe eſt læticia iuſtorũ. Venite. Quære in cõi ſanctorum de Apoſtolis In i. noct. añ. Teneris ſub annis Græcorum alta ſoboles Demetrius in lege domini ſummopere nitebatur. Pſ. Beatus vir. Añ. Eccleſiarum magiſtri diſciplinam Theſſalonicẽſes Pauli diſcipulos imitari

tari

tari cōpellabat. Pſ. Quare. A ā. Inteſtina fidei dogmata Neſtor ſymbolū Apoſtolorū ſuſcepit á ſctō Demetrio. Pſ. Dñe quid. ℣. Gloria & hono. Le. i.

CVm Maximian⁹ Hercule⁹ habenas Romani teneret Imperij: natus eſt infra Panoniā beatiſsim⁹ Demetrius in ciuitate Sirimio. Cuius parētes erāt nō ſolū Chriſtiana dignitate adornati: verūetiā ex inclyta ꝓgenie ſenatorū nobiliter orti. T. ℟. Ex honeſtiſsima Pauli doctoris plātatione: duxit ſanctus Demetrius originē: quam vt vitalibus imbribus irrigabat. ℣. Theſſalonicenſes ex electionis vaſe potatos magiſterio antiquo reformans. Vi. Lectio ſecunda.

Ipſe vero vir btūs liberalib⁹ ſtudijs tradit⁹: cū eēt ſpū ſctō replet⁹ & diuinę humanęq́; paginę ſcientia prędit⁹: vrbē ſubijt Theſſalonicēſem: Quo dū puenißet & oēm mundanā gloriā ꝓ nihilo cōputaret: oībus ſuadebat quaten⁹ trāſitoria ſpernerēt & qđ ſemꝑ incorrupta ſubarratio eſt acciperēt: & vt á mortuis reſurrectionē & ad paradiſum reuerſionē ſe ituros eſſe crederēt. Tu. ℟. Dilectus Dei Demetri⁹ dixit Neſtori: palmis geminis cœleſtis māſionis hæreditatē: laureatus capies: ſecurus eſto. ℣. Lyeū mortalē inimicū vt Dauid Goliā ſuperabis: tuq́; martyr cū Chriſto gaudebis. He. L. iij.

Tēpore eodē Maximianus Herculeus idolatrię deditus: & ſuperbię faſtib⁹ inuolutus: in creatorē ſuum rebellis: & in profundum merſus erroris: ad vrbem Theſſalonicenſem deſcendit. Tunc non ſolum ab infirmis: verumetiā á mūdi primatibus

Digitized by Google

idola colebantur & eos qui Chriſtum dei filium
affirmabant interficiebant. Tu. ℞. Sanctus Deme
trius inter cœleſtis ſanctuarij milites, hodie aſci
tus eſt gloria coronandus. ℣. Vulneratus eſt vt ſal
uator in latere: tali triumpho in amenitate glo-
riatur paradiſi Ho. In ij. noctur. an. Vltimi deco-
rus dominicæ paſsionis efficax latere perfoſſo De
2 metrius in pace requieſcit. Pſ. Cum inuocã. An.
Fœlix populus qui vtitur Demetrio patrono: quo
2 niam ſcuto bonæ voluntatis circuntegetur. Pſal.
Verba mea. An. Quam admirabilis eſt Chriſtus in
ſuo milite Demetrio: non ſufficit lingua prome-
4 re Pſ. Dñe dominus. ℣. Poſuiſti domine. Le. iiij.

Beatus ergo Demetrius ſeipſum manifeſtans neminem formidabat: ſermones ſalutis libenter omnibus exhibebat pura mente prædicans: iuxta præceptum Apoſtolicum: iſta (inquit) illis in tempore abſq; tempore. Hanc igitur doctrinam Chriſti miles Demetrius fiducialiter prædicabat: & quod ore dicebat operibus adimplebat: & ideo Paganorum maxima multitudo ad eũ cõfluebat & per eum in Chriſto credebat. ℞. Neſtor iam in Chriſto renatus dixit: inuicte deus qui multimoda pietate ſanctificas ſanctum Demetrium. Adeſto mihi cum Lieo pugnaturo. ℣. Per nomen ſancti Demetrij Neſtor victoriam obtinuit: Lieum ædes plutonica ſuſcepit. Adeſto. Lectio v.

Cum autem fama tanti viri omnibus manifeſta eſſet: milites quidam: quibus ab Imperatore commendatũ fuerat Chriſtianos inueſtigare athletam

Chriſti

Digitized by Google

Chriſti preſumpſerunt capere: â quibus ductus ad tribunal Maximiani putabant ſe recepturos aliquid premij. Ipſe vero Maximianus iter agere cœpit ad ſtadium: vt ibi de fide ſua beatum interrogaret Demetrium. Hic itaq; tyrannus gloriabatur in quodam ſuo monacho nomine Lieo genere Wandalo qui in monomatizando iuuenes quã plurimos interficiebat. In quo Maximianus magnum ſolacium habebat. ℟. Maximianus morum honeſtate priuatus. Precepit cœleſtis militiæ armarium beatum occidere Demetrium. ℣. Vlnis mox Angelicis tranſuectus eſt cœlo gaudente terra plaudente. Prece. Lectio vi.

Cum autem Rex ad ſtadium perueniſſet: & de vehiculo ſuo deſcenderet adduxerunt corã eo beatum Demetrium. Quem cum in domino ſuo cõfidentem: & ſeipſum ſine metu periculi Chriſtianum eſſe perhibentem: cerneretq; faciem ſuam valde pulchram tanquam Angelicam: iuſsit eum iuxta ſtadium in cameris retrudi: & ibi diligenter cuſtodiri. Cuius membra: ob Liei interfectionem â iuuene: cuius nomen Neſtor: quem ipſe Demetrius ſigno crucis facto muniuit peractam: Maximianus iuſsit ſpiculatores gladijs crudeliſſimis incidere. Ipſi autem abeuntes: iuxta redemptoris exemplum: latus eius lancea perforauerunt: & gladijs eum crudeliter vulnerauerunt. Tali igitur modo martyr glorioſiſſimus obdormiuit in domino: & triumphum martyrij bona conſummauit confeſsione. Tu autem domine. ℟. Gaude

Digitized by Google

te Chriſti amatores in tranſmigratione ſancti Demetrij. Quoniam ſuper cœlos eleuatus nouit ſui nexus ſoluere peſtiferos. ℣. Differre pietatem neſcit omnibus quos fides docet. Quoniam. In iij. noct. an. Omnium quos cœlum & terra continet laude dignus eſt ſanctus Demetrius: quia gradibus virtutum montem Dei iucundiſsimus aſcendit. Pſal. In domino confido. An. Ex lucidiſsimo

6 Chriſti ſydere Demetrio Lupus illuminatus eſt miniſter eius: per quem Deus ędidit mirabilia in mundo multa: qui tandem gladij occiſione occubuit & monte ſancto requieuit cum Demetrio.

7 Pſ. Domine quis ha. An. Neſtorem & Lupũ inter generationes quærentium dominum attulit ſanctus Demetrius quia potens eſt apud cunctipotentem.

12 Pſ. Domine in vir. ℣. Magna eſt gloria eius. Homelia. Siquis venit ad me. vel. Niſi granum frumenti. ℟. Omnium quos cœlum & terra continet laude dignus eſt ſanctus iſte miſericordiarum domini largitor: qui petentibus fundit ſuffragia. Et per vniuerſum mundum miraculis corruſcat. ℣. Immortalis eſt enim memoria illius quia apud deum nota eſt & apud homines. Et per vniuer. ℟. Chriſti martyr glorioſe Demetri ſanctiſſime. Tu pio interuentu culpas noſtras ablue. ℣. Vt cœleleſtis regni ſedem valeamus ſcandere. Tu. ℟. Inclyte dei martyr Demetri ad te ſupplicantium indeficiens pietas nos tuo patrocinio adiutos á labenti calamitate defende. Atq; exutos carne pręſenta domino coronatos. ℣. Virtute ſalua

Digitized by Google

tiæ ſanctitatis tuæ nos deuotos: qui gloriaris cũ ſaluatore. Atq; exutos. Ad laudes añ. In iſta die fidei fortitudine Demetrius paradiſi delitias introiuit. Pſ. Dominus regnauit. Añ. Demetrius Neſtori dixit: fidem tene: quia ipſe eſt Deus qui per puram virginem in huius mundi arcam venit. Añ. Neſtor ad hæc omnia germina quæ tu exultationis labijs ſeuiſti in me per Euangelij germina iã videbis fructum. Añ. Curia cœleſtis nos vocat feſti nemus ingredi: vt inter benedictos domini hæreditatem capiamus. Añ. In laudibus egregie fidei Demetrij cœlum & terra: mare hodie cum magna deuotione iocundetur. Capit. vt ſup. Hym. Martyr dei. ℣. Iuſtus vt palma. Ad bñs añ. Omniũ quos cœlum & terra continet laude dignus eſt ſanctus iſte miſericordiarũ domini largitor: qui petentibus infundit ſuffragia & per vniuerſum mundum miraculis corruſcat. Oratio vt ſu. Ad ſecundas veſp. añ. In iſta die. vt ſup. Pſal. Beatus vir. 87
Credidi. Ad dominum. Ad te leua. De profun. Ad magn. añ. Hodie ſolennitas ſancti Demetrij gaudium inſpirat nobis: hodie pia deuotio Theſſalonicenſium miraculorum magnitudine ſublimatur: hodie tota iocunditate mentis eum patronũ quæramus vt eius pietas nos adiuuet apud deum.

¶ In vigilia Simonis & Iudæ Apoſtolorum. inuit. añ. Pſalm. & cætera ferialiter. Homelia. Hæc mando vo. Capitulum. Iuſtorum animæ.

Oratio.



COncede quæſumus o-mnipotens Deus vt ſi-cut Apoſtolorum tuo-rum Simonis & Iudæ glorio-ſa ſolennia præuenimus ſic ad tua beneficia promerẽda ma ieſtatem tuam pro nobis ipſi præueniant. Per. Eodem die.

DEus qui nos annua beatorum Confeſſorũ tuorum atq; pontificum Vedaſti & Aman di feſtiuitate lætificas: cõcede propitius vt gnorum ſolennia colimus: eorum patrocinia ſen tiamus. Per. Ad primas veſp. añ. Excelſus cum cæ teris Capitulum.

Ro. 8. FRatres. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui ſecun dum propoſitum vocati ſunt ſancti. ℟. Hoc eſt præce. Hym. Exultet cœlum. ℣. In omnẽ ter. Ad ma. añ. Ecce ego muto vos. Oratio.

DEus qui nos ber beatos Apoſtolos tuos Si-monem & Iudam ad agnitionem tui nomi nis venire tribuiſti: da nobis eorum gloriã ſempiternam & proficiendo celebrare: & cele-brando proficere. Lectio prima.

SImon Cananæus & Iudas Zelotes Apoſtoli do mini noſtri Ieſu Chriſti: cum per reuelatio-nem ſpiritus ſancti per fidem fuiſſent regio-nem ingreſsi: inuenerunt ibi duos Magos Zaroẽ & Arphaxat: qui á facie ſācti Matthęi Aplī de Æ-thiópia fugerãt. Erat aũt doctrina eorum praua.

Et

Et occurrit eis præfectus Warardach dux exerci-
tus regis Babyloniorum cui nomen erat Xerſes.
Hic aũt contra Indos qui fines Perſidis inuaſerãt:
ſuſceperat bellum. Tu autem. Lectio ij.

In comitatu aũt eius erant ſacrificatores & Ario-
li & Magi & incantatores: q per ſingulas manſio-
nes ſacrificantes dæmonijs: dabãt reſponſa falla-
ciæ ſuæ. Illa aũt die conſcindentes ſe: & ſanguinẽ
ſuum fundentes: nullum penitus dare potuere
reſponſum. Tu autem. Lectio iij.

Perrexerunt: ergo ad Phanum vicinę ciuitatis: &
illic cõſulentib⁹ dęmonia: dedit mugitũ dęmon:
& dixit: dij qui vobiſcũ comitabantur euntibus
ad pręlium nõ pñt vobis dare reſponſa: quia apo-
ſtoli dei ibi ſunt quorum vnus dicitur Simon: ali⁹
Iudas. Iſti aũt tantam virtutẽ cõſecuti ſunt â deo
vt nullus deus audeat illis præſentibus loqui. Tũc
Warardach dux exercitus regis Xerſis fecit eos
inquiri. Quos cum inueniſſent cœpit ab eis quæ-
rere vnde eſſent: aut qui eſſent aut quare veniſ-
ſent illuc. Lectio quarta.

QVi ſanctus apoſtolus Simon dixit. Si gen⁹
quæris: Hebræi ſumus: ſi condtionẽ: ſerui
ſumus Ieſu Chriſti: ſi cauſam q̃ris: ſalutis
veſtræ cauſa venimus: vt relicto errore ſimula-
chrorum: deum q in cœlis eſt poſsitis agnoſcere.
Cui rñdens Warardach dux dixit. Nunc interim
ad pręlium vado Indorũ: quia ꝓpoſuerunt inuade-
re fines Perſidis & Medorũ ſecum auxilia contra
nos promouerũt & non eſt opportunũ mihi vt de

his diſcutiam. Cum vero fœlix fuerit reuertendi ſucceſſus: audiam vos. Tu autem domine miſe.

Lectio quinta.

Dicit ei ſanctus Iudas apoſtolus. Modo magis cō gruum eſt te cognoſcere illũ cuius ope & auxilio poſsis victor exiſtere: vel certe eos qui rebelles ſunt pacatiſsimos inuenire. Dicit ei Warardach dux. Quia audio deos noſtros non eſſe auſos vobis coram poſitis nobis dare reſponſum: vos igitur nobis futura ꝑdicite: vt quos belli exitus habituri ſimus poſsim ſcire. Lectio vi.

Dicit duci ſanctus Simon apoſtolus. Vt cognoſcas errorem horum quos putas tibi futura prædicere: Damus illis poteſtatem reſpondendi tibi vt cum dixerint quæ ignorant: probemus eos per omnia fuiſſe mentitos. Dicit ei Warardach dux. Vtinam quidem poſsit fieri: vt interrogati loquãtur. Dicunt ei ambo apoſtoli. Modicum ſuſtine: & iubemus dæmonijs loqui. Tunc fanatici ad apoſtolorum præceptum cœperunt dicere grande bellum futurum eſſe. Cui dicti contrarium veridico apoſtolorum relatu: venientibus Indorum legatis ineundi pacem cauſa: craſtina die hora tertia claruit. Deinde ad Sannir ciuitatem in qua erant ſeptuaginta templorum pontifices venientes ab ipſis interfecti ſunt. Homelia. Hoc eſt præcep. Ad vi. Capitulum.

Ro. 8. Nam quos præſciuit & prędeſtinauit cõformes fieri imaginis filij ſui:vt ſit ipſe primo genitus in multis fratrib⁹ quos aũt prædeſtinauit:

ſtinauit: hos & vocauit & quos vocauit: hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit: illos & magnificauit. Ad ix. Capitulum.

FRatres. Certus ſum quia neq; mors: neq; vita: neq; angeli: neq; principatus: neq; virtutes: neq; inſtantia: neq; futura: neq; altitudo: neq; fortitudo: neq; profundum: neq; creatura aliqua poterit nos ſeparare à charitate dei: quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. ¶In vigilia omnium ſanctorum. Inuit. Regem omnium ſanctorum dominum. Venite adoremus. Pſalmus. Venite. Pſal. feriales cum ſuis añis ℣. Lætamini in domino. Homelia Deſcendens Ieſus de monte. ℟. Abſterge deus omnem lachrymam. ℟. Sancti tui domine. ℟. Sancti mei qui iſto ſeculo. Te deum. Non dicitur. ℣. Exultent iuſti in conſpectu. Ad laudes añ. ſola. Exultabunt ſancti in gloria lætabuntur in cubilibus ſuis. Pſal. Miſerere mei deus. Cum cæteris Pſal. Capitulum. Rm. 8

IN diebus illis. Ecce ego Ioannes vidi in medio throni & quatuor animaliũ: & in medio ſeniorum: agnum ſtantem tanq̃ occiſum: habentem cornua ſeptem & oculos ſeptem: qui ſunt ſeptẽ ſpiritus dei miſsi in omnem terram. Deo. Hymnus. Rex glorioſe mar. ℣. Iuſtorum animæ. Añ. Beati eritis. Quære infra in ij veſperis de apoſtolis Pſalmus. Benedic. Oratio. Apoc. 5

Domine

Digitized by Google



DOmine deꝰ noſter mul
tiplica ſuper nos gratiā
tuam & quorum præue
nimus glorioſa ſolennia: tri
bue ſubſequi in ſancta profeſ
ſione lætitiā. Per. Eodem d e.
Deus qui nos beati Quintini
martyris tui annua ſolennitate lætificas: conce-
de propitius: vt cuius natalicia colimus: etiam a-
ctiones imitemur. Per. Alia ſuffrag. non dnr. Ad
38 primā aň. Exultabūt ſancti. Vt ſup. pſal. Deus in
noĩe Btĩ. Retribue. Quicunq;. Capitulum.
Apoc. DIgnus eſt agnus qui occiſus eſt: accipere
5 virtutem & diuinitatem: & ſapientiam &
fortitudinem: honorem & gloriam & bñ-
dictionem in ſecula ſeculorū amē. ℟. Chriſte fili
dei viui. ℣. Qui es corona ſctōrū oĩm. Vel. Qui
ſedes ad dex. ℣. Mirabilis deus in. Oratio. Dñe
deus noſter. Dñe ſctē pater. Ad iij. aň. Cū palma.
95 Quære de martyribus Pſal. Legem pone. Capit.
In diebus illis. Ecce ego Ioannes. ℟. Lætamini in
domino. Orationes vt ſupra. Ad ſextā Añ. Cor-
pora ſanctorum. Quære de martyribus. Pſalmus.
97 Defecit in ſa. Capitulum.
Apoc. DIgnus es domine accipere librum & ape-
5 rire ſignacula eius: qm̄ occiſus es: & rede-
miſti nos deo noſtro in ſanguine tuo: ex
omni tribu & lingua & populo & natione: & feci-
ſti nos deo noſtro regnū & ſacerdotes: & regna-
bunt ſuper terrā. ℟. Exultet iuſti in cō. Ad ix. aň.
Gloria

Digitized by Google

Gloria hæc eſt omibus ſanctis eius. Pſal. Mirabi-
lia. Capit. Dignus eſt agnus. Vt ſup. in primo. ℟.
Iuſti aũt in ppe. Orationes vt ſup. In primis veſp.
an. Gaudẽt in cœlis aĩæ ſanctorũ q Chriſti veſti-
gia ſunt ſecuti: & q a p eius amore ſanguinẽ ſuũ
fuderũt: ideo cũ Chriſto exultãt ſine fine. Pſalm.
Laudate pueri dominum. Capitulum. 88
IN diebus illis. Ecce ego Ioannes vidi alterum Apoc.
angelum aſcendentem ab ortu ſolis: habentẽ 7
ſignũ dei viui: & clamauit voce magna quatuor
angelis qbus datũ eſt nocere terræ & mari dicẽs:
nolite nocere terrę & mari neq; arborib⁹: quoad-
uſq; ſignemus ſeruos dei noſtri in frontib⁹ eorũ.
Deo. ℟. Beati eſtis ſcti dei oẽs: q meruiſtis con-
ſortes fieri cœleſtiũ virtutũ: & perfrui æternę tri-
nitatis gloria. Ideoq; pcamur vt memores noſtri
intercedere dignemini pro nobis ad dñm Ieſum
Chriſtum. ℣. Gaudete & exultate oẽs ſancti: qm
nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. Ideo. Hym.
CHriſte redemptor oĩm: cõſerua tuos famu-
los: btę ſemp virginis placat⁹ ſctis pcibus.
Beata quoq; agmina cœleſtiũ ſpirituũ: pte
rita pſentia futura mala pellite. Vates æterni iu-
dicis apoſtoliq; dñi: ſuppliciter expoſcimus ſalua-
ri veſtris pcibus. Martyres dei inclyti: cõfeſſo-
reſq; lucidi: veſtris orationibus nos ferte in cœ-
leſtibus. Chorus ſacrarũ virginũ monachorũq;
oĩm: ſimul cũ ſanctis oĩbus cõſortes Chriſti faci-
te. Gentẽ auferte pfidã: credentiũ de finibus: vt
Chriſto laudes debitas perſoluamus alacriter.
Gloria

Gloria patri ingenito: eiuſq́; vnigenito: vna cum ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amē. ℣. Letamini in dño. Ad mag. añ. O q̃ glorioſum eſt regnum: in quo cū Chriſto gaudent oēs ſancti: amicti ſtolis albis ſequūtur agnū quocūq; ierit. Ora.

OMnipotens ſempiterne deus: qui nos oīm ſanctorum tuorū merita ſub vna tribuiſti celebritate venerari: quæſumus: vt deſideratā nobis tuæ ꝓpitiationis abundantiā: multiplicatis intercesſoribus largiaris. Per. Eodē die.

DEus qui nos beati Cæſarij martyris tui annua ſolennitate lætificas: concede propitius: vt cuius natalicia colim⁹: etiā actiones imitemur. Per. Ad completorium Hymnus.

IEſu ſaluator ſeculi: redemptis ope ſubueni: & pia dei genitrix ſalutem poſce miſeris. Cœtus omnes angelici patriarcharum cunei & prophetarum merita nobis precentur veniam. Baptiſta Chriſti præuius & clauiger æthereus cum cæteris apoſtolis nos ſoluant nexu criminis. Chorus ſacratus martyrum: confesſio ſacerdotum: & virginalis caſtitas: nosá peccatis abluant. Monachorum ſuffragia: oēsq́; ciues cœlici: annuant votis ſupplicum: & vitæ poſcant premium. Laus honor virtus gloria deo patri & filio: vna cū ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen. Capit.

Apoc. 7 BEnedictio & claritas & ſapientia & gratiarū actio: honor & virtus: fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum amen. ℣. Mirabilis de⁹.

Ad nūc dimittis Añа. Gaudete & exultate omnes

ſancti

ſancti quoniã merces veſtra copioſa eſt in cœlis.

Oratio.

DA quæſumus dñe fidelibus populis tuis omnium ſanctorũ ſemper veneratione lætari: & eorum perpetua ſupplicatione muniri. Per. Oratio. Deus qui illu. noc. Ad matut. inuit. Regẽ regũ dñm venite adoremus. Quia ipſe eſt corona ſanctorum oĩum. Pſal. Venite. In i. noctur añ. Notuit dñs viam iuſtorum qui in legẽ eius meditantur die ac nocte. Pſal. Btũs vir. Añ. 1
Mirificauit dñs ſanctos ſuos: & exaudiuit eos clamantes ad ſe. Pſal. Cum inuo. Añ. Admirabile eſt 2
nomen tuum dñe: q̃ gloria & honore coronaſti ſanctos tuos: & conſtituiſti eos ſuper opera manuum tuarum. Pſal. Domine dominus noſter.
℣. Lætamini in domino. Benedictio. Benedictio 4
ne perpetua. Lect. i. Sermo Rabani Archiepi.

LEgimus in eccleſiaſticis hiſtoriis: qđ ſctũs Bonifacius: q̃ quartus à beato Gregorio Romanæ vrbis epatũ tenebat: ſuis precibus à Foca Cæſare impetrauerit donare eccleſiæ Chriſti templũ Romæ: qđ ab antiq̃s Pantheon antea vocabatur: q̃a hoc quaſi ſimulacrũ oĩm videretur eſſe deorũ. In quo elimiata oĩni ſpurcitia: fecit eccleſiã ſanctæ dei ganitricis atq; oĩm martyrũ xp̃i: vt excluſa multitudine dæmonum multitudo ibi ſanctorum in memoria haberetur: & plebs vniuerſa in capite kalendarum Nouembrium: ſicut in die natalis domini ad eccleſiam in honore omnium ſanctorum conueniret. Tu autem do.

Digitized by Google

℣. Benedicamus patrem & filiũ cum ſancto ſpiritu laudemus & ſuper exaltemus eum in ſecula. ℣. Benedictus es dñe in firmamento cœli: & laudabilis & glorioſus. In. Benedictio. Nos cum preſepia.

Lectio ſecunda.

Beata dei genitrix & ſemper virgo Maria templum dñi ſacrariũ ſpũſſcti: virgo ante partũ virgo poſt partũ: pñtis ſolẽnitatis diei cũ ſuis virginib⁹ expers nullo modo credenda eſt: quæ populũ dei faciendo monebat ſpernere pituri luxus ſeculi: á lenocinio mortalis naturę declinare: carnis pudicitiam cum virginitatis honore intra cordis hoſpitia obſeruare: eamq̃ oĩm virtutũ reginã: fructum ſalutis ppetuę ſociam eſſe angelorum ſuis affirmabat exemplis. Tu. ℟. Fœlix nãq̃ es ſacra virgo Maria: & omni laude digniſsima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus deus noſter. ℣. Ora pro populo interueni pro clero: intercede pro deuoto fœmineo ſexu ſentiant omnes tuum iuuamen quæcunq̃ celebrant tuam ſanctiſsimã commemorationem. Quia. Benedictio. De ſupernis cœlorum benedicat nos rex angelorum.

Lectio tertia.

Superna quoq̃ cœlorum regna: ſpiritibus angelicis ad laudem & gloriã atq̃ honorem ſui nominis ac maieſtatis: in perpetuũ miro ordine collocauit deus. De quibus plura loqui pertimeſcimus: quia ſoli deo ſcire eſt: quomodo vel quemadmodum eorum nobis inuiſibilis abſq̃ contagione ſeu diminutione in ſua ſola puritate conſiſtat natura.

Digitized by Google

tura. Nouem vero eſſe angelorum ordines ad dei iudicia ac miniſteria complenda: teſtante ſacro eloquio: cognouimus: quorum principatus atq; poteſtates ſubtiliter ac mirabiliter omipotentis nutu diſtinguuntur. ℞. Te ſanctum dn̄m in excelſis laudāt om̄es angeli dicentes. Te decet laus & honor domine. ℣. Cherubin quoq; & Seraphin ſanctus proclamant & omnis cœlicus ordo dicens. Te. In ij. noctur. an̄. Dn̄e qui operati ſunt iuſtitiam habitabūt in tabernaculo ſuo & requieſcent in monte ſancto tuo. Pſalm. Domine q̄s 7
habi. An̄. Hæc eſt generatio quærentium dn̄m: quærentium faciem dei Iacob. Pſal. Dn̄i eſt ter. 15
An̄a. Lætamini in dn̄o & exultate iuſti & gloriamini oēs recti corde. Pſal. Beati quorū. ℣. Exultent iuſti. Bn̄dictio. Deus pater omp̄s. Lc. iiij.

ADhuc aliquid de hac eadem tam pulchra atque præclara feſtiuitate loqui incipiamus: quæ non ſolum angelorum vt prædiximus ſpiritibus: verū etiā ſanctis omnibus qui in terra ſunt ab exordio mūdi procreati honorabiliter dedicata cōſiſtit. Ex q̄bus primi fuerunt patriarchæ viri religioſi atq; glorioſi in vita ſua: patres prophetarum & apoſtolorū: quorū memoria non derelinquetur: & nomen eorū manet in æternum: q̄a deo digni inuenti ſunt. Tu. ℞. Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne baptiſta. Qui viā domino p̄parauit in heremo. ℣. Fuit homo miſſus à deo: cui nomen Ioannes. Qui. Benedictio. Chriſtus perpetue.

Lectio v.

Ioanni baptiſtæ Athletę dei electo cõcordat duo denus apoſtolorũ numerus: quos à primis miraculorũ virtutibus: ad cõponendũ nouę fidei fundamentũ: erigendumq́; adhuc tenerę ſtatũ eccleſiæ ꝓuidentia diuina ex oĩbus quos capiebat mũdus elegit: vt in oẽm terrã ſonus eorũ prædicationis exiret: & in fines orbis terræ eorũ ꝓcederent verba. Tu. ℟. Vos eſtis ſal terrę: vos eſtis lux mũdi. Non põt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita ℣. Videant opera veſtra bona & glorificent patrem veſtrũ qui eſt in cœlis. Non. Benedictio. Ad gaudia paradiſi. Lectio ſexta.

His ſubiectum eſt triumphale martyrum nomẽ: qui per diuerſa tormentorũ genera Chriſti paſſionem non laceſſentibus prȩcordiorũ mentibus imitabantur. Alĳ ferro perempti: alĳ flammis exuſti: alĳ flagris verberati: alĳ ictibꝰ ꝑforati: alĳ cruciati patibulo: alĳ pelagi ſubmerſi ꝑiculo: alĳ viui decoriati: alĳ vinculis mancipati: alĳ linguis priuati: alĳ lapidibus obruti: alĳ frigore afflicti: alĳ fame cruciati: alĳ vero truncatis manibus ſiue cęteris ceſi mẽbris: ſpectaculum contumelię in populis nudi ꝓpter nomen dñi portantes. Hi ſunt triumphatores & amici dei: q̨ contẽnentes ſceleratorum iuſſa principũ: modo coronãtur & accipiunt palmas laborũ: quia fundati erãt ſupra firmam petrã id eſt Chriſtũ. Tu. ℟. Iſti ſunt ſancti qui pro teſtamẽto dei ſua corpora tradiderũt. Et in ſanguine agni lauerunt ſtolas ſuas. ℣. Tra-

diderunt

Digitized by Google

diderũt corpora ſua propter deum ad ſupplicia & meruerunt habere coronas perpetuas. Et. In iij. noct. añ. Timete dñm oẽs ſancti eius: quoniã nihil deeſt timentibus eum ecce oculi domini ſuper iuſtos: & aures eius in preces eorũ. Pſal. Benedicam do. 21
Añ. Dñe ſpes ſanctorũ & turris fortitudinis eorum: dediſti hæreditatẽ timentibus nomen tuum & habitabũt in tabernaculo tuo in ſecula. Pſalm. Exaudi deus depre. Añ. Dñe deus virtutum beati oẽs q̃ ſperant in te: non priuabis bonis eos qui ambulant in ęquitate in ſecula ſeculorum laudabunt te. Pſal. Quam dilecta taber. 62
℣. Iuſti aũt in ꝑpetuũ. Lectio vij. Sc̃dm Matth.



IN illo tempore. Videns Ieſus turbas aſcẽdit in mõtẽ. cap. 5
Et cũ ſediſſet: acceſſerũt ad eum diſcipuli eius. Et aperiẽs os ſuum docebat eos dicens. Beati pauperes ſpũ q̃m ipſorum eſt regnum cœlorum. Et reliqua. Homelia beati Leonis Papæ.

Prædicante dilectiſsimi dño Ieſu Chriſto euãgeliũ regni: & diuerſos ꝑ totã Galilęã curãte languores: in oẽm Siriã ſe virtutũ eius fama diffuderat: & multę ex vniuerſa Iudęa turbę ad cœleſtẽ medicũ cõfluebant. Quia eñ tarda eſt humanę ignorantię fides ad credenda quę non videt: & ſperanda q̃ neſcit: oportebat diuina eruditione firmandos corporeis beneficiſs & viſibilibus miraculis incitari: vt cuius tam benignam experiebantur

Digitized by Google

pōtentiā : non ambigerent ſalutarem eſſe doctrinam. Tu. ℟. Beati pauperes ſpū qm̄ ipſorum eſt regnū cœlorū: btī mites: qm̄ ipſi poſſidebunt terram: beati qui lugent: quoniam ipſi cōſolabuntur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam: ipſi ſaturabuntur. ℣. Beati miſericordes: qm̄ ipſi miſericordiam conſequentur. Btī. L. viij.

Vt ergo exteriores medelas dn̄s ad remedia interiora transferret: & poſt ſanitates corporū curationes operaretur animarum: ſegregatas à circūſtantibus turbis ſeceſſum vicini montis aſcendit: aduocatis apoſtolis quos ſublimioribus inſtitutis ab edito myſticę ſedis imbueret: ex ipſa loci atq; opis q̄litate: ſignificans ſe eſſe q̄ Moyſen quondā ſuo fuiſſet dignat⁹ alloq̄o. Illic q̄dē terribiliore iuſtitia: hic aūt ſacratiore clemētia: vt impleretur qđ fuerat ꝓphetæ Hieremiæ ꝓmiſſum dicēti. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: & diſponam domū Iſrael. Poſt dies illos dicit dn̄s. Dabo leges meas in ſenſu eorum: & in corde ipſorum ſcribā eas. Tu. ℟. Btī q̄ perſecutionē patiuntur ꝓpter iuſtitiā qm̄ ipſorū eſt regnū cœlorū. Btī pacifici: qm̄ filij dei vocabuntur. ℣. Btī mūdo corde: qm̄ ipſi deum videbunt. Btī. Lectio ix.

Qualis ſit doctrina Chriſti: ſacrę ipſius ſententiæ ꝓteſtantur: vt qui ad æternā beatitudinē ꝑuenire deſiderant: gradus fœliciſſimę aſcenſionis agnoſcant. Beati inquit pauperes ſpū: quoniā ipſorum eſt regnum cœlorū. De quib⁹ pauperibus ſi veritas loq̄retur: ſorte eſſet ambiguū: ſi diceret beati

paupe-

paupercs: nihil adderet de intelligenda pauperum qualitate: & ſufficere videretur ad ꝓmerendum regnū cœlorum ea ſola inopia quā multi ſub dura & graui neceſsitate patiantur. Sed cū ait beati pauperes ſpū: oſtendit eis regnum cœlorū tribuendū quos humilitas cōmendat animorū: magis q̄ indigentia facultatū. ℞. Beati eſtis. Vt ſup. in veſp. Ad lau. Aña. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui 69
ſecundū ꝓpoſitū vocati ſunt ſcti. Pſal. Dñs reg. Añ. Sapientiam ſctōrū narrant oēs populi: & laudem eorū ꝓnunciat oīs eccleſia. Añ. Reddet deꝰ mercedem laborū ſctōrū: & deducet illos in via mirabili. Añ. Spiritus & aīæ iuſtorum hymnum dicite deo noſtro alleluia alleluia. Añ. Gloria hęc eſt oībus ſctīs eius. Cap. In diebus illis: ecce ego Ioannes. vt ſup. Hym. Ieſu ſaluator ſe. ℣. Iuſtorū. Ad bñs Añ. In ciuitate dñi ibi ſonant iugiter organa ſctōrū: ibi cinnamomū & balſamū odor ſuauiſsimus carmina eorum: ibi angeli & archangeli hymnum deo decantant ante thronum dei alleluia. Oratio. Oīpotens ſempiterne deus. Adiuncta oratione. Deus qui nos beati Cæſarīj. Ad primam hymnꝰ. Iam lucis. Laus honor. Añ. Scimus quoniam. Pſal. Deus in nomine. Cap. Benedictio & claritas. Vt ſupra ℞. Ieſu Chriſte. ℣. Qui es corona ſanctorū oīm. ℣. Mirabilis deus. Oratio. Da q̄s dñe fidelibus. Dñe ſancte pater. Preces. Exultabūt. Et de beata virgine nō legitur hodie. Ad tertiam Aña. Sapientiam ſancto. Pſal. 95

Digitized by Google

Legem pone. Capit. vt ſup. ℞ Lætamini in domi no. Ad ſextam Capitulum.

Apoc. 7 POſt hæc vidi turbam magnam: quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus & populis & linguis: ſtantes ante thronũ in cõſpectu agni amicti ſtolis albis & palmæ in manibus eorum. Deo. Ad ix. capitulũ.

Apoc. 7 ET omnes angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorũ & quatuor animalium: & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas & adorauerunt deum dicentes amen: benedictio & claritas & ſapientia & gratiarũ actio honor & virtus & fortitudo deo noſtro in ſecula ſeculorum amẽ. In ij. veſp. añ. Virgã virtutis. &c. q̃re infra de martyribus cũ cæteris añ & pſal. Cap̃. In diebus illis: ecce ego Ioan. ℞ Oẽs ſcti p̃ fide vicerũt regna: opati ſunt iuſtitiã: adepti ſunt repromiſſiones: obturauerũt ora leonũ: & fortes facti ſunt in bello. ✠ In cœleſtibus regnis ſanctorũ habitatio eſt: & in æternum reges eorũ. Et. Hym. Chriſte redem. ✠ Lætamini in dño. Ad magni. añ. Laudẽ dicite deo noſtro oẽs ſancti eius: & qui timetis deum puſilli & magni: q̃m regnauit dñs deus noſter oĩs: gaudeam⁹ & exultemus & demus gloriã deo. Cõpletor vt ſup. Scdo die inuit. Regẽ regũ. Vt ſup. per ordinẽ cum cæteris. Lect. i. ex hom. Beati Augu ſuper euange. Videns Ieſus turbas.

VIdens Ieſus turbas aſcendit in montem. *Si* q̃ritur: q̃d ſignificet mõs: bñ intelligitur ſignificare maiora p̃cepta iuſtitiæ: q̃a mino-

ra

ra erant quæ Iudæis data ſunt. Vñ tñ deus p ſctõs pphetas & famulos ſuos ſcd'm ordinatiſsimã diſtributionẽ temporũ dedit minora præcepta populo quem timore adhuc alligari oportebat: & p filium ſuum maiora populo: quem charitate tam liberari cõuenerat. ℞. Hodie dilectiſsimi oĩum ſanctorũ ſub vna ſolennitate celebremus feſtiuitatem quos terra ęditos precioſus Chriſti ſanguis gratuita pietate: ad cœleſtia euocauit. Quorum ſocietate cœlum exultat: quorũ patrociniis terra lętatur: quorũ triũphis eccleſia ſancta roboratur. ℣. Ad eorũ ergo ſocietatẽ totis viribus anhelemus: vt cũ eis eſſe & ad Chriſtũ puenire valeam⁹

Lectio ſecunda.

Sedens aũt docet: qđ ptinet ad dignitatem magiſterii. Et accedunt ad eũ diſcipuli eius vt audiendis illius verbis hi eſſent etiã corpore viciniores: q̃ pceptis ad implendis aĩo appropinquabant. Apuit os ſuum & docebat eos dicens. Beati pauperes ſpũ qm̃ ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. ℞. Vidi turbã magnã q̃ dinumerare nemo poterat ex oĩbus gentibus & tribubus & populis & linguis ſtantes ante thronũ in conſpectu agni. Amicti ſtolis albis & palmę in manibus eorum. ℣. Et vidi & audiui numerum ſignatorum centum quadraginta quattuor milia ſignati. Amicti. Lectio iii.

Iſta circũlocutio qua ſcribitur & aperiens os ſuũ: fortaſſe ipſa mora cõmendat aliqñ lõgiorẽ eſſe futurũ ſermonẽ: iuxta hoc qđ nunc dictũ eſt eũ aperuiſſe os ſuum: q̃ in lege veteri aperire ſolebat

ora ꝓphetarũ. Quod ergo dicit: beati pauperes ſpũ qm̃ ipſorũ eſt regnum cœlorũ legim⁹ ſcriptũ de appetitione rerum tpaliũ. Oĩa vanitas & præſumptio ſpũs Præſumptio aut ſpũs: audaciã & ſupbiã deſignat. T. ℟. O q̃ glorioſum eſt cœleſtiũ virtutũ cõtubernijs pfrui: & intueri agmina ſctõrũ ſplẽdidius ſyderib⁹ micãtia: patriarcharũ fide fulgẽtia: ꝓphetarũ ſpe lætãtia: apoſtolorũ ſublimitate orbẽ iudicãtia: martyrũ purpureis victoriæ coronis lucentia. Virginum quoq; choros candẽtia ſerta geſtantes inſpicere. ℣. Tantorum ergo patrocinia ſctõrum tota mẽtis intẽtione q̃ramus vt cum eis eſſe & ad Chriſtum ꝑuenire valeam⁹. Vir. In ij. noct. añ. Dñe qui opati. vt ſup. Le. iiij.

BEati mites: qm̃ ipſi poſſidebunt terrã. Illam credo terram: de qua in pſalmis dicitur. Spes mea es tu: portio mea in terra viuẽtium. Signat enim quandã ſoliditatẽ & ſtabilitatẽ hæreditatis ppetuę: vbi aĩa p bonum affectum: tanq̃ loco ſuo requieſcit: ſicut corpus in terra: & inde cibo ſuo alitur: ſicut corpus ex terra. Mites aũt ſunt q cedunt imꝓbitatibus: & non reſiſtunt in malo: ſed vincunt in bono malum. Rixentur ergo imites: & dimicẽt ꝓ terrenis ꝓ tpalibus rebus. Beati autẽ mites qm̃ ipſi hæreditate poſſidebunt terrã: de qua pelli non pñt. ℟. Beata vere mater eccleſia quam ſic honor diuinę dignationis illuminat: quã victorioſorum glorioſus martyrum ſanguis exornat. Quam inuiolatę confeſſionis candida induit virginitas. ℣. Floribus eius nec roſę nec lilia deſunt. Quam.

Lectio

Lectio quinta.

Beati lugentes: quoniam ipſi conſolabuntur. Luctus eſt triſtitia de amiſsione charorum. Conuerſi autem ad Deum: ea quæ in hoc mundo chara amplectebantur amittunt. Non enim gaudēt his rebus: quibus ante gaudebant: & donec fiat in illis amor æternorum: nonnulla mœſticia ſauciantur. Conſolabuntur ergo ſpiritu ſancto: quia maxime propterea paraclitus nominatur: ideſt conſolator: vt temporalia amittentes æterna læticia perfruantur. Tu. ℟. Redemiſti nos domino Deo in ſanguine tuo. Ex omni tribu & lingua & populo & natione & feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes: & regnabimus ſuper terram. ℣. Et ceciderunt in facies ſua: & adorauerunt eum. Ex.

Lectio ſexta.

Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam: quoniā ipſi ſaturabuntur. Iam iſtos amatores dicit veri & inconcuſsi boni. Illo ergo cibo ſaturabūtur: de quo ipſe dominus dicit. Meus cibus eſt vt faciam voluntatē patris mei: quod eſt iuſticia. Et illa aqua: de qua quicūq̄ biberit: vt ipſe dicit fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. ℟. Omnes ſan. vt ſup. In iij. noctur. añ. Timete deum vt ſupra. Homel. & laud. cum cæteris. vt in die ſup. Tertio die.

Lectio prima.

Beati miſericordes: quoniam ipſorum miſerebitur Deus. Beatos eſſe dicit qui ſubueniunt miſeris: quoniam eis ita rependitur vt de miſeria liberentur Beati mundo corde: quoniam

Digitized by Google

ipſi deum videbunt. Quam ergo ſtulti ſunt qui deum exterioribus oculis quærunt: cum corde videatur: ſicut alibi ſcriptum eſt. Et in ſimplicitate cordis quærite illum. Hoc eſt enim mundum cor: quod eſt ſimplex cor. Et quemadmodum lumen hoc videri non poteſt niſi oculis mundis: ita nec deus videtur niſi mundum ſit illud â quo videri poteſt. ℟. Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius: & qui timetis deum puſilli & magni quoniam regnauit dominus deus noſter omnipotens. Gaudeamus & exultemus: & demus gloriã deo. ℣. Genus electum gẽs ſancta: populus acquiſitionis: memores memorum laudate deum. Gaudeamus. Lectio ſecunda.

Beati pacifici: quoniã filij dei vocabuntur. In pace perfectio eſt vbi nihil repugnat: & ideo filij dei pacifici quoniam nihil reſiſtunt deo. Et vtiq̃ filij ſimilitudinem patris habere debent. Pacifici aũt in ſemetipſis ſunt qui omnes animi ſui mores componentes & ſubijcientes rationi: ideſt menti & ſpiritui: carnales quoque concupiſcentias edomitas habentes: fiunt regnum dei. Tu. ℟. Concede nobis domine quæſumus veniam delictorũ & intercedentibus ſanctis quorum hodie ſolennia celebramus. talem nobis tribue deuotionẽ: vt ad eorum peruenire mereamur ſocietatem. ℣. Adiuuent nos eorum merita quos propria impediũt ſcelera: excuſet interceſsio: accuſat quos actio: & qui eis tribuiſti cœleſtis palmam triũphi: nobis veniã nõ deneges peccati. L. iij.

In

Digitized by Google

In regno dei ita ordinata ſunt omnia: vt id quod eſt in homine præcipuum & excellens: hoc impe ret: cæteris non reluctantibus quæ nobis beſtijſq; ſunt cõia: Atq; idipſum quod excellit in hoĩe: id eſt mens & ratio ſubijciatur potiori qđ eſt ipſa veritas vnigenitus dei fili⁹. Neq; enim imperare inferioribus põt: niſi ſuperiori ſe ipſe ſubijciat. T. ℟. Tua ſunt hæc Chriſte opera tua miracula qui vere mirabilis es in ſanctis tuis quos ita dignaris glorificare. Vt eos de hoſte humani generis mirabiliter facias triũphare. ℣. Gloria virtus & gratia hæc eſt omnibus ſanctis tuis Vt. Lectio iiij.

Et hæc eſt pax quæ datur in terra hominibus bonę voluntatis. Hæc eſt vita conſumati perfectiq; ſapientis. De huiuſmodi pacatiſsimo atq; ordinatiſsimo regno miſſus eſt foras princeps hui⁹ ſeculi: qui peruerſis inordinatiſq; dominatur. Hac pace intrinſecus cõſtituta atq; formata: quaſcunq; perſecutiones ille qui foras miſſus eſt forinſecus concitauerit: auget gloriam quæ ſecundum deum eſt. Non aliquid in illo ædificio labefactans: ſed deficientibus machinis ſuis innoteſcere faciens quanta firmitas intus extructa ſit. ℟. Beata vere mater Eccleſia.

Quære ſupra die ſecundo Lectio v.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiã: qm̃ ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Sunt autẽ oẽs iſtę octo ſentẽtię. Quapropter iſte ſentẽtiarũ numerus diligenter conſiderandus eſt. Incipit enim beatitudo ab humilitate. Beati pauperes ſpiritu:

tu:ideſt non inflati. ℟. Redemiſti nos. vt ſupra.

Lectio ſexta.

Dum ſe diuinæ auctoritati ſubdit anima: timens poſt hanc vitam ne pergat ad pœnas: etiam ſi forte in hac vita ſibi beata eſſe videatur: venit ad diuinarum ſcripturarum cognitionem: vbi oportet eam ſe mitem præbere pietate: ne id quod imperitis videtur abſurdum vituperare audeat: & pernicacibus concertationibus efficiatur indocibilis. Inde iam incipit ſcire quibus modis ſeculi huius per carnalem conſuetudinē ac peccata teneatur. Tu. ℟. Omnes ſancti. Cætera vt ſupr. Quarto die.

Lectio prima.

Itaq; in hoc tertio gradu in quo ſcientia eſt: lugetur amiſsio ſummi boni: quia intratur extremis. In quarto autem gradu labor eſt: vbi vehementer incumbitur vt ſeſe animus auellat ab eis: à quib⁹ peſtifera dulcedine innexus eſt. Hinc ergo eſuritur & ſititur iuſtitia: & multum neceſſaria eſt fortitudo: quia non relinquitur ſine dolore quod cum delectatione retinetur. Tu. ℟. Hodie dilectiſsimi. Lectio ſecunda.

Quinto autem gradu perſeuerantibus in labore: datur euadendi conſilium: quia ſi vnuſquiſq; adiuuetur à ſuperiore: nullo modo ſibi eſt idoneus: vt ſeſe tantis miſeriarum implicamentis expediat. Eſt autem iuſtum conſilium vt qui ſe à potentiore adiuuari vult: adiuuet infirmiorem: in quo eſt ipſe potentior. Itaq; beati miſericordes: quoniam ipſorum miſerebitur Deus.

Lectio

Lectio tertia.

Sexto gradu eſt cordis mũdicia de bona conſciẽtia bonorum operum: valens ad contemplandum illud ſummum bonum: quod ſolo puro corde & ſereno intellectu cerni poteſt. Poſtremo eſt ſeptima ipſa ſapientia id eſt contemplatio veritatis pacificans totum hominem & ſuſcipiens ſimilitudinem: quæ ita concluditur. Beati pacifici quoniã ipſi filij Dei vocabuntur. Lectio quarta.

Octaua tanquam ad caput redit: quia conſumatum perfectumq́; oſtendit & probat. Itaq; in prima & in octaua nominatum eſt regnum cœlorum cum iam dicitur. Quis nos ſeparabit â charitate Chriſti? Tribulatio: & anguſtia: an perſecutio: an fames: an nuditas: an periculum: an gladius. Septem ſunt ergo quæ perficiunt. Nam octaua clarificat & quod perfectum eſt demonſtrat: vt per hos gradus perficiantur cæteri tanquam â capite rurſus exoriens. Lect. v.

Videtur ergo mihi etiam ſeptiformis operatio ſpiritus ſancti: de qua Heſaias loquitur: his gradibus ſententijſq́; congruem. Sed intereſt ordinis: nam ibi remuneratio ab excellentioribus cœpit: hic vero ab inferiorib⁹. Ibi namq́; incipit â ſapientia & deſinit ad timorem dei. Sed initium ſapientiæ timor domini eſt. Lectio vi.

Quapropter ſi gradatim tanquam aſcendẽtes numeremus: primus eſt timor Dei: ſecundus pietas: tertius ſcientia: quartus fortitudo: quintus conſilium: ſextus intellectus: ſeptimus ſapiẽtia: timor domini

domini congruit humilibus: de quibus hic dicitur. Beati pauperes ſpiritu: ideſt non inflati: non ſuperbi. De quibus Apoſtolis dicit Noli altum ſapere ſed time: ideſt noli extolli. Cætera vt ſup per totum. ¶ In feſto ſancti Emerici ducis & Confeſſoris ad veſp. añ. Lætare Pannonia mater & nutricia: cole cum lætitia tuę prolis gaudia: gaudens Alba regia de Emerici gloria: Deo vota dulcia ſolue laude varia: Ieſu bone præmia: da de cœli curia: populo pñtia colenti ſolennia. Pſa. Laudate pue. Ca. Dedit dominus confeſsionem ſancto. ℟. Aſcendentem miſeræ vallis ab exilio: ſurſum ducit iubilans: Angelorum concio: contradicens dęmonũ confutatur legio: cœlum ſcandit libere liber omni vicio. Sic Emericus iungitur ſanctorum conſortio. ℣. Clara die cœlitus hæc miranda viſio: Cæſareæ præſuli monſtratur Euſebio. Sic. Hymnus.

PLaude parens Pannonia de tam fælici filio: cuius virtute varia cœlum repletur gaudio. In te regum de germine: dux Emericus oritur: ortus ſalutis ſemine deo cultore ſubijcitur. Ab ipſa pueritia deum timere didicit: ſubtus pedum veſtigia: cuncta terrena ſubijcit. Conſeruãs pudicitiã: vitæ deuitat maculam: domans cordis laſciuiam: ſpernit conſortis copulã. Trino deo & ſimplici: eiusq́ ſoli filio cum ſpiritu paraclito & nunc & in perpetuũ. Amen. Vel dicatur. Iſte confeſſor. ℣. Amauit eum. Ad magnifi. aña. Aue flos nobiliũ ſacra ſtirpis virgula: ſpeculum ſublimiũ ſanctitatis regula: ſalue ſpes humilium ſydus ſine macu-

Digitized by Google

macula:lucerna fidelium: rubens mundi roſula: valde candens lilium:pigmentorum cellula: ſolamen flebilium prece nobis ſedula fer Emerice præmium:repelle pericula. Oratio.



DEus qui beatum Emericum iuuenili flore nitentem: in ſanctorum Confeſſorum tuorum conſortium ſublimaſti:præſta quæſumus:vt quem tibi feciſti eſſe deuotum:eius apud te perpetuum ſentiamus auxilium. Per. Ad matut. inuit. Confeſſoris Emerici læta natalicia: per orbẽ mirifici celebret Eccleſia. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Legem Dei iugiter beatus Emericus nocte die meditans deo fit amicus. Pſa. Beatus vir. An. Diſciplinam domini puer apprehendit:& mente cœleſtibus deuotis intendit. Pſal. Quare frem. An. Corpus negat ſubdere nocturno ſopori: laudes vigil ſoluere curat creatori. Pſ. Domine quid mult. ℣. Amauit eum dominus. Lectio prima.

POſtq̃ vnigenitus oĩpotẽtis dei fili⁹: poſt aſcẽſionẽ ſuã per Apoſtolicę ṗdicationis verba: cũctis gentib⁹ ſolatium ſuę viſitationis impendẽs:eas à tenebris ad fidei lumẽ reuocauerat nouiſsimis:vt ita dicã tẽporib⁹:per mellifluã beatiStephani primi regis noſtri prudẽtiã:toti⁹ Pãnonię regnũ:lumẽ veritatis agnouit.Ipſe enĩ noſter ẽ rex & Apoſtolus ipſe quoq; de iure diabolicę poteſtatis ereptos: ad veri dei cognitionẽ ṗduxit. ℟.

Et

Ex regali proſapia dux Emericus oritur: de radice pius pia ſurculus progreditur. Et in patris proles via: recto calle graditur. ℣. Syd' ſole gignitur & odor ex Libano: dum de rege naſcitur dux Emericus Stephano. Et.

Lectio ſecunda.

Et quia eius geſta ſunt inenarrabilia nec noſtri ingenij congruit paruitati: vtilius viſum eſt quatenus filij eius beati Emerici: pro modulo noſtræ poſsibilitatis ediſſeramus inſignia. Beatus itaq; Emericus modico contentus ſopore: per ſingulas noctes: cunctis ſe in lecto collocantibus: & vt regiam decet ſobolem: duobus candelabris ante ſe lucentibus: in pſalmis Deo decantandis vigilabat. Et in vniuſcuiuſq; pſalmi fine: veniam cũ cordis contritione â Deo poſtulabat. Tu. ℟. Rubum flamma compræhendit: compræhenſum non incendit diuino miraculo. Sic Emericum non offendit ardor carnis: ſed defendit Deus â piaculo. ℣. Sicut hyems laurum non vrit: nec rogus aurũ. Sic Emericum.

Lectio tertia.

In his omnibus conſiderandum nobis eſt quam miſericorditer noſtræ imbecillitati â deo conſultum eſt: cum non ſolum iuſticiæ regula nobis verbotenus inſtituitur: ſed ſanctorum virorum vita ad imitationem tanquam directa proponitur: Nemini ergo ſit oneroſa paupertas: quoniam elegit pauperes domin⁹. De quib⁹ dicit. Beati pauperes ſpiritu: quoniã ipſorũ eſt regnũ cœlorũ. Nemo etiam diuites â regno Dei excludendos contendat: eos videlicet qui ſine cupiditate poſsident diuitias.

nes. Tu. ℞. In Ægypto vanitatis nouus Ioſeph caſtitatis conſeruando lilium. In ſe duplex tã ætatis quam carnalis voluptatis edomat incendium. ℣. Virgo viuit illibatus virginis in gremio: igne non eſt æſtuatus ignis manẽs in medio. In ſel n ſecunda noct. añ. Vanitatem reſpues hæret veritati: ta li docens homines datos vanitati. Pſa. Cum inuo. 1
Añ. Quia pie ſobrie conſeruatur: voluntatis domi ni ſcuto coronatur. Pſ. Verba mea. Añ. O quam 2
admirabile quod paſsibus tutis pertranſiuit iuuenis viam iuuentutis. Pſal. Domine dominus noſter. ℣. Iuſtum deduxit dominus. Lect. iiij. 4

QVodam tempore cum beatus rex Stephanus ad Eccleſiam beati Martini: quam ipſe in ſancto monte Pannoniæ inchoauerat: & egregia monachorum congregatione decorauerat, vna cum filio cauſa orationis aduenit: rex ſciens pueri præcellens meritum honorem qui eum decuit impendit filio. Nam cũ prædicti fratres peracta profeſsione ſalutaturi regem acceſſiſſent pro reuerentia filium ſuum præmiſit ad ſalutandum. ℞. In quadam Baſilica ſanctus dat ſe pronum orans fuſis lachrymis ante dei thronum mẽte tractat domino quod & quale donum offerat: ẽ cœlis hunc audiuit ſonum. Res grata virginitas hanc da mihi donum. ℣. Spreta cœpit protinus ſpe poſteritatis cuſtodire titulum ſuæ caſtitatis, Res. Lectio v.

Puer autem Emericus ſpiritu ſancto repletus: prout diuina ſibi reuelante gratia ſingularum me

rita nouerat: ſingulis inequaliter oſcula diſtribuit. Alij ſiquidem vnum: alij tria: alij vero quinq; poſtremo vni ſeptem oſcula continuauit. Quam rem cęteris intuentibus beatus rex Stephanus admirabatur tacite. ℟. Puer igne cœlici ſuccenſus amoris: mundi ſpernit gloriam: pro ſpe melioris dyadema deſpicit labilis honoris: coniugalem copulam contemnit vxoris: Mente deo militans dux vocatur foris. ℣. Oſculorum numero monachorum merita patri puer diſſerit & probatur ita. Mente.

Lectio ſexta.

Finita vero miſſa cur illis inequaliter oſcula diſtribuiſſet diligenter ab eo ſciſcitatus eſt. Beatus itaq; Emericus ſingulorum merita coram patre pertractans: videlicet quãto temporis ſpacio: ſinguli in virtute continentię perſtitiſſent: ſub ea cõſideratione ſe plura alijs & pauciora alijs oſcula dediſſe edocuit cunq; cui ſeptena multiplicauerat oſcula virginalem vitam perduxiſſe aſſeruit. Tandem ieiunijs corpus macerauit: animam autem pane verbi dei ſaturauit. Poſt hęc plenus operibus virtuoſis & ſanctis adhuc in ętate iuuenili fœliciter migrauit ad dominum. ℟. Supremi regis filius noſtri regis natum de ſe ſpecialiter oſtendens amatum. Ne fallat malitia ſpiritum beatum: de macula tranſtulit ſed non maculatum regno mutans ſtabili mobilem ducatum. ℣. Ne vel leuem ſentiat in vita reatum vitę dedit iuuenis finem properatũ. Ne. In iij. noct. añ. Vitę vitat maculam.

Digitized by Google

culā loquēs veritatē: carnis vicit ſaculū per virgi-
nitatē. Pſ. Dñe quis Añ. In virtute dñi Emericus 7
letatur quia virgo virgini Chriſto ſociatur. Pſal. 12
Dñe in vir. Añ. Hic innocens manibus & in cor-
de mundus: cœli iunctus ciuibus gaudet lætabun-
dus. Pſ. Dñi eſt ter. ℣ Non eſt inuent⁹. Hom. Sint 15
lūbi. ℟. Virū ligat pro pctīs Papalis ſnīa qđ lorica
corpus cingat hac cū pñia: loca ſancta luſtret per-
gens per terrarū ſpacia. Pœnitenti vel ſic parcat
diuina clementia. ℣. Huic pro ſigno datur reo ſui
ferri fractio: quod conceſſa ſit â deo peccati remiſ
ſio. Pœni. ℟. Currit eger ſpiritualis cauſa medica
minis: ora rigat vtriuſq; gemens imbre luminis:
fert in mēbris pōdus ferri: mente maſſam crimi-
nis. Paſsim quęrit nil inuenit ſperati ſolaminis. ℣.
Per Emerici Confeſſoris ſanctiſsimi merita tam
pœnarū quam culparū huius laxantur debita. Paſ
ſim. ℟. Aſcendēte miſe. vt ſup. in vs. Ad lau. añ In
hac die lęticię mater plaudat Eccleſia ſctūs Eme
ricus hodie viā intrauit patrię. Pſ Dñs re. añ. Hic 69
ſalutis ſemita vitę iuniorū: via morū inclyta tur-
bæ ſeniorū. Añ. Ioſeph fugit dñam crimē deteſta
tus: iſte ſuā fœminā cauſa cœlibatus. añ. Quaſi Da
uid eijcit funda Philiſtęū: dū de carne pficit Eme
ricus trophęū. Añ. Res eſt mira penitus: qđ per
vim virtutis ſuperatur funditus ardor iuuentutis.
Cap. vt ſup Hy. Ab ipſa pueritia. vt ſupra ℣. Os
iuſti. Ad bñs añ. Dulcis dei ſpirit⁹: cuius magiſtra
tu dux Emericus pręditus vitæ cœlibatu cōſerua
t⁹ penitus extat â reatu nos vre medullitus eius

Digitized by Google

pro precatu cœliq; diuinitus dites incolatu. Oratio vt ſup. Añ. In ciuitate. vt ſup. ℣. Lætamini in domino. Oratio. Omnipotens ſem. deus qui. Ad primam añ. Scimus quoniam. &c. vt ſup. cum cæteris. Ad ij veſp. añ. In hac die Pſal. Dixit dominus.

87 Confitebor. Beatus. Credi. In conuerten. Alia vt

103 ſup. Ad magn. añ. O norma iuſtitię: limes ęquitatis: decor innocentię luna puritatis: gemma pudicitiæ: flos virginitatis caſtrum caſtimoniæ; campus charitatis: regem cernens gloriæ regno claritatis: in loco miſeriæ nobis collocatis defer donũ gratiæ gratis & ingratis. Oratio. vt ſup. ¶ In tranſlatione ſancti Adalberti martyris ad veſp. añ. Ad feſta precioſi martyris Chriſti Adalberti catholica plebs deuota concurrat qui ab ipſa infantia ad ſapientiæ ſtudium totus anhelabat & caſtitatis ſi-

88 gillum ardenter amabat. Pſa. Laudate pueri. Cap. Beatus vir qui in ſa. mo. ℟. Exora dilecte Dei; Adalberte pro nobis miſeris. Vt qui ſumus pro culpis digni ſupplicio: per te iungi mereamur iuſtorum conſortio. ℣. Diſsimiles tibi moribus laudamus vocibus adiuua nos tuis precibus. Hymnus. Deus tuorum mi. ℣. Gloria & honore. Ad magn. añ. O imarceſsibilis roſa paradiſi glorioſe martyr ſancte Adalberte: qui victorioſiſsime ſanguinem tuum effundens martyrij laurea coronari meruiſti nos humiles ſolennitatis tuæ feſta celebrantes tuo interuẽtu fons totius bonitatis deus: ſuæ beatitudinis faciat eſſe conſortes alleluia alleluia.

Oratio.

Deus

Digitized by Google



DEus qui hodierna die beatum Adalbertum martyrem tuum atq; pontificem gloria & honore coronaſti: concede nobis famulis tuis eius interceſsione & meritis veniam conſequi delictorum: & perfrui gaudijs beatorum. Eodem die. Oratio.

EXaudi domine preces noſtras: quas in ſancti Leonardi Confeſſoris tui ſolennitate deferimus vt qui tibi digne meruit famulari eius intercedentibus meritis: ab omnibus nos abſolue peccatis. Per. Inuit. Chriſtum regem adoremus. Quem confeſſus Adalbertus triumphat cũ martyribus. Pſa. Venite. In primo noct. añ. Beatus vir Adalbertus claris ortus natalibus: piorum
parentum filius virtute micuit clarius. Pſal. Beatꝰ I
vir. Añ. Cuius deuotam infantiam pręſtando deus gratiam ne male placeret ſeculo pio caſtigauit gla
dio. Pſal. Quare fre. Añ. Quem parentes continuo I
deo vouentes in templo: propter ſalutem paruuli
matrem obſecrant domini. Pſ. Domine quid mul I
tip. ℣. Gloria & honore. Lectio prima.

BEatiſsimus Adalbertꝰ martyr Chriſti: in Bohemica prouincia de nobilibus parentibus extitit ortus. Qui dum in infantia vi febriũ corriperetur parentes de eius morte timentes ad Baſilicam beatę Dei genitricis eum detulerunt: & ad clericatus ordinem deuouerunt: moxq; per

Digitized by Google

diuinum auxilium perfectam ſanitatem puer adeptus eſt. ℟. Nobilibus parentibus natus eſt ſanctus Adalbertus. Sancti ſpiritus gratia repletus ab infantia. ℣. Benedictus benedixit eum vere dominus: nam creſcebat adhuc puer ſemper in virtutibus. Lectio ſecunda.

Tranſactis autem infantiæ annis traditur doctoribus liberalibus diſciplinis imbuendus. Qui cū diuina gratia præſtante eruditus poſt aliquot annos: defuncto ſupradictę prouincię Epiſcopo ducis & ſeniorum communi ſententia antiſtes eſt electus. Tu. ℟. Glorioſum in beato fulget decus Adalberto. Quē genus & vita præſulem fides conſecrauit martyrem. ℣. Ecce ſic benedicetur homo: qui timet dominum. Quem. Lect. iij.

Sanctus igitur Adalbertus in Epiſcopali officio cunctis bonis operibus intētus paſtorali cura prauos ad recta vertere inſtanter laborabat. Sed dum ceruicis duræ populum ab illicitis reuocare: & creſcentia ſceleratorum mala plurimo labore emendare minime potuiſſet: locum deſeruit: vbi piſcatio ſua nihil capere potuit. Veniens autem Romam monachalem habitum ibidem accepit: in quo cum ſumma obedientia & patientia Chriſto fideliter militauit: & de virtute in virtutem pceſsit. Tu. ℟. Acceptis ſacris infulis gerebat munia præſulis. Beatus Adalbertus gratia præditus lucens doctrina & exemplis. ℣. Annuncians in Siō nomen domini & laudem eius in Hieruſalē. Beatus In ij. noctur. aī. Sanctus lugēs Adalbertus plebis

Digitized by Google

bis obſtinatę ſcelus: nomen paſtoris exuit grex
quod ſequi ſe renuit. Pſ. Cum inuo. Añ. Accepto 2
tali conſilio: cœleſti tanquam oraculo leonis ma-
giſterio: ritu viuit monaſtico. Pſ. Verba mea. Añ. 3
Humilibus humilior factus ſanctus fit ſanctior in
ſtat virtutem ſtudijs: egris opem fert ſalutis. Pſal.
Domine dominus noſter. ℣. Poſuiſti domine ſu- 4
per caput eius. Lectio quarta.

REuerſo itaq; beato Adalberto in ſuum Epi
ſcopium: prouinciæ populi primo ſe Chri
ſtianitatis cultum habere ſimulant: ſed ad
conſueta ſua malitiæ vicia citius reuertuntur. Vi
dens Epiſcopus vetera ſcelera non cauere: ſed no
ua quotidie ſurgere noluit incaſſum impendere
laborem: vbi malicia populi per eum non mere-
batur adipiſci ſalutem. Deniq; relictis illis popu-
lis: reuertitur denuo Romam. ℟. Beatus Adalber
tus honore pontificali ſublimatus: bonis operib⁹
intent⁹ prauos ab errore reuocabat. Et mētes cre
dentiū in viam ſalutis dirigebat. ℣. Prædicabat prę
ceptum domini: propterea conſtitutus eſt in mō
te ſancto eius. Et. Lectio quinta.

Non poſt multum autē temporis: cū in ſynodo
per ſententiā Epiſcoporū decerneretur nō debe
re paſtorē ſemel ſuſceptū deſerere gregē: ſanctus
Adalbertus hāc licētiā clā à dn̄o Apoſtolico impe
trat: vt ſi oues ſuę vocē ſuā nō audirent: quaslibet
exteras nationes quę nomē dei neſcirēt: ſibi adire
liceret: id nimirum corde pertractans: vt aut de
earum conuerſione lucrum acquireret: aut pro

Chriſti amore martyrium ſuſciperet. ℞. Videns Epiſcopus ſcelera populi non poſſe emendari ſumptis fratribus. Terram Pruſſorum adijt vt eorum conuerſione lucrum acquireret: aut ipſe pro Chriſto succūberet. ℣. Quia delectabatur in dño: non eſt fraudatus à deſiderio ſuo. Ter. L. vi. Cum vero dux & populus Bohemorum paſtorē egregium quem ante malignis operibus à ſe fugauerant iam palā recipere nollent: plurimas ab eis paſſus iniurias per licentiam quam à domino Papa acceperat ſumptis duobus fratribus gentilium terram Pruſſorum adijt: nimirum ſitiens martyrij palmam. In quo itinere Pagani irruerunt ſuper eos ipetu magno & iniecerūt eos in vincula. Tūc ipſe ſacerdos idolorum & dux coniuratæ cohortis velut ex debito prima vulnera fecit. Deinde concurrunt omnes vulnera miſcentes iram exacuant: profluit purpureus ſanguis perforaminia vtriusq; lateris: & extractæ haſtę ſeptem ingentia vulnera pandunt. Sanctus Adalbertus vinculis ſolutis: extendit manus in modū crucis & ſuppliciter fuſis precibus: pro ſua & perſecutorum ſalute ad dominum clamat. Sic illa ſancta anima: carcere ſuo euolat. Tu. ℞. Chriſti martyr Adalbert⁹ cum ſub triūpho paſsionis emiſit ſpiritum. Mox vincula quibus erat vinctus ſoluta ſunt & manus expandit in modum crucis alleluia alleluia. ℣. Mortem autem quam ſitiebat amplexus cadens in terram. Mox. In iij. noctur. aña. Reginę cœli munere tam thalami quā purpurę myſte

rium

ſtum martyrij ſui ſenſit & pmij. Pſal. In dño cõfi. 6
Añ. Ad Chriſti vocans gratiã Pruſſę gentis perfi-
diam: gaudet cæſus atq; vinctus grates reddit Ad-
albertus. Pſal. Dñe quis habi. Añ. Dirę gentis dux 7
ſeptem eum gente facit vulnera: & ſanguine pro-
fluente per ipſius latera: orat martyr pſequentiũ
pro ſalute dñm: imitando Ieſum Chriſtum: ſic e-
miſit ſpm. Pſal. Dñe in virtu. ℣. Magna eſt gloria 12
eius. Homel. Nihil oper. ℟. Alme pſul & beate
dei martyr Adalberte: confer opem petentibus
tuis ſanctis precibus: mala pelle bona poſce. Prę-
ſta pacis incrementum ſanę vitæ gaudium. ℣. Vt
ſub tuo protecti patrocinio gloriemur ĩ laude dei
ppetuo. Pre. ℟. O laudãda ſancti Adalberti me-
rita glorioſa qui dum pro Chriſto patriam mun-
diq; ſpreuit pompam adeptus eſt omnium con-
tubernium beatorũ. Et particeps factus præmio-
rum æternorũ. ℣. Inter choros martyrum ſplen
didum poſsidet locum: vbi Chriſtũ fontem oĩm
intuetur bonorũ. Et. ℟. O q̃ prædicanda & lau-
danda in ſancto Adalberto excellentia cœleſtis
gratiæ radiat: cum & in æuo ſit teneriore: Et in di
uino ſacerdote facto martyre: deo munus acce-
ptabile. ℣. Fit in puero oblatio: ſacrificiũ in præ-
ſule: holocauſtum in martyre. Ad lau. añ. Hic
martyr ſanctus clarorum germine natus: ſed in
melius natale triumpho cœleſti purgatus. Pſalm. 69
Dñs reg. Añ. Qui quidem victor Chriſti ſemet
tradidit deo: & lucratus eſt in eo. Añ. Nam quod
accepit talentum: domino ſuo reddidit duplica-

Digitized by Google

tum. Añ. Benedicite domino oīa opera dñi quē beatum Adalbertū martyrem choris iunxit cœleſtibus. Añ. Angelicis manib⁹ ſuſceptus ē Chriſti martyr Adalbertus: & ideo cum angelis & archangelis dat laudem domino in excelſis. Capit. vt ſup. Hym. Martyr dei. ℣. Iuſtus vt palma. Ad bñ. añ. Gloria Chriſto dño qui beatum Adalbertum epm ſuæ paſsionis teſtem fecit: de cuius meritis & miraculis benedictus dñs alleluia. Oratio vt ſup. Añ. In ciuitate domini. Vt ſupra ſicut heri ad ij. veſperas Añ. Hic martyr. Pſal Beatus vir. Credidi propter. Ad dominum. Ad te le. De profundis. Ad magni. Añ. Beatus vir Adalbertus. Vt ſupra. Septimo die. Lectio prima.

Pietas congruit mitibus. Qui enim pie quærit honorat ſanctā ſcripturam: & nō reprehendit quod nondū intelligit: & propterea non reſiſtit: qđ eſt mitē eſſe. Vñ hic dicitur. Btī mites. Scientia cōgruit lugentib⁹: q. iam cognouerūt in ſcripturis quib⁹ malis vincti teneantur: quæ tanq̄ bona & inutilia ignorantes appetiuerūt. De quibus hic dicitur. Beati qui lugent. Lectio ij.

Fortitudo congruit eſurientibus & ſitientibus. Laborant enim deſiderantes gaudiū de veris bonis: & amorem â terrenis & corporalibus auertere cupientes. De quibus hic dicitur. Btī q. eſuriunt & ſitiūt iuſtitiā. Conſiliū cōgruit miſericordib⁹. Hoc em̄ vnū remediū eſt de tātis malis euadendi vt dimittamus: ſicut nobis dimitti volumus: & adiuuemus in quo poſſumus alios: ſicut

nos

nos ī quo nō poſſumus cupimus adiuuari. De quibus hic dicitur. Beati miſericordes. Lect. iij.

I ntellectus cōgruit mundis corde tanq̄ purgato oculo quo cerni poſſit qđ corporeus ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcendit. De qb⁹ hic dicitur. Btī mūdo corde. Sapiētia pacificis cōgruit: in qbus iā ordinata ſunt oīa. Nullusq̄ mot⁹ aduerſus rōnē rebellis eſt: ſed cūcta obtēperāt ſpiritui hominis cum & ipſe obtemperat deo. De quibus hic dicitur. Beati pacifici.

Lectio quarta.

VNum autem primum quod eſt regnū coelorū ꝑ ipſis gradibus varie nominatū eſt. In primo ſicut oportebat poſitū eſt regnū coelorū: qđ eſt perfectū ſummęq́ ſapiētiæ aīæ rōnalis. Sicut vtiq́ dictū eſt: beati pauperes ſpū qm̄ ipſorū eſt regnū coelorū. tanq̄ diceret. Initium ſapientiæ timor domini. Lectio quinta.

Mitibus hæreditas tanquam teſtamentum patris cū pietate quærentibus. Beati mites: qm̄ ipſi: hæreditate poſſidebunt terram. Lugentibus conſolatio: tanq̄ ſcientibus quid amiſerint: & quibus merſi ſunt. Beati qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur. Eſurientibus & ſitientibus ſaturitas tāquam refectio laborantibus fortiterq́ certātibus ad ſalutem. Beati qui eſuriūt & ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Lectio vi.

M iſericordibus miſericordia tanquam vero & optimo conſilio vtentibus vt hoc eis exhibeatur a potentiore: quod inualidioribus exhibent. Btī miſeri-

miſericordes: qm̄ ipſorũ merebitur de⁹. Mundis cordé facultas videndi deum: tanq̃ purũ oculum ad intelligenda æterna gerentibus. Beati mũdo corde: qm̄ ipſi deum videbunt. Pacificis dei ſimilitudo: tanq̃ perfectæ ſapientibus formatisq́ ad imaginem dei per renouationem regenerati hominis. Beati pacifici: qm̄ ipſi filij dei vocabuntur. Tu aũt. ❡ In octaua oĩm ſanctorum ad veſp.
87 añ. Virgã virtutis tuæ. Pſal. Dixit dñs. Cap̄. In diebus illis. Ecce ego Ioannes. ℟. Oẽs ſancti. Hy. Chriſte redemptor. ℣. Lætamini in dño. Ad magni añ. Laudem dicite deo. Oratio. Omp̄s ſempiterne deus qui nos omnium. Vt ſupra. Alia omnia vt ſupra. Lectio prima.

HOdie dilectiſsimi omnium ſanctorum ſub vna ſolennitatis lætitia celebremus feſtiuitatem: quorum ſocietate cœlum exultat: quorũ patrociniis terra lætatur: quorũ triumphis eccleſia ſancta coronatur: quorũ cõfeſsio quanto in paſsione fortior: tanto eſt clarior in honore; qa dũ creuit pugna: creuit & pugnantiũ gloria & martyrij triumphus multiplici paſsionum genere adornatus. Per quę grauiora tormẽta: gratiora fuere & præmia. Tu. ℟. Hodie dilectiſsimi.

Lectio ſecunda.

Dum catholica mater eccleſia per totum orbem longe lateq́ diffuſa: in ipſo capite ſuo Chriſto Ieſu edocta: contumeliam crucis & mortis non timere: magis magisq́ roborata eſt non reſiſtendo: ſed perferendo. Vniuerſos autẽ quos agmi-

ne inclytō carcer pœnalis incluſit: pari & ſimili colore virtutis ad gerendum certamen gloria triumphalis inſpirauit. Tu autem domine miſere.

Lectio tertia.

O vere beata mater eccleſia: q̄ ſic honor diuini dignationis illuminat: quā Vincentius glorioſus martyrum ſanguis exornati: quam inuiolatę cōfeſſionis candida induit virginitas: floribus eius nec roſę nec lilia deſunt. Certēt nūc fratres chariſſimi ſinguli ad vtriuſq; honoris ampliſſimam dignitatē: accipere coronas: vel de opib⁹ cādidas: vel de paſſione purpureas. In cœleſtibus caſtris pax & acies habent flores ſuos quibus milites Chriſti coronantur. Tu.

Lectio quarta.

DEi namq; ineffabilis & immenſa bonitas etiam hoc præuidit: vt laborū quidem tempus & agonis non extenderet in hoc ſeculo: ne longum faceret aut æternum ſed breue: & vt ita dicam: momentaneum vt in hac vita agones eſſent & labores: in illa vero quæ æterna eſt corona & præmia meritorum: vt labores quidem cito finirentur meritorum vero præmia ſine fine durarent: vt poſt huius mundi tenebras viſuri eſſent candidiſſimā lucem: & accepturi maiorē paſſionum cunctarū acerbitatib⁹ beatitudinem. Non ſunt enim cōdignę paſſiones huius tpis ad ſuperuenturā gloriā q̄ reuelabitur in nobis. Tu.

Lectio quinta.

Quam lætos de prælio reuertentes ciuitas cœleſtis recipit. De hoſte proſtrato trophea ferentibus

bus occurrit. Cũ triumphantibus viris & fœmine veniunt quæ cũ ſeculo ſexum quoq; vicerunt & geminata gloria militię virgines cum pueris teneros annos cum virtutibus tranſeuntes. Sed & cętera turba fidelium: aulę perpetuę regnũ intrauit qui ſynceritatem fidei incõcuſſis ꝑceptorũ diſciplinis vnita pace obſeruauerunt. Lectio vi.

Ergo nunc agite fratres aggrediamur iter vitę: reuertamur ad ciuitatẽ cœleſtem in qua ſcripti ſumus & ciues decreti. Non ſumus hoſpites: ſed ciues ſctõrum & domeſtici dei: etiam illius hæredes cohæredes aũt Chriſti. Huius nobis portas aperiet fortitudo: & fiducia latũ prębebit ingreſſum. Homelia. Videns Ieſus turbas. Lau. & cætera vt in die. ¶ In feſto ſancti Theodori martyris: cap. Nemo militans. Oratio.



Deus qui nos beati Theodori martyris tui confeſſione glorioſa circũdas & ꝓtegis: pręſta nobis eius imitatione proficere: & oratione fulciri. Per dñm. Hiſtoria de vno martyre. Lectio i.

Tempore Maximiani imperatoris tẽtus eſt Theodorus in ciuitate Amaſia: & cum eo alij multi tyrones ad militandũ: & compellebantur ad immolandũ idolis. Beat⁹ vero Theodorus cũ eſſet fidelis & plenus ſpũ ſctõ in medio ſtans legionis dixit. Quia ego Chriſtianus ſum & immolare reprobis ſimulacris præceptũ non accepi:

cepi: habeo regē meū Chriſtū in cœlis. Tu. L. ij.
Adducto ergo à populo ad pſidem dixit pſes ei.
Theodore ſacrifica dijs: & erue te ab his tormen-
tis quæ tibi præparata ſunt: beatus Theodorus di-
xit. Neq; tibi acquieſco: neq; pœnas tuas perti-
meſco. Me enim expectatio bonorum inuitat.

Lectio tertia.

Iterum ſedens pſes pro tribunali: adducto beato
Theodoro dixit ei: acquieſce mihi Theodore
abſq; tormentis: & ſacrifica dijs: vt ſcribā orbis
terrarum dominis pontificem Theodorū fieri: &
honores ab eis non minimos accipere: & confeſ-
ſor noſter eris. Tu. Lectio quarta.

Beatus Theodorus aſpiciens in cœlū & con-
ſignās ſe dixit ad pſidem. Etiā ſi carnes meas
igne cremaueris & ſupplicijs varijs expēdas
donec fuerit ſpūs meus in narib⁹ meis nō nega-
bo dn̄m deum meum. Lectio quinta.

Videns præſes quia nō poſſet per tormēta ſupe-
rare ſancti martyris tolerantiam: dedit aduerſus
eum ſententiam: dicens. Theodorum nō obtem
perantem præceptis inuictiſsimorum principū:
credentem vero in Ieſum Chriſtum qui crucifi-
xus eſt iubeo igni tradi. Tu. Lectio ſexta.

Statim aūt vt dictauit ſnīam cū verbo & iuſſu p-
ficiebant. Sancto aūt ſuperueniente ſpū ſine affli
ctione btūs martyr in medio flammę: laudans &
glorificans deum reddidit Chriſto ſpiritum. Tu.
Hom. Si quis venit ad me. ¶ In feſto ſancti Mar-
tini Papæ & martyris cap̄. Plures facti.

Da

Oratio.



DA q̃s omp̃s deus vt qui beati Martini martyris tui atq; pontificis ſolemnia colimus eius apud te interceſsionibus adiuuemur. Per.

Lectio prima.

Martinus de ciuitate Tudertina prouicię Tuſcię ſedit annos ſex: menſem vnum dies viginti ſex. Huius tp̃ibus Paulus Conſtantinopolitanę vrbis epiſcopus inflatus ſuperbię ſpũ aduerſus rectũ ſanctę eccleſiæ dogma audacter p̃ſumpſit paternis diffinitionib⁹ cõtraire.

Lectio ſecunda.

Inſuper ſtuduit ad compimentũ proprij erroris quibuſdã ſurreptionib⁹: vt & clementiſsimo principi ſuaderet typum exponere quo catholicum dogma deſtrueret. In quo typo oẽs õmino voces ſanctorũ patrũ cũ nephandiſsimorũ hęreticorũ ęditionib⁹ eneruauit. Nec vnã nec duas volũtates aut operationes in Chriſto dño noſtro diffiniens confiteri.

Lectio tertia.

Qua de re huiuſmodi prauitatem ſuã defendens: quod nunq̃ nec à prioribus hęreticis pręſumptũ eſt ipſe illicite p̃ſumere ſtuduit: intantũ vt altare ſanctę ſedis apoſtolicę quod erat ĩ domo Placidię ſacratum: in venerabili oraculo ſubuertens diripuit: prohibens ne adorandam & immaculatam hoſtiam Apocriſarij niſi ibidem offerre valeant nec cõionis ſacraria percipiant. Tu.

Lectio iiij.

Qui

Digitized by Google

QVi videlicet Apocriſarij: quia ex præceptione apoſtolicę auctoritatis cōmouerūt eum vt de tali hęretico intētu recederet: necnō & cōteſtari viſi ſunt pſecutionibus diuerſis cū alijs Orthodoxis viris & venerabilibus ſacerdotibus inſecutus eſt eos: quoſdam eorū cuſtodia trudens: alios in exilium deportans: alios verberibus ſubmittens. Tu autē. Lectio v.

Quibus pene omnē mundū cōturbantib⁹ ex diuerſis locis q̄relas contra eos ad apoſtolicam noſtrā ſedē plurimi Orthodoxi detuliſſe mōſtrantur: cū iurātes vt totius mali tantę eq; euerſionis per apoſtolicā auctoritatē abſcīdatur cōmentū quatenus minime totius corpus eccleſiæ catholicæ nocibilis eorum hęreſeus languor dirumpere valeat. Tu autem. Lectio vi

Tunc Martinus ſanctiſsimus ac beatiſsimus ep̄s miſit & cōgregauit ep̄os in Vrbe Roma numero centum quinq;: & fecit ſynodum ſecundū inſtituta patrū Orthodoxorū in eccleſia ſaluatoris iuxta epiſcopatū Lateranenſem ſedentib⁹ ep̄is: & p̄sbyteris: aſtantibus diaconib⁹ & clero vniuerſo & condemnauerunt Tyrū Alexādrinū: Sergium: Pyrrhū: & Paulū Patriarchā Cōſtantinopolitanū q̄ nouitates cōtra imaculatā fidē p̄ſumpſerūt inrectere. Hom. Homo quidā nobilis. ¶ In feſto ſancti Martini ep̄i & confeſſoris ad veſp. añ. Dn̄e deus noſter cuius gratia btūs Martinus tres mortuos reſuſcitauit: concede propitius: vt per eius interuentum à morte aīæ reſuſcitari mereamur.

Digitized by Google

Pſal. Laudate pueri. Cap̄. Ecce ſacerdos mag. ℣. In die. ℟. Martinus ſacerdos dei: cui poſt apoſtolos tantam gratiã dominus contulit vt tres mortuos ſuſcitaret: alias virtutes præclaras oſtendit: Et inter alios confeſſores & martyres vt roſa fulget in Gallia. ℣. Corpore quidem virgineo blandum habebat eloquiũ: grauis erat in moribus: intenta mente cœlo ſuſpenſus eſt. Et. Hymnus.

MArtine confeſſor dei valẽs vigore ſpiritus: carnis fatiſcens artubus: mortis futurę p̄ſcius. Qui pace Chriſti affluens: in vnitate ſpiritus: diuina membra eccleſię paci reformãs vnice. Quem vita fert probabilem: quem mors cruenta non ledit: q. callidi verſutus in hora mortis derogas. Hæc plebs fide prõptiſsima: tui diei gaudia: votis colit fidelibus adeſto mitis om̄ibus. Per te quies ſit temporum: vitæ detur ſolaciũ: pacis redundet commodũ ſedetur omne ſcandalum. Vt charitatis ſpiritu ſic affluamus inuicem: quo corde cum ſuſpirijs Chriſtũ ſequamur intimis. Qui lætaris cum angelis exultas cũ archangelis: triumphas cum apoſtolis in ſeculorum ſeculis. Sit trinitati gloria: Martinus quam confeſſus eſt cuius fidem per omnia in nobis Chriſte robora. Amen. ℣. Amauit eum dñs. Ad mag. Añ. O beatũ virum cuius anima paradiſum poſsidet: vnde exultant angeli: lætantur archangeli chorus ſanctorum p̄clamat turba virginum inuitat: mane nobiſcum in æternum.

Oratio.

Oratio.



DEus qui conſpicis q̄ ex nulla noſtra virtute ſubſiſtim⁹: concede propitius vt interceſſione beati Martini confeſſoris tui atq; pontificis: contra oĩa aduerſa muniamur. Per dominũ.

Eodem die.

Præſta q̄s omp̄s deus: vt qui beati Mennæ martyris tui natalicia colim⁹: interceſſione eius in tui nōis amore roboremur. Per. Ad matut. inuit. Iubilemus deo beatorũ preſulũ regi glorioſo. Qui æternæ gloriæ coronam beato dedit pontifici Martino. Pſal. Venite. In i. noct. an. Martinus adhuc cathecuminus hac me veſte contexit. Pſal. Beatus vir. Añ. Sanctæ trinitatis fidē Martinus cõfeſſus eſt & ad baptiſmi gratiā peruenit. Pſ. Quare fre. añ. Ego ſigno crucis: nõ clypeo ptect⁹ aut galea hoſtiũ cuneos penetrabo ſecurus. Pſal. Dñe q̄d mul. ℟. Amauit eũ. Lect. i. Martinus Sabariæ Pannoniorum oppido oriundus: ſed intra Italiam Papiæ alitus cum patre ſuo tribuno militum ſub Conſtantino & Iuliano Cæſare militauit. Cum eſſet annorũ duodecim: inuitis parentib⁹ ad eccleſiam cõfugit: & cathecuminũ ſe fieri poſtulauit. Tu. ℟. Hic eſt Martinus electus dei pontifex: cui dñs poſt apoſtolos tantā gratiā conferre dignatus eſt. Vt in virtute trinitatis deifice mereretur fieri triũ mortuorũ ſuſcitator magnificus. ℣. Sanctæ trinitatis fidē Martinus cõfeſſus eſt. Vt.

Digitized by Google

Lectio ſecunda.

Cum eſſet annorum quindecim ad militandũ vrgetur: vno tm̃ ſeruo cõtentus. Quodã hiemali tpe per portã Abienſium trãſiens: pauperem quẽdam nudũ obuiũ habuit. Qui cũ a nullo elemoſynã accepiſſet: Martinus hunc ſibi ſeruatũ intelligẽs: arrepto enſe clamidẽ q̃ ſibi tm̃ ſuperat diuidit & partẽ pauperi tribuens: reliqua rurſus induitur. ℟. Dñe ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius: non recuſo ſubire ꝓpter eos laborẽ. Fiat volũtas tua. ℣. Oculis ac manibus in cœlũ ſemꝑ intẽtus inuictũ ab oratiõe ſpũm nõ relaxabat. Fiat.

Lectio tertia

Sequẽti igitur nocte Chriſtũ clamidis ſuę q̃ pauperẽ texerat parte: veſtitũ vidit: ipſumq; ad circunſtantes angelos loquentẽ ſic audiuit: Martinus adhuc cathecuminus hac me veſte cõtexit. ℟. O btm̃ virum Martinũ antiſtitẽ. Qui nec mori timuit: nec viuere recuſauit. ℣. Dñe ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius non recuſo laborẽ fiat
volũtas tua. Qui. In ij. noct. añ. Cõfido in dño q̄d
2 filia mea ꝑcibus tuis reddita ſit ſanitati. Pſal. Cũ
inuoca. añ. Thetradius cognita dei virtute ad ba-
2 ptiſmi gratiã ꝑuenit. Pſal. Verba mea. añ. O in
effabilem virũ per quẽ nobis tanta miracula cor-
4 ruſcant. Pſal. Dñe dñs noſter. ℣. Iuſtũ deduxit.

Lectio quarta.

EXinde relicta militia ad ſanctũ virũ Hilariũ Pictauiẽſem epm̃ ꝑrexit: & ab eo accolitus ẽ ordinat⁹. Cũ plebs Turonica epo careret: ipſum

ipſum plurimum remittentē ſibi ordinari petijt. Tu. ℞. Oculis ac manibus in cœlū ſemper intentus. Inuictum ab oratione ſpūm nō relaxabat. ℣. Dum ſacramenta offerret beatus Martinus globus igneus apparuit ſuper caput eius. Inui. Le.v.

Ordinatus itaq; eṗs cum tumultum populi ferre non poſſet: extra vrbem monaſterium cōſtituit: vbi cum octoginta diſcipulis in magna abſtinentia vixit: ibi vinum nemo nouerat: mollior habitus pro crimine erat. In ſecretario quoq; reſidēs: nunquā cathedra vſus eſt. In eccleſia cum nemo vnq̄ ſedere conſpexit. Tu. ℞. Beatus Martinus obitum ſuum longe ante p̄ſciuit: dixitq; fratribus. Diſſolutionem ſui corporis imminere quia indicauit ſe iam reſolui. ℣. Viribus corporis cœpit repente deſtitui: conuocatiſq; diſcipulis in vnum dixit. Diſ. Lectio ſexta.

Martinus obitum ſuum longe ante pręſciuit: quem & fratribus reuelauit: Cūq; in infirmitate ſupinꝰ iaceret & á p̄byteris rogaretur: vt corpuſculū mutatiōe lateris releuaret: ſinite inquit me cœlum potius aſpicere q̄ terram vt ſpūs ad dn̄m dirigatur. Et hęc dicens: vidit diabolum aſsiſtere & dixit ei. Quid hic aſtas cruenta beſtia? Nihil in me funeſtū reperies: Abrahæ me ſinus recipiet. Et in hac voce ſpiritum deo reddidit. Vultuſq; eius tanq̄ glorificatus reſplenduit: ac chorus angelorum ibidem pſallens â multis auditus eſt. Tu autem domine mi. ℞. Dixerunt diſcipuli ad beatum Martinum cur nos pater deſeris: aut cui

Digitized by Google

nos deſolatos relinq̃s? Inuadēt em̃ gregē tuū lupi rapaces. ℣. Scimus quidē deſiderare te Chriſtū noſtri potius miſerere quos deſeris. Inua. In iij. noct. an. Dn̄s Ieſus Chriſtus nō ſe inq̃t purpuratū nec diademate nitentē venturū eſſe p̄dixit. Pſal.
7 Dn̄e quis ha. An̄. Sacerdos dei Martine apti ſunt
12 tibi cœli & regnū patris tui. Pſal. Dn̄e in vir. An̄. Sacerdos dei Martine paſtor egregie ora pro no-
15 bis deum. Pſal. Dn̄i eſt ter. ℣. Non eſt inuentus. Homel. Sint lumbi. ℟. O beatū virum in cuius tranſitu ſanctorū canit numerus: angelorū exultat chorus. Oīmq̄ cœleſtiū virtutū occurrit pſallentiū exercit⁹. ℣. Eccleſia virtute roboratur: ſacerdotes reuelatione glorificantur: quē Michael aſſumpſit cū angelis. Oīm. ℟. Martinus Abrahæ ſinu lætus excipitur: Martinus hic pauper & modicus cœlū diues ingreditur: hymnis cœleſtib⁹ honoratur. ℣. Martinus ep̄s migrauit à ſeculo: viuit in Chriſtō gēma ſacerdotū. Cœlū. ℟. O quātus erat luctus hoīm quanta p̄cipue merentiū lamenta manachorū. Quia pium eſt gaudere Martino & piū eſt flere Martinū. ℣. Beati viri corpus vſq̄ ad locū ſepulchri: hymnis canora cœleſtib⁹ turba ꝓſequitur dicens. Quia. Ad lau. An̄. Dixerunt diſcipuli ad beatū Martinū: cur nos pater deſeris? aut cui nos deſolatos relinquis? inuadent
69 em̃ gregem tuū lupi rapaces. Pſal. Dn̄s reg. An̄. Dn̄e ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius: non recuſo laborem fiat voluntas tua. An̄. O virum ineffabilem nec labore victū nec morte vincendum:

Digitized by Google

dum: qui nec mori timuit nec viuere recuſauit. Añ. Oculis ac manibus in cœlum ſemper intentus: inuictū ab oratione ſpiritū non relaxabat alleluia alleluia. Añ. Martinus Abrahæ ſinu lætus excipitur: Martinus hic pauper & modicus cœlū diues ingreditur: hymnis cœleſtibus honoratur. Cap̄. vt ſup̄. hymnus. Hęc plebs fide. ℣. Os iuſti meditabitur. Ad bñ Añ. O quantus erat luctus hominum: quanta præcipue lamenta monachorum & virginum chorus: quia pium eſt gaudere Martino: & pium eſt flere Martinū. Ad ij. veſ. añ.
Dixerunt diſcipuli ad. Pſal. Dixit dñs. Cōfitebor. 87
Beatus vir. Credidi. In cōuertendo. Cap̄. vt ſup. ℟. O quantus luctus. Hym. Martine cōfeſſor dei. ℣. Amauit eum. Ad magni. añ. O beatū pontificē qui totis viſceribus diligebat Chriſtum regem & non formidabat imperij principatū: ô Martine dulcedo medicamentū & medice: ô ſanctiſsima anima: quam & ſi gladius perſecutoris non abſtulit: tamen palmam martyrij non amiſit. Oratio vt ſupra. Iſta añ. ſuffragatur per totam octauam.
¶ In feſto ſancti Bricij confeſſoris ad veſper añ. Sancte Brici cōfeſſor. Pſal. Laudate pue. Capit. Omnis ponti. Oratio.



DEus q̄ es tuorū gloria ſacerdotū: p̄ſta q̄s: vt qui ſancti Bricij cōfeſſoris tui atq̄ pontificis feſta agim⁹ eius intercesſiōe tuum nobis adeſſe ſentiamus auxilium. Per dominum.

Lectio prima.

IGitur poſt deceſſum beati Martini Turonicæ ciuitatis epi: ſummi & incomparabilis viri de cuius virtutibus magna apud nos volumina retinentur: ſanctus Bricius ad epatum ſuccedit. At vero hic Bricius cum eſſet primęuę ætatis iuuenis: ſcto Martino adhuc viuente in corpore; multas ferebat inſidias pro eo quod eodem tempore cor facile ſequeretur. Tu autem. Lectio ij.

Quadam die dū q̄dam infirmus medicinā expeteret: Bricium adhuc diaconum in platea cōuenit cui ſimpliciter ait. Ecce ego p̄ſtolor beatū virū; & neſcio vbi ſit vel quid operis agat. Cui Bricius. Si inquit delirū illum quæris: reſpice eminus: ecce cœlum ſolito ſicut amens reſpicit. Le. iij.

Cunq; pauper ille occurſo reddito quod petierat impetraſſet: Brſcium diaconum vir beatus Martinus alloquitur. En ego Brici delirus tibi videor? Cunq; ille confuſus hæc audiens dixiſſe ſe denegaret: ait ſanctus Martinus. Nonne aures meæ ad os tuum erant cum hæc eminus loquebaris? Amen dico tibi: quia obtinui apud deum vt poſt me ad pōtificatus honorē accederes ſed noueris te in epiſcopatu multa aduerſa paſſurum. Le. iiij.

BRicius hęc audiēs: irridebat eū dicēs. Nōne vere dixi iſtū delira verba proferre? Sed p̄sbyteri honore p̄ditus ſepius beatū Martinū conuicijs p̄uocauit. Adepto igitur cōſentientibꝰ ciuibus pōtificatus officio: orationi vacabat: quia quanq̄ eſſet ſuperbus & vanus: caſtus tamen habebatur in corpore. Tu. Lectio

Lectio quinta.

T rigeſimo ordinationis ſuæ anno: oritur contra eum lamentabile crimen. Nam mulier ad quam cubicularij eius veſtimenta deferebant ad abluẽdum: quæ ſub ſpecie religionis erat veſte mutata concepit & peperit. Qua de re ſurrexit omnis populus Turoneñ in ira: & totum crimen ſuper Epiſcopum referunt: volentes eum vnanimiter lapidare. Aiebant enim. Diu pietas ſancti tuam celauit luxuriam. Nec nos diutius deus ſinet manus tuas indignas oſculando pollui. Lectio ſexta.

I llo quoq; ecõtrario viriliter hoc negante: afferte inquit infantem ad me. Cunq; oblatus fuiſſet infans: triginta dies ab ortu habens: ait ad eum Bricius Epiſcopus. Adiuro te per Ieſum Chriſtum filium dei omnipotentis: vt ſi ego te generaui: coram cunctis edicas. Et ille infans dixit ſancto Bricio Epiſcopo. Non es tu inquit pater meus. Tu. Homelia. Homo quidam peregre. Ad lau. añ. Poſt deceſſum beatiſsimi Martini Epiſcopi beatus Bri 69
cius cathedram Epiſcopalem ſuſcepit. Pſal. Dñs reg. Añ. Trigeſimo ordinationis ſuæ anno oritur contra eum lamentabile crimen: nam quædam mulier quæ cubiculariis veſtimenta abluebat: cõcepit & peperit: & omne crimen ſuper Epiſcopũ obijciunt. Añ. Illo quoq; negante iuſsit afferri ſibi infantem: cunq; oblatus fuiſſet triginta ab ortu habens dies: ait ad eum Bricius: adiuro te per deũ viuum: vt ſi ego te generaui coram cunctis edicas. Añ. Reſpondens autem infans corã omni po-

Digitized by Google

pulo beato viro dixit: non es tu inquit pater me⁹. Añ Sanctus Bricius ſatisſaciens populo prunas ardentes ab vrbe in birro ſuo deferẽs: & ante ſepulchrum beati Martini coram populo proijciens: veſtimentum eius iniuſtum apparuit. Cap̃. vt ſup. Ad bñs añ. Populis autem non credentibus: ſed ab Epiſcopatu eum proijcientibus: Romã petijt flens & eiulãs atq̃ dicens: merito hæc patior quia peccaui in ſanctum Dei. Ad ij. veſp. añ. Poſt deceſſum beatiſsimi mar. Pſalm. Dixit dominus. Confitebor. Beatus vir. Credidi. In conuertendo. Ad magn. añ. Sacerdos & pontifex. ¶ In feſto ſancti Othmari Abbatis. Cap̃. Iuſtum deduxit. Ad mag. añ. Mendaces oſtendit dominus qui maculauerunt ſanctum Othmarum: & dedit illi claritatem æternam alleluia.



Oratio.

POpulus tuus quæſumus domine interuentu beati Othmari Confeſſoris tui atq̃ Abbatis & temporalibus adiuuetur beneficijs: & nullis afficiatur aduerſis. Per.

Lectio prima.

IGitur Othmarus genere Alemannorum oriundus in ætate puerili à fratre ſuo Retiã Curienſem perductus eſt Et in ſeruitio victoris earũdem partium comitis multo tempore conſtitutus: & literarum ſcientia ſublimatus; & virtutum ſectator: morũq̃ laudabilium poſſeſſor: ſacerdotij gradum conſcendit. Et à ſupradicto comite benigne

nigne retentus: cuidam titulo ſancti Florini Confeſſoris prælatus eſt. Lectio ij.

Cuius morum eius probitas & ſanctę vitæ mundicia: longe lateque plurimorum aures rumore dulci reſpergeret: vltra anus quæ ſibi vaſtitatem heremi in qua ſanctus Gallus cellulam conſtruxerat: velut â parentibus hæreditario ad ſe iure tranſmiſſam vendicauit: eundem Othmarum â victore ſupradicto ad præficiendum eidem cellulę impetrauit. Lectio tertia.

Et voti compos effectus cellulam cum omnibus quæ ad eam pertinebant illi ſolenniter commendauit. Atque vt ſui melius deſiderij conualeſceret vtilitas ad Pipinum Regem profectus: eundē Abbatem ipſi præſentauit: & locum cui eum pridem præfecerat: proprietatis iure principi cōtradidit: omni inſtantia depoſcens vt regia auctoritate ex integro Othmarus Abbas eidem præficeretur loco. Cuius petitioni tam dictus princeps aſſenſum præbens: locum ſibi traditum viro venerabili cōmendauit: & regularem inibi vitam inſtituere iuſſit. Tu autem domine miſerere noſtri.

Lectio quarta.

AT ille regreſſus confeſtim boni Mandricę ſtudium in ipſo executus initio vndique verſum congrua monachis habitacula cōſtruxit: & ipſius ſacri loci ſtatum ad vtilitatem diuini ſeruitij ſtudioſiſſime reformauit. Religioſos etiam quoſque ita liberalitate ſua ad deuotionis ſtudium inuitauit vt ex quorundā donationibus

poſ-

poſſeſsiones ipſius Cœnobij admodum dilataret: & infra paucos annos quam plures ad ſacræ militiam vitæ fratres attractos magiſterio ſuo & curæ decentiſsime gubernaret. Lectio v.

Concilio autem inique inchoato: iniquius terminato vir dei Othmarus apud villam Potamum palatio incluſus eſt. Quo cum nullus intrare vel colloqui cũ eo permitteretur: aliquot dies abſq; corporalis ſuſtentaculo victus tranſegit. Cumq; diuturna vexatione famis laboraret: Perabtgozus quidam è fratribus eius nocte aduenire ſolebat: & ei victus ſolacia miniſtrabat. Poſtmodum vero Gozbertus quidam vir potens dum ſibi virũ Dei commendari ab iniquis principibus impetraſſet: in quadam Rheni fluminis inſula nomine Stein: iuxta prædium ſuum cuſtodię illum deputauit. Tu autem. Lectio ſexta.

Vbi idem ſanctus pater ſpiritualium tantummodo exercitio: ideſt orationibus ac ieiunijs vacãs: eo liberius domino deſeruiuit: quo ab humana frequentatione curiſq; ſecularibus fuerat abſolutior. His & his ſimilibus notæ deuotionis inſiſtẽs operibus: exacto non multi tẽporis ſpacio: ab his mundanę perturbationis anguſtijs: ad cœleſtis latitudinem gaudij ſedecimo kalendarum Decembrium die commigrauit. Et corpus eius in eadẽ inſula tumulatum: multis deinceps diebus ibidẽ ſine corruptione permanſit. Tu. Hom. Nemo accendit lucernam. Ad laud. añ. Beatus Othmarus Abbas à tyrãnis Wariano & Rothardo in inſula Rhe-

Digitized by Google

Rheni relegatus: in confeſsione Chriſti migrauit. Pſ. Dominus reg. Añ. Sepultus ergo decē annos ibidem requieuit incorruptus Añ. Poſt decē vero annos viſum eſt diſcipulis eius vt ad monaſterium ſancti Galli eum deferre deberent. Añ. Cumq; naui ſanctum corpus impoſuiſſent: tempeſtas quæ tota ſeuit Pelago: nulli eis fuit impedimento. Añ. Fratribus autem ad refectionem conſedentibus: vaſculum ſæpius exhauſtum liquoris detrimenta non ſenſit. Cap̄. vt ſup. Ad bñs añ. Beati ergo corpus Othmari in Eccleſia ſancti Galli poſitum: multis inibi miraculis cœlitus eſt glorificatum. ¶ In feſto ſancti Aniani Epiſcopi & Confeſſoris. Cap̄. Ecce ſacerdos magnus. Oratio.



DA quæſumus omnipotens Deus: vt beati Aniani Confeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolennitas: & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per dominum. Lectio prima.

IN illo tempore: quarto iam pontifice Aurelianenſis Eccleſiæ Deſyniano nomine: de pñti ſeculo decedente: dum de ordinando antiſtite electio populi penderet in arbitrio Dei quidā ſubdiaconus Romanæ Eccleſiæ nomine Eurcius in cathedra prædictæ ſurrogatur Baſilicæ: illius indicio præſignante qui in Iordanis flumine ſub ſpecie columbæ ſuper caput deſcenderat Chriſti.

Lectio ſecunda.

Qui

Digitized by Google

Qui dum tantis virtutibus haberetur praeclarus vt in conſecratione templi fulgens magno lumine ſup caput eius fuiſſet viſa â populo manus deſcentiens ſe iam ad cœleſtia regna vocandum: accerſito conuentu nobilium: indicat ſuum tranſitum mox futurũ. Dulci affatur eloquio: vt de ſucceſſore ſuo ſurrogando agnoſceret commune omnium votum. Lectio tertia.

Cum igitur varia fieret populi electio: beat⁹ Eurcius dixit ad eos. Si vere paſtorem vultis electum â domino: fratrem & compreſbyterum meũ Anianum noueritis in meo conſtituendum loco. Cunq́ʒ more Eccleſiaſtico triduanum ieiunium populo indixiſſet: vt hoc ipſum concordia diuinæ electionis clareſceret breuibus libris ſuper altare poſitis nec dum loquentem paruulum afferri præcepit: vt ipſe breues ab altario ſubleuaret. Tu autem. Lectio iiij.

TVnc vero Chriſti operãte virtute: cũ puer manum iniecciſſet altari: mox vt breuem tetigit mox in conſueta nouella verba profudit teſteq́ʒ populo exclamauit dicens. Anianus Anianus Anianus iſtius ciuitatis eſt pontifex â deo inſtitutus. Mox vt verba compleuit ætatis tẽpora lingua recognouit. Lectio v.

Vt autem de electione beati antiſtitis votis omnium fieret ſatisfactum: aperto pſalterio verſum quem primum inuenerunt legentes dixerũt Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti inhabitabit in tabernaculis tuis. Prolatoq́ʒ Apoſtolico codice in

primo

primo reperierunt ſermone. Fundamentum nemo poteſt aliud ponere: præter id quod poſitum eſt. Sed in Euangelij pagina hanc primam inuenerunt ſententiam. Super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. His ergo inſignibus virtutum declaratus in cathedra Aurelianenſis Eccleſiæ ſanctus inſtitutus eſt Anianus.

Lectio ſexta.

Cum igitur beatus vir ſolenniter ciuitatis illius Epiſcopus eſſet Mœnia ingreſſurus petiuit ab Egripinno qui principalibus preerat militibus vt oẽs quos pro varijs criminib⁹ carcer retinebat incluſos: ob ſui introitus gloriam redderet abſolutos Quod cum ille omnibus modis negaret lapis magni ponderis ab alto deſilijt: eumq́ in verticẽ cedit Qua percuſsione proſtratus: & ad domum propriam reportatus, agnouit quod icirco lætalis plaga ſuper eum deſcenderat: quia præſtare noluerat quod vir Dei poſtulauerat. Homelia. Homo quidam peregre. In octaua ſancti Martini.

Lectio prima.

POſtquã dominus noſter Ieſus Chriſtus triũphator ad alta cœlorum aſcendit & in maieſtate paterna deus conſedit: multa ſeculis doctorum lumina conceſsit: quatenus ignorãtiæ tenebris effugatis ad verũ lumẽ & agoſcendum gentes vbiq́ cõuerterent. Vñ & beatiſsimũ Martinũ Galliç direxit in ptes: vt populos terra caligine torpentes luce veritatis irradiaret: & plurimas de antiqui

Qui dum tantis virtutibus haberetur præclarus vt in conſecratione templi fulgens magno lumine ſup caput eius fuiſſet viſa à populo manus dei: ſentiens ſe iam ad cœleſtia regna vocandum: accerſito conuentu nobilium: indicat ſuum tranſitum mox futurũ. Dulci affatur eloquio: vt de ſucceſſore ſuo ſurrogando agnoſceret commune omnium votum. Lectio tertia.

Cum igitur varia fieret populi electio: beat⁹ Euurcius dixit ad eos. Si vere paſtorem vultis electum à domino: fratrem & compresbyterum meũ Anianum noueritis in meo conſtituendum loco. Cunq; more Eccleſiaſtico triduanum ieiunium populo indixiſſet: vt hoc ipſum concordia diuinæ electionis clareſceret breuibus libris ſuper altare poſitis nec dum loquentem paruulum afferri præcepit: vt ipſe breues ab altario ſubleuaret. Tu autem. Lectio iiij.

TVnc vero Chriſti operãte virtute: cũ puer manum inieciſſet altari: mox vt breuem tetigit mox in conſueta nouella verba profudit teſteq; populo exclamauit dicens. Anianus Anianus Anianus iſtius ciuitatis eſt pontifex à deo inſtitutus. Mox vt verba compleuit ætatis tẽpora lingua recognouit. Lectio v.

Vt autem de electione beati antiſtitis votis omnium fieret ſatisfactum: aperto pſalterio verſum quem primum inuenerunt legentes dixerũt Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti inhabitabit in tabernaculis tuis. Prolatoq; Apoſtolico codice in

primo

primo reperierunt ſermone. Fundamentum nemo poteſt aliud ponere: præter id quod poſitum eſt. Sed in Euangelij pagina hanc primam inuenerunt ſententiam. Super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. His ergo inſignibus virtutum declaratus in cathedra Aurelianenſis Eccleſiæ ſanctus inſtitutus eſt Anianus.

Lectio ſexta.

Cum igitur beatus vir ſolenniter ciuitatis illius Epiſcopus eſſet Mœnia ingreſſurus petiuit ab Egripinno qui principalibus præerat militibus vt oēs quos pro varijs criminib⁹ carcer retinebat incluſos: ob ſui introitus gloriam redderet abſolutos Quod cum ille omnibus modis negaret lapis magni ponderis ab alto deſilijt: eumq́; in verticē cedit Qua percuſsione proſtratus: & ad domum propriam reportatus. agnouit quod iccirco lætalis plaga ſuper eum deſcenderat: quia præſtare noluerat quod vir Dei poſtulauerat. Homelia. Homo quidam peregre. In octaua ſancti Martini.

Lectio prima.

POſtquā dominus noſter Ieſus Chriſtus triūphator ad alta cœlorum aſcendit & in maieſtate paterna deus conſedit: multa ſeculis doctorum lumina conceſsit: quatenus ignorātiæ tenebris effugatis ad verū lumē & agoſcendum gentes vbiq́; cōuerterent. Vñ & beatiſsimū Martinū Galliç direxit in ptes: vt populos terra caligine torpentes luce veritatis irradiaret: & plurimas de

antiqui

antiqui hoſtis faucibus extraheret gentes: & ſacratiſsimo Chriſti inſereret corpori. Hiſtoria vt in die ſuo. vt ſup. Lectio ſecunda.
Igitur iſte beatiſsimus vir paganis parentibus in regione Pannoniæ Sabariæ oppido oriundus: militiæ cingulo â perfido Iuliano iuxta parentũ ſuorum nobilitatem eſt accinctus. Sed vir Dei magis elegit deo cœleſti ſeruire: quam ſub Imperatore militare terreno. Quia ſpecialiter electus eſt vt vexillum ſanctę crucis occiduas orbis portaret in partes & militiæ ſacramenta euangelicis mutaret edictis. Qui poſt ſacri baptiſmatis myſteriũ magis in mundo claruit miraculis & longe lateq́ doctrinis catholicis reſplenduit in orbe. Tu autem.
Lectio tertia.
Huius autem ſanctiſsimi viri hæc prima leguntur inſignia. Dum adhuc eſſet cathecuminus: hiemali frigore media clamidis ſuæ pauperem parte veſtiuit. Qua etiam parte inter Angelicos exercitus dominum Ieſum nocte ſequenti veſtitum aſpexit: vt verum intelligeret quod ipſe dominus Ieſus Euangelicis intonat paginis. Quamdiu feciſtis vni ex his minimis: mihi feciſtis. Tu autem. Lectio iiij.
Hic vir beatus florem adoleſcentiæ ſuę Mediolana tranſegit in vrbe: qui inde ſecedẽs venerabili Pictauienſi Hilario iunctus eſt, qui tunc temporis quaſi Lucifer in cœlo: ita omnibus in Eccleſia Chriſti excellentior effulſit. Huius diſciplinis ſanctus Martinus ſuccubuit vt tan
ti viri

ti viri exemplis fortis athleta Chriſti muniretur. Sanctus Martinus dum cum beato Hilario moraretur diuino admonitus oraculo vt parẽtes ſuos ad ſacræ fidei cõuerteret profeſſionem eum: matrẽ, quæ ſe genuit ipſe generauit Chriſto. Tu au.

Lectio v.

Hicq́ in itinere latronum perpeſſus eſt inſidias: dum vni traditur ad cuſtodiendũ Euangelica prędicatione latronem conuertit ad Chriſtũ. Et cui traditus fuerat ad pœnam factus ei ad ſalutem. Inde regreſſus obuiam habuit malignum ſpiritum: qui ſancto viro quocũq́ pergeret comitem ſe eſſe ſpopondit. Cui ipſe dixit. Dominus mihi adiutor eſt: non timebo minas tuas. Tu autem domi.

Lectio ſexta.

Cum autem ſancto viro quidam cathecuminus adhæreret: ſancto viro abſente ſubita morte peremptus eſt. Quẽ vir Dei precibus profuſis ſuſcitauit vitæq́ redditum baptizauit: qui multis poſtea vixit annis. Alterum quoq́ in cuiuſdam Lupicini agro laqueo ſuſpenſum: ſacris orationibus vitæ reſtituit. Tertius ab eodem ſancto in Carnoteno oppido cuiuſdam mulieris filius ſola oratione in conſpectu populi ſuſcitatus eſt. Quo miraculo viſo plurimi ex populo crediderunt Chriſto. Tu autem do. Homelia. Sint lumbi veſtri præcincti. cũ laudib. & cæteris vt ſup. ¶ In feſto beatæ Eliſabeth ad veſp. añ. Lætare Germania clara Fœlix germine naſcentis Eliſabeth ex regali ſemine. R. Lau. ſſ pue. Añ. Quæ nexu coniugij data viro ſocia ſua-

Digitized by Google

ne iugum domini tulit ab infantia. Añ. Apta tandem viri votis ſicut creuit virib⁹: ita pijs ſic deuotis excreuit virtutibus. Añ. Sic fulgebat in aſpectu exculta decentius paupertatẽ in affectu colebat attentius. Añ Quanto ſeſe deprimebat humilis nobilitas: tanto magis elucebat nobilis humilitas. Capitulum.

Prou. ca. 31. MVlierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri ſui: & ſpolijs non indigebit: reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ. ℟. Benedictus ſit dominus deus omnis gratiæ qui coronauit ad portã paradiſi hodie. Pauperculam ſed exortam regũ ex progenie. ℣. Mulieres opulentę audite: & facite ſecundum hanc ex diuite: & factãm voluntariæ. Hymnus.

NOuum ſydus emicuit: error vetus contiçuit: nouo ſplendore rutilans plebs nouas laudes iubilat. In cuius nunc præconia linguam ſoluat Eccleſia nouę præconis gloriam promat ſperando veniam. Dies ſolennis agitur: dies ſalutis colitur: in qua ſpes quæ promittitur: hac atteſtante redditur. Ergo dei tu famula Eliſabeth per ſecula Chriſto conregnans veniam nobis poſcas & gratiam. Deo patri ſit gloria. ℣. Specie tua & pul. Ad magn. añã. Gaude cœlum terra plaude: dies adeſt digna laude: plena dies gloriæ: qua Eliſabeth antiquum caſtitatis inimicum eliſit victoria: pia mater & matrona tuis ſacris precibus: interuentrix & patrona ſis pro nobis omnibus.

Ora-

Digitized by Google

Oratio.



TVorum corda fidelium de⁹
miſerator illuſtra: & beatę
Eliſabeth precibus glorioſis
tribue proſpera mundi deſpicere:
& cœleſtium bonorū ſemper par-
ticipatione gaudere. Ad mat. inui.
Regi deo iubilantes laudum perin
ſignia. Exultemus venerantes Eli-
ſabeth ſolennia. Pſal. Venite. In primo noctur. añ.
Ex ore infantium laudem deo perficit: infantes
egentium dum quaſi nutrix reficit. Pſa. Domine 4
dominus noſter. Añ. A calore charitatis calefacti
pauperes: iuxta prunas nuditatis lætantur imme-
mores. Pſa. Cœli enar. Añ. Inquinari manus ſorde 11
reputans delicias: infirmorum mundo cordē tra-
ctat immundicias. Pſal. Domini eſt ter. ℣. Spe-
cie tua.

Lectio prima.

AD decus & honorem diuinæ clementiæ am
pliandum: perennem noticiā laudabilis vi-
tæ beatæ Eliſabeth præſenti ætati innoteſ
cendam futuræꝗ; poſteritati tranſmittendam: fi-
delibus ſcripturarum bibliothecis duximus com
mittendam: & exinde in pectorum ſcriniijs recon
dendam: ne hiſtoria digna memoria & conuerſa-
tio imitatione digniſſima abuſione aboleatur: aut
cum labente tempore labatur: iter deleatur ſe-
quendum: exemplum pereat amplectendum per
neglectus incuriam abeat in obliuionem quod

Xxx ij po-

poſteris eſt ceſſurum in ædificationem: aut forſan inuida peſtis hæretica ſupprimat & ſtrangulet nouercaliter quod pia nutrit deuotio maternaliter. ℟. De paupertatis palea dum quaſi granū germinat: Eliſabeth inſignis. Hereſes ab area fidei diſterminat: meritis & ſignis. ℣. Aures ſurdis reſerat: cæcis viſum reparat: & claudis inceſſum. Hæreſes.

Lectio ſecunda.

Noſtra enim Eliſabeth viciorum extirpatrix: virtutum fuit plantatrix: ſchola morum: exemplum pœnitentiæ: ſpeculum innocentiæ. Quæ ſingula breuiter proſequamur. Nunquid vicia non extirpabat: quæ etiam in regio ſtatu poſita vanitates fugiebat: aliosq́ ab omnibus ad viam leuitatis tendentibus dehortabatur? Quæ a ſe incipiens oculum propriç conſcientiæ purgabat: educens feſtucā de oculo ſuo qui trabe carebat: vt eijceret trabē de alieno: ſtipulam forſan ſuperędificatā Chriſti fundamento in ſe igne charitatis conſumens: vt ferrum & lapidem in proximo igne pœnitentiæ conſumeret. Quæ nō ait cū Pilato: quod ſcripſi: ſcripſi: ſed cum dulci Ieſu quod dixi feci. Cœpit enim Ieſus facere & docere. ℟. Iſta regis filia hæc contemptibilia mundi non elegit: ſed ſeipſa fortior. Seſeq́ ſublimior ſe ſibi ſubegit. ℣. Spiritū ieiunio carneq́ ſub cilicio iugiter caſtigans. Seſeq́.

Lectio tertia.

Nonne ſuperbiam calcabat: quæ nobilibus ſublimior etiam ancillis humilior fuit? Nonne iram euacuabat: cui ſemper dulcis Ieſus in ore: quæ iraſcen-

Digitized by Google

iraſcentibus dicere conſueuit? vbi nunc domi-
nus? Iraſcebatur quidem non homini: ſed pecca-
to: iuxta illud iraſcimini & nolite peccare. Et ali-
bi. Iratus eſt dominꝰ populo ſuo: ideſt peccatis po
puli. Nunquid cuiquã temporalia inuidebat: quæ
nihil eorum ſibi retinebat? Sciebat enim quod ſu
perbia quenquam priuat deo: inuidia proximo: i-
ra ſeipſo. ℟. O mirandã mulieris huius fortitudi-
nẽ qua in ſe vitæ veteris ſic occidit hominem. Et
poteſtates aeris vertit in formidinem. ℣. Hæc pu-
gnatura ſtadio mente virum induit: femur cingẽs
gladio. Et. In ij. noctur. añ. Ab intus regis filiæ o-
mnis decor gloriæ: nihil foris appetit laudis & ho
noris. Pſal. Eructa. Añ. Omnium refugio fortiter 31
adhæret: dum viri ſolatio vidua careret. Pſ. Deus 32
noſter ꝛc. Añ. Hñs cœlo fundamentum aurum ſu
per & argentum prudenter ędificat: dum paupe-
res lætificat. Pſ. Fundamenta. Lectio iiii. 64

NUnquid auariciam ſectabatur quæ regnũ
mundi contempſit: quam caminus pauper
tatis decoxit? Nunquid luxuriam non ex-
tinguebat: quæ proprijs lumbis præcinctis pluri-
mas matronas ad continentiã inducebat? Nun-
quid gulam ſequebatur: quæ in menſa diuitis ma
riti ſiti & fame affligebatur? Putaſne acidia eam
laboraſſe: ſomno vacaſſe in viduitate: quæ regio
mariti thalamo ſe ſubtrahens: multas noctes du-
cens inſomnes: pia furta orationum genuflexio-
nium & flagellorum marito furabatur. ℟. Aſperna
ta ſeculum generoſi ſanguinis paruipendit titulũ.

Appræhendens enim ſuſum manuum conſilio vi ctus quærit vſum. ℣. In Gazophilatium vidua cũ vidua totum mittens precium. Appræhendens.

Lectio quinta.

Sequitur virtutum plantatrix. Hæc namq; agri propriæ carnis fida cultrix: mentisq; colona ſolicita de agro pigri proximi tribulos euulſit & ſpinas: in vineam domini Sabaoth plantans: veram vitem religionis: quæ multitudine conuerſorũ eius exemplo extendit palmitem vſq; ad mare: & vſq; ad flumen propagines eius. ℟. Egens egenis largiens ſibiq; nil retinuit. Cœleſte regnum ambigens: hic pñs omne reſpuit. ℣. Fide grandi: ſpe ſecura manum mittens ad futura. Cœle.

Lectio ſexta.

Sequitur ſchola morũ. Huic ſcholę Catonis Cenſorini cedunt dogmata Senecę ſuperatur moralitas politica: vbi gratuita ſancti ſpiritus operantur cariſmata quæ tarda neſciunt molimina. Vbi magiſtrorum optimus facit repente de cœlo ſonũ: vbi vult ſpirans ſpirando: dans ſpirituales eſſe homines. In hac ſchola Dei digito etiã in tabulis cordis lapidei: præcepta & lex vitæ calamo ſcribę velociter ſcribentis exarantur. Tu autem. ℟. Cæco nato cui nec ſedes erant oculorum: inſtrumenta lucis dedit Et naturę decus redit per momenta temporum. ℣. Nouum hoc ſpectaculum idem iſti vetus Chriſti renouat miraculum. Et. In iiȷ noctur. añ. Deo decantent omnia qui vitam reddit mortuis: Eliſabeth ſuffragiȷs & fugat dęmona. Pſ.

Can-

Cantate. Añ. Iuſta lux orta gratiæ late ſpargens 70
radiū rectis corde ſtudiū ingerit lætitiæ. Pſa. Do-
minus reg. ex. Añ. Deus palā omnib' reuelās iu- 71
ſtitiā: ſalutarē gentib' per hāc infundit gratiā. Pſ.
Cātate ij. ℣. Adiuuabit eā. Hō. Simile eſt reg. cœ. 73
the. ℟. Famulis ſe famulā fecit hæc beata: coqui-
næ ſqualoribus gaudens deturpata: & cor gerens
indefeſſum. Debiles debilior portat ad ſeceſſum.
℣. Sic ſedula paupercula lauit iſtos: illis ſtrauit. Dr.
℟. Aman in patibulo cū Heſter appēdit: Holofer-
nis dexterā in caput extēdit. Et ſuū â periculo po
pulum defendit. ℣. Manū mittēs ad fortia ſic vicit
innocentia. Et. ℟. O lapas Eccleſiæ riuos fundens
olei: medicina gratiæ nutrimentū fidei. Tutelam
prçſtans pauidis. calorē minus feruidis: languidis
medelā. ℣. Tu dei ſaturitas oliua fructifera: cuius
lucet puritas & reſplendēt opera. Tu. Ad laud. añ.
Dominus Eliſabeth induit decore: cuius nunc pa
rata eſt ſedes in honore. Pſ. Dominus re Añ. Deo 71
cū lçticia ſeruiens puella: ſub magiſtri manibus
ſuſtinet flagella. Añ. Hæc ad deum ſitiens & cur-
rens in ſiti carnis deſiderijs dedicit reniti. Añ. Do
mo rebus dum ablatis mēdicat hoſpitiū: in cami-
no paupertatis benedixit dñm. Añ. In tantis virtu
tib' famulç fidelis: laudet omnis ſpūs dñm de cœ-
lis. Cap. vt ſupra. Hymnus. Ergo Dei tu ſa. ℣. Au-
di filia. Ad benedictus añ. Cornu ſalutis hodie in
turribus Eccleſiæ dñs erexit: quo de manu Phili-
ſtei caſtra protexit: ac in viā gratiç pacis & iuſtitiç
plurimos direxit. Oratio vt ſup. Ad ij. veſper. añ.

Digitized by Google

87 Dominus Eliſabeth. Pſalm Dixit dominus dom.
114 Laudate pueri domi Lætatus. Niſi dominus. Lau-
da Hieruſalem. Capitulum vt ſu. ℟. O lampas Ec-
cleſiæ. Hymnus. Nouum ſydus. ℣. Specie tua. Ad
magnificat añ. Exultet vox Eccleſiæ: nam caput
ſuperbiæ Eliſabeth contriuit: quæ non exaudiuit
vocem exactoris: cuius interceſsio nos ab hoc e-
xilio reuertentes ſociet Angelorum choris. Ora-
tio. Vt ſup. De ſancto Columbano Cap. Dilectus
Deo, Euangel Nemo accendit.

Oratio.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris: &
intercedente beato Columbano Confeſſo-
re tuo atq; Abbate: nullis nos patiaris ſubia-
cere periculis. Per. ¶ In feſto ſanctæ Ceciliæ virgi-
88 nis ad veſp. añ. Veni electa mea. Pſalm. Laudate
pueri dominum. Capitulum. De virginibus præ-
ceptum. ℟ Domine Ieſu Chriſte paſtor bone ſe-
minator caſti conſilij: ſuſcipe ſeminum fructus
quos in Cecilia ſeminaſti. Cecilia famula tua qua-
ſi ouis tibi argumentoſa deſeruit. ℣. Nã ſponſum
quem quaſi leonem ferocem ſuſcepit: ad te quaſi
agnum manſuetiſsimum deſtinauit. Cæci. Hym.
Virginis proles. ℣ Specie tua. Ad magni. añ. Vir-
go glorioſa ſemper Euangelium Chriſti gerebat
in pectore ſuo: & non diebus neq; noctibus a col-
loquijs diuinis & oratione ceſſabat.

Oratio.

Deus

Digitized by Google



D Eus qui nos annua beatæ Ceciliæ virginis & martyris tuæ ſolennitate lætificas: da vt quam veneramur officio: etiam piç conuerſationis ſequamur exemplo Inuit. Regem virginũ. Pſ. Venite. In i. noct. añ. Cecilia virgo Almachium exuperabat: Tiburtiũ & Valerianũ ad coronas vocabat. Pſal. Dñe dñs noſter. Añ. Expanſis manibus orabat ad dñm: vt eam eriperet de inimicis. Pſal. Cœli enar. Añ. Cilicio Cecilia membra domabat: deum gemitibus exorabat. Pſal. Domini eſt terra. ℣. Specie tua. Lectio prima.

C Ecilia virgo clariſsima abſconditũ ſemper euangeliũ Chriſti gerebat in pectore ſuo: & non diebus neq; noctibus à colloquiis diuinis & oratione ceſſabat: dñm fletibus exorans: vt virginitas eius ipſo conſeruante inuiolata permaneret. Hęc Valerianum iuuenẽ quendam habebat ſponſum. Qui iuuenis in amorem virginis perurgens aĩum: diem conſtituit nuptiarũ. Cecilia vero ſubter ad carnem Cilicio induta: deſuper auratis veſtibus tegebatur. ℟. Cantantib' organis Cecilia virgo in corde ſuo ſoli dño decantabat dicens. Fiat dñe cor meũ & corpus meũ immaculatum vt non cõfundar. ℣. Biduanis ac triduanis ieiuniis orans: commendabat domino quę timebat. Fiat. Lectio ij.

V enit dies in quo thalamus collocatus eſt: & cãtantibus organis illa in corde ſuo ſoli domino de-

cantabat dicens. Fiat cor meum & corpus meum immaculatum vt non confundar. Sed cum hæc agerentur: venit nox in qua ſuſcepit vna cum ſponſo ſuo cubiculi ſecreta ſilentia & ita eum alloquitur dicens. O dulciſsime atq; amantiſsime iuuenis: eſt mihi ſecretũ: qđ tibi confitear: ſi modo tu iuratus aſſeras tota te illud obſeruantia cuſtodire. Iurat Valerianus ſponſus ſe illud nulla ꝑdere ratione: nullaq; neceſsitate detegere. Tu.
℟. Cecilia me miſit ad vos vt oñdatis mihi ſanctũ. Vrbanum Quia ad ipſum habeo ſecreta quæ ꝑferam. ℣. Tunc Valerianus perrexit: & inuentis pauperibus dixit: Cecilia me miſit ad vos vt oſtendatis mihi ſanctum Vrbanum. Quia ad. Le. iij.
Tunc illa ait. Angelum dei habeo amatorẽ qui nimio zelo cuſtodit corpus meum: hic ſi vel leuiter ſenſerit quod tu me polluto amore contingas: ſtatim circa te furorem ſuum exagitabit: & amittes florem tuę gratiſsime iuuentutis ſi autẽ cognouerit qđ tu me ſincero & ĩmaculato amore diligas & virginitatẽ meã integrã illibatãq; cuſtodias: ita quam diliget te ſicut me: oſtendet tibi gratiã ſuã. ℟. Dñe Ieſu Chriſte. Vt ſup. in veſpe.
In ij. noct. añ. Dñe Ieſu Chriſte ſeminator caſti cõſilij: ſuſcipe ſeminũ fructus quos ĩ Cecilia ſe-
31 minaſti. pſ. Eructauit. añ. Beata Cecilia dixit ad
Tyburtiũ: hodie te fateor eſſe meũ cognatũ: qa
32 amor dei te fecit eſſe cõtemptorẽ idolorũ. Pſal.
Deus noſter re. añ. Fiat dñe cor meũ & corpus
64 meũ immaculatum vt non confundar. Pſalmus.

Funda-

Fundamenta: ℣. Diffuſa eſt. Lectio quarta.

TVnc Valerian⁹ nutu dei timore correptus dixit. Si vis vt credã ſermonib⁹ tuis: oſtẽde mihi ipſum angelũ: & ſi ꝓbauero qđ angelus ſit: faciã qđ hortaris: ſi aũt virũ alterũ diligis: & te & ipm gladio feriã. Tũc btã Cecilia dixit ei. Si in deũ verũ credideris: & baptizat⁹ fueris: poteris eũ videre. Tu. ℟. Ceciliã intra cubiculũ orantẽ inuenit: & iuxta eã ſtantẽ angelũ dñi. Quẽ videns Valerianus nimio terrore correptus eſt. ℣. Angelus domini deſcendit de cœlo & lumen refulſit in habitaculo. Quem. Lectio quinta.

MIſit ergo Cecilia Valerianum ad ſanctũ Vrbanum epm quẽ in via Appia inter ſepulchra martyrum per ſigna ſibi tradita inuenit. Cũq; ei oĩa verba Ceciliæ dixiſſet: ille deo gratias agens tandem baptizauit eum: & in fide inſtructũ remiſit ad Ceciliã. Quam ipſe in cubiculo orantẽ inuenit: & angelũ iuxta eã ſtantẽ: & duas coronas tenentẽ: qrũ vnã Ceciliꝫ: & alterã Valeriano tradidit dicẽs. Pete qđ vis. Cui ille. Peto vt & frater meus Tyburtius agnoſcat veritatẽ. Cui angelus. Placet dño petitio tua. Poſt hęc Tyburtius credidit: & à ſancto Vrbano baptizatus eſt. ℟. Btã Cecilia dixit ad Tyburtiũ: hodie te fateor eſſe meũ cognatum. Quia amor dei te fecit eſſe contemptorem idolorum. ℣. Vade igitur ad antiſtitem cum fratre tuo vt purificeris. Quia amor. Lect. vi.

EO tempore Almachius præfectus vrbis audiens quę ſancti dei egerãt Tyburtiũ quidẽ & Valerianum

num fortiſsimos in conſpectu dñi milites iuſſit interfici: & ſanctã Ceciliam ſibi pñtari. Cui cũ pſuaderet: vt nomẽ Chriſti denegaret: ipſa vero in confeſsione eiuſdem noĩs cõſtanter pſeuerante vehementer iratus: iuſsit eam flammis balneaibus concremari: & deinde decollari: quam ſanctus Vrbanus ſepeliuit. Tu. ℟. Cilicio Cecilia membra domabat: deum gemitibus exorabat. Almachium exuperabat. Tyburtiũ & Valerianũ ad coronas vocabat. ℣. Nõ dieb⁹ neq̨ noctib⁹ vacabat à colloquijs diuinis & oratione. Ty. In iij. noct. añ. Credimus Chriſtũ filium dei deum verũ
70 eſſe qui ſibi talem elegit famulã. Pſalm. Cantate. i. Añ. Nos ſcientes ſanctũ nomen omino negare
71 non poſſumus. Pſal. Dñs reg. exul. Añ. Tũc Valerianus perrexit ad antiſtitẽ & ſigno qđ acceperat inuenit ſanctũ Vrbanũ. Pſalm. Cantate. ij. ℣.
73 Adiuuabit eam. Homel. Simile eſt reg. cœ. de. virgi. ℟. Virgo glorioſa ſemper euangeliũ Chriſti gerebat in pectore. Et non diebus neq̨ noctibus vacabat à colloquijs diuinis & oratione. ℣. Cilicio Cecilia membra domabat: & deum gemitibus exorabat. Et. ℟. O beata Cecilia quæ duos fratres conuertiſti: Almachiũ iudicem ſuperaſti: Vrbanum epm in vultu angelico demonſtraſti. ℣. Beata es Cecilia virgo: & bñdictus ſermo oris tui. Quæ. ℟. Dum aurora finem daret: Cecilia dixit: Eya milites Chriſti abijcite opera tenebrarum: & induimini arma lucis. ℣. Cecilia valedicens fratribus & exhortans ait. Ad lau. Añ.

Cantanti-

Cantantibus organis Cecilia dño decantabat dicens: fiat cor meum immaculatũ vt non confundar. Pſal. Dñs reg. Añ. Eſt ſecretum Valeriane quod tibi volo dicere: angelum dei habeo amatorem: q nimio zelo cuſtodit corpus meum. Añ. Valerianus in cubiculo Ceciliam cũ angelo orantem inuenit. Añ. Benedico te pater domini mei Ieſu Chriſti: quia per filium tuum ignis extinctus eſt à latere meo. Añ. Cecilia famula tua domine quaſi ouis tibi argumentoſa deſeruit. Capit. vt ſup. Hym. Ieſu corona. ℣. Audi filia. Ad bñ. añ. Dum aurora finem daret beata Cecilia dixit: eya milites Chriſti abijcite opera tenebrarum & induimini arma lucis Ad ij. veſper. Aña. Cantantibus. Pſal. Dixit dominus. Laudate pueri. Lætatus. Niſi dominus. Lauda Hieruſalem. Cap̃. vt ſupra. ℟. Dum aurora. Hymnus. Virginis proles. ℣. Specie tua. Ad mag i. aña. O beata Cecilia quæ duos fratres cõuertiſti & Almachium iudicem ſuperaſti Vrbanum epiſcopum in vultu angelico demonſtraſti. Oratio vt ſupra. ¶ In ſcti Clemẽtis Papæ & martyris. In primis vt ſup. Capitulum. Ecce ſacer. ℟. Dediſti domine. Vt infra. Hymnus. Deus tuorum. ℣. Gloria & hon. Ad magni. añ. Oremus omnes ad dominum Ieſum Chriſtum vt confeſſoribus ſuis fontis venas aperiat. 87

Oratio.

D



DEus qui nos annua beati Clementis martyris tui atq; pontificis ſolennitate lætificas: concede propitius vt cuius natalicia colimus virtutē quoq; paſſionis imitemur. Per. Eodem die.

PRæſta quæſumus omīpotens deus vt beatæ Fœlicitatis martyris tuç ſolennia recenſentes: meritis ipſius ꝓtegamur & ꝓcibus. Per.

Hiſtoria de vno martyre. Lectio prima.

TErtius Romanç eccleſiç fuit ep̄s Clemens: qui diſciplinam beati Petri apoſtoli ſecut⁹: ita morum ornamētis pollebat: vt omībus populis cōplaceret. Singularū aūt regionū inopes noīatim habebat ſcriptos: & hos quos baptiſmatis ſanctificatione mūdauerat: publice mendicitati ſubiectos eſſe non ſinebat. Mediocres & diuites ſanctus Clemens ammonebat: ne paterentur baptizatos â Iudæis & gentibus ſtipem poſtulare: & vitam baptiſmatis conſecratione mūdatam donis gentilium inquinari. His & plurimis virtutibus pollens deo & hominibus cōplacebat. Tu. Lc. ij.

TŪc Publius Comes Torquatus videns innumerabilem multitudinem Chriſto credere per Clementem: & miſſa relatione de eo ad imperatorē Traianū reſcripſit imperator debere eum aut ſacrificiis conſentire: aut trans pontū maris in heremo ſubire exiliū. Cū igitur ſctūs vir pueniſſet ad locū exilij: inuenit in ergaſtulis ad ſecundā marmo-

marmora amplius quam duo milia Chriſtianorũ: diuturna iam relegatione damnatos. Quibus ipſe dixit. Nõ mei merito dñs huc: ſed ad veſtram coronam me adduxit. Lectio tertia.

Poſt hæc btũs Clemens cum didiciſſe: qđ ſexto miliario aquam ſibi in humeris apportarent: oratione facta vidit agnum ſtãtem q pede dextro q̃ſi locum fontis õndebat. Vir dei ſub pede agni locum leui ictu percuſsit: & illico fons viuus inde emanauit. Ad iſtam autem famam confluit oĩs prouincia: & vniuerſi cõuertebantur ad dñm: ita vt infra vnum annum fierent ibi ſeptuaginta quinque eccleſiæ. Lectio quarta.

AVdiens aũt Traianus imperator quæ ibi fiebant per beatũ Clementẽ miſit Aufidianũ qui multos Chriſtianorũ pœnis diuerſis occidens dum videret omnes gaudentes ad paſsionem accedere: ceſsit multitudini & ſolũ Clemẽtẽ cogẽs ad ſacrificiũ dũ videret ſic fixũ in dño vt penitus mutari non poſſet: dixit ad ſuos. Perducatur in medium maris & ligate ei ad collũ anchoram & præcipitetur vt non poſsint Chriſtiani hũc pro deo excolere. Lectio quinta.

Quod cum factũ fuiſſet: omnis multitudo Chriſtianorum cœpit ad littus ſtare & flere. Tunc dixerunt Cornelius & Phebus diſcipuli eius. Oẽs vnanimiter oremus: vt oſtendat nobis dominus martyris ſui excubias. Orãtib⁹ aũt populis receſſit mare in ſinu ſuo per tria milia fere ſpacia. Et ingreſsi ſiccum populi inuenerũt in medũ templi

pli marmorei habitaculum á dño ꝑparatū. Et ibi in archa ſaxea corpus diſcipuli beati Petri apoſtoli ita vt anchora cum qua miſſus fuerat martyr Clemens iuxta eum eſſet poſita. Tu autem domi.

Lectio ſexta.

Reuelatum eſt aūt diſcipulis eius vt non tollerēt cum quibus & hoc intimatur: quia omni anno die paſsionis eius receſſurum eſſet mare: & per ſeptem dies aduenientibus ſiccū iter præbiturum. Quod ad laudem nōis ſui facit dñs fieri: vſq; in hodiernum diem. Hoc aūt facto oēs per gyrum crediderunt Christo. Homel. Homo quidā nobilis. ℟. Orante ſancto Clemente apparuit agnus dei de ſub cuius pede fons viuus emanat. Fluminis impetus lætificat ciuitatē dei. ℣. Vidi ſupra mōtem agnū ſtantem de ſub cuius pede fons viuus emanat. Fluminis. ℟. Dediſti dñe habitaculum martyri tuo Clementi in mari in modum templi marmorei angelicis manibus præparatum. Iter præbens populo terræ vt enarrent mirabilia tua. ℣. Hoc dñe ad laudem & gloriā nōis tui fieri voluiſti. ℟. Phebus & Cornelius diſcipuli beati clementis dixerunt ad populum. Oremus omnes ad dominum vt oſtendat nobis martyris ſui corpus. ℣. Multitudo Christianorum ad littus ſtabant & flebant tunc dixerunt eis Phebus & Cornelius. Oremus. Ad lau. Aña. Orante ſancto Clemente

69 apparuit ei agnus dei. Pſal. Dñs regnauit. Aña. Vidi ſupra montem agnum ſtantem: de ſub cuius pede fons viuus emanat. Aña. De ſub cuius

pede

pede fons viuus emanat: fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Añ. Non meis meritis ad vos me miſit dñs ſed veſtris coronis me participẽ fieri. Añ. Oẽs gentes per gyrũ crediderũt Chriſto dño. Cap̄ vt ſup. Hym. Martyr dei. ℣ Iuſtus vt pal. Ad bñs Añ. Dediſti dñe habitaculum martyri tuo Clementi in mari in modũ templi marmorei: angelicis manibus p̄paratum iter prębẽs populo terrę: vt enarrẽt mirabilia tua. Ad ij veſp. añæ. de lau. Pſal. Beatus vir. Credidi propter. Ad dominum. Ad te leua. De profun. Cap̄. vt ſup. ℟. Phebus & Cornelius. Hymnus Deus tuorum. ℣. Gloria & honore coro. Ad magni. Añ. Oremus omnes ad dñm Ieſum Chriſtũ: vt oſtendat nobis martyris ſui corpus. ¶ In feſto ſancti Griſogoni martyris cap̄. Iuſtus ſi morte. vel. Beatus vir qui in ſapientia mo. 88

Oratio.



Populũ tuum q̄s dñe pio fauore proſequere & intercesſione beati Griſogoni martyris tui: â cunctis aduerſitatibus cuſtodi. Per.

Lectio prima.

Diocletian⁹ in Aquilicię partibus poſitus dum interficeret Chriſtianos: relatio eucurrit ad eum de Chriſtianis omnibus â p̄fectura Vrbana. Eo tempore in vinculis erat Romæ iuſſu Diocletiani: quidam vir dei noîe Griſogonus: qui per Biennium in vicarij noîe degens: multa pro Chriſti nomine perpeſſus fuerat.

Lectio ſecunda.

Tunc reſcripſit Diocletianus ad præfectū vrbis: vt omnes Chriſtiani deberent interfici: Griſogonum vero ad ſe deſtinaret. Qui cū adductus fuiſſet: iubet eum ſceleratiſsimus Diocletianus ſibi pñtari.

Lectio tertia.

Diocletianus dixit beato Griſogono. Accipe pfecturæ dignitatē ſume etiam conſulatū & dignitatem generis tui: deos adorans & eos ſacrificās condecora. Tu.

Lectio quarta.

GRiſogonus dixit. Vnum deū mente adoro & corde colo: ſynceris actibus veneror. Illorū aūt deorū dearumq́; ſimulacra: (qa noui dæmonū thecas) execro: atq; accepta poteſtate comminuo: poteſtates à te pmiſſas ac ſi lutū quod pedibus calcatur abijcio.

Lectio quinta.

Diocletianus iuſsit Griſogonum duci ad locum qui dicitur ad Aquas Gradatas: & ibi eum capite truncari. Corpus vero eius iactatū eſt ad littus: in quo tres ſorores Chriſtianiſsimæ morabantur: Agape Chionia & Hyrene cū ſancto Zoillo ſene pſbytero: qui presbyter collocauit corpus ſancti Griſogoni in locello digno: & cōdiuit cū omi diligentia in domo ſua.

Lectio ſexta.

Huic p reuelationē indicatū eſt vbi mare iactaſſet caput ei⁹ pgesq́; ad locū ita ipm inuenit: quaſi eadē hora fuiſſet abſciſſum. Et auferēs illud: corpori eius cōpaginauit. Decollatus eſt aūt ſanctus Griſogon⁹ ſub die octauo kalendarū Decēbriū: & cōditus in loco à Zoillo pſbytero. Tu. Hom.

Digitized by Google

Si quis venit ad me. ¶ In feſto ſanctæ Catherinę virginis ad primas veſp. añ. Aue gemma claritatis ad inſtar carbunculi: aue roſa paradiſi more fragrãs balſami: Catherina virgo fœlix glorioſa meritis: aſsiſtentes tuis feſtis cœli iunge gaudijs. 88
Pſalm. Laudate pueri. Añ. Inclyta ſanctæ virginis Catherinę ſolennia ſuſcipiat alacriter pia mater eccleſia: aue virgo deo digna aue mitis & benigna: obtine nobis gaudia quę poſsides cum gloria. Aña. Duo legis teſtamenta virgo perſpicua vitæ videt alimenta tendens ad ardua: philoſophorum figmenta reputat fatua. Aña. Regia ſtirpe generoſa: titulis virgo clara natalib⁹ â patre prçcipuis inſtruenda traditur doctoribus Añ Gaude decus virginum virgo iubar ęthereum: tua nobis iocunditas ſit præclara ſolennitas vt digna modulamina noſtra tibi dent agmina. Cap̄. Sapientia vincit ma. ℞. Surge virgo & noſtras ſpōſo preces aperi: tua vox eſt dulcis in aure dñi q̄ pauſas ſub vmbra dilecti. Ab ęſtu mundi transfer nos ad amena gaudia paradiſi. ℣. Pulchre Sion filia pro mortali tunica agni tecta vellere & corona glorię. Ab.

Hymnus.

AVe Catherina martyr & regina: virgo deo digna mitis & benigna. Coſti regis nata virgo deo grata: vera ſpōſa Chriſti Chriſtũ induiſti. Quę te ſpopōdiſti fore ſpōſam Chriſti: ſpōſa ſpōſo gratos fac nos & acceptos. ✓ ictrix ſapiẽtũ dñi ſub is tormentũ ceſa lacte fluis: Syna ſepeliris. M onſtra vitę viam: vt philoſophiam mundi

 tránſca-

tranſeamus: veram requiramus. Ora & inclina nobis verum Syna vt intremus chorum tecũ angelorum. Sit laus deo patri ſummo: Chriſto decus: ſpũiſancto trinus honor vnus. Amẽ. ℣. Specie tua Ad magni. añ. Prudẽs Catherina virgo qualis es cum ſponſo tuo: qui te elegit de mundo: q̃ pulchra es: q̃ mirabilis: quanta luce ſpectabilis inter Sion iuuenculas & Hieruſalem filias: thalamo gaudes regio coniuncta dei filio. Oratio.



DEus qui dediſti legem Moyſi in ſummitate montis Synay & in eodem loco per ſanctos angelos tuos corpus beatæ Catherinæ virginis & martyris tuæ mirabiliter collocaſti: tribue nobis q̃s vt eius meritis & p̃cibus ad montẽ q̃ Chriſtus eſt peruenire valeamus. Per. Inuit. Adoremus virginum regem in ſeculorum ſecula. Qui virgini Catherinæ contulit cœleſtia regna. Pſal. Venite. In i. noct. añ Virgo ſancta Catharina græciæ gemma Vrbe Alexãdrina Coſti regis erat
4 filia. Pſal. Dñe dominus noſter. Añ. Specie corporis decora nimis emicuit: ſed fide pulchrior
11 ſponſo ſuperno placuit. Pſal. Cœli enar. Añ. Traditur ergo â patre doctoribus prçcipuis imbuenda
15 da liberalibus ſtudijs. Pſal. Dñi eſt ter. ℣. Specie tua & pul. Lectio prima.

Maxentius imperator anno regni ſui: triceſimo quinto reſidens in ciuitate Alexandrinorum materialia

Ferialia per vicinas prouincias emiſit edicta: iubens omnes regni ſui incolas: diuites & pauperes ad templum deorum ſuorum conuenire: & ſolenne eis ſacrificium offerre. In hac vrbe Alexandrina erat quædam puella annorum duodeuiginti ſpecioſa valde: ſed quod pluris eſt religioſa fide: quondam regis Coſti filia vnica: liberalibus ſtudijs ab annis puerilibus erudita noĩe Catherina: in palacio patris reſidens cum ex templo idolorũ ſonus aĩalium: & multimodum genus organorum auribus ſuis inſonuit: ſtupens itaq; cauſam celeriter iubet inq̃ri. Tu. ℟. Nobilis & pulchra prudẽs Catherina puella. Flagrat amore dei ſpernit vaga gaudia mundi. ℣. Cui rex carne pater fuerat: reginaq́ꝫ mater. Flagrat. Lect. ij.

Quam cum ex nuncio audiſſet: aſſumptis ſecũ aliquib⁹ de familia ad templũ vſq; ꝓperauit: & videns quoſdam plorantes qui ſe Chriſtianos fatebantur: ſed metu mortis ad ꝓphana ſacrificia impellebantur: vehementi cordis dolore ſauciata ſigno ſe crucis muniẽs: ad cõſpectũ imꝑatoris audaciter acceſsit. Tu. ℟. Martyriũ ſitiens libamina Cæſaris horrens. Exclamat Chriſtum præter quem nil venerandum. ℣. Dæmonijs plena ſunt hæc ait idola templi. Ex. Lectio iij.

Cui ſic ait. Salutationem tibi ô imperator proferre nos & ordinis dignitas & rõnis via præmonebat: ſi hæc q̃ cultibus dæmonum exhibes: quãq; in nullo proficiãt ſed omnino noxia ſint & dãnoſa creatori tuo impẽderes: & ſolã illius maieſtatẽ

Intelligeres per quem reges regnāt: & per quem mundi elementa initium ſumpſerunt atq; ſubſi-ſtunt: qui non mutorum cęde aīaliū: ſed fide & ſalutariū obſeruantia mandatorū delectatur. Tu.
℟ Hæc q̄nquagenos oratores iam ſuperatos. Dirigit ad cœlū aurū velut igne ꝓbatos. ℣. Efficiēs teſtes fidei quos pertulit hoſtes. Diri. In ij. noct.
añ Cum eſſet adhuc in annis virgo puerilibus: charis orbata parentibus mundi renunciauit o-
31 pibus. Pſalm. Eructauit. Añā. Maxentius inſtat impius cum idolorū cultibus puella voce libera
32 hæc ſunt clamat dæmonia: & deum te Chriſte ſo-
lum p̄dicat os virgineū. Pſal. Deus noſter re. Añ. Cæſar electos conuocat rhetores & grammaticos aduerſus illam diſputaturos: quos vincens virgo
64 Chriſti fidem docuit: & martyres deo dignos ex-
hibuit. Pſalm. Fundamenta. ℣. Diffuſa eſt gratia.

Lectio quarta.

STupefactus Auguſtus non valuit ad hæc reſpōdere. Tandemq; ad ſe reuerſus dixit ad eam. Sine ô mulier: ſine nos ſacrificiū finire: & poſt hęc ad tua propoſita rōnē reddemus. His dictis imperator miſit literas per prouincias circūiacentes ad omnes rhetores & grāmaticos: vt ad ꝑtorium Alexandrinum eo ſtudioſius accurrant: quo imperator altis eos muneribus donādos promittit: ſi tñ hanc temerariā cōcionatricē: ſuis aſſertionibus reddiderint ſupatā. Tu. ℟. O q̄ fœlices per te ſanctiſsima plures. Quos iubet occidi pro Chriſto turbidus hoſtis. ℣. Cū duce Por-

phirio

Digitized by Google

phirio ſit martyr Cæſaris vxor. Quos. Lect. v.
P eragratis itaq; nuncius prouinciæ finibus properanter ad imperatorem reuertitur: adducēs ſecum quinquaginta oratores qui ſe in om̄i ſapientia mundi: cunctos excellere mortales aſſerebant. Is cum imperator vocationis eorū cauſam expoſuiſſet vnus eorum indignatus ſtomachanti voce reſpondit. O magnū imperatoris conſiliū: qui ob vnius puellę cōflictū ſapientes mundi iuſsit de remotis partibus aduocari: cui ſatis fuiſſe poterat vnus ex clientibus noſtris. Sed quantūcunq; eſt producatur in medium. Tu. ℞. Impius hanc Cæſar ſiſti iubet ante tribunal. Hanc vt peruertat ſicut draco vel leo certat. ✠. Illa manet conſtans: nec blanda nec aſpera curans. Hanc. Lectio vi.
N on fit mora: virgo adducitur: & dum diem ingrato conſumunt ſilentio puella ad Oratores dixit. Si quis in vobis eſt: antiqua eloquentia præditus: proferat in medium quod animo concepit. Tunc vnus natu prior & rhetorum peritiſsimus reſpondit. Te potius primum audire debemus cuius cauſa: laborioſum iter aggredi compulſi ſimus At illa. Ego inquit iudico me nihil aliud ſcire niſi dominum meum Ieſum Chriſtum: hic eſt deus noſter: hic eſt philoſophia mea: hic eſt victoria mea. In cuius noīe cūcta aduerſantia ſuperabo. Tu autem. ℞. Virgo flagellatur crucianda fame ligatur. Carcere clauſa manet: lux cœlica fuſa refulget. Fragrat odor: dulces cantant cœli agmina laudes. ✠. Sponſus amat ſponſam:

Digitized by Google

ſaluator viſitat illam. Fra. In iij. noct. Añ. Glorio-
ſam virginem tyrannus flagellari imperat: & cru-
ciandam fame in carcere recludi: cui eſcam per
73 columbã Chriſtus fecit miniſtrari. Pſal. Cantate.
i. Añ. Illa deo dum agit gratias: in tenebris lux
emicat: fragrat odor vincens balſama: adeſt & cõ-
cio angelica: lacerato corpori cœleſtia adhibens
71 medicamenta. Pſal. Dñs reg ex. Añ. Cum cœtu
virgineo adueniẽs ſaluator: ſponſus ſponſam pie
viſitat: cõſolatur & roborat: cõſtans eſto ait filia:
tecũ ego ſum: nil paueas. Pſal. Cantate. ij. ℣. Ad-
iuuabit eam. Homel. Simile eſt reg. cœ. the. ab.
℟. Horrendo ſubdenda rotarũ machinamento.
Virgo deũ clamat: de cœlis angelꝰ aſtat. Ecce re-
pentinã dãt plebs rotęq; ruinã. ℣. Tanq̃ Chaldęis
quondam fornax Babylonis. Ec. ℟. Percuſſa gla-
dio dat lac pro ſanguine collo. Quam manus an-
gelica ſepeliuit vertice Syna. ℣. Membris virgi-
neis olei fluit vnda ſalubris. Quam. ℟. O mater
noſtra ter ſancta quaterq; beata. Cum prece de-
uota famulantũ ſuſcipe vota. ℣. Iam Chriſto iũcta
ſponſoq; ſuo ſociata. Cũ. Ad lau. Aña. Paſsionem
glorioſę virginis Catherinæ deuote plebs cele-
bret fidelis quę ſui memores deo commendat p̃-
71 cibus & iuuat beneficijs. Pſal. Dñs regna. Aña.
Poſt plurima ſupplicia martyr alma ad decollan-
dum eſt ducta: ad cœlũ manus & oculos tendẽs
collũ ſubmittit gladio orans dat gloriã deo. Aña.
Expecto p̱ te gladiũ Ieſu rex bone: tu meũ dã pa
radiſo ſpũ: & fac miſericordiã meã agẽtibꝰ me-
moriã.

Digitized by Google

moriā. añ. Vox de cœlis īſonuit: veni electa mea veni intra thalamū ſponſi tui: qđ poſtulas impetraſti qui te laudant fient ſalui. Añ. Quia deuotis laudibus tui memoriam digne recolimus o beata Catherina pro nobis q̄s ora. Ca. vt ſup. Hym. Coſti regis ꝑ. Audi g. Benedictus domin' rex cœleſtis: qui per merita beatæ Catherine virginis medelam languidis præſtat ſanitatis ipſius corporis oleo fideliter perūctis. Ad ij. veſp. añ. Paſ
ſionem glorioſę virginis Catheri. Pſal. Dixit do- 87
minus. Laudate pue. Lætatus. Niſi dominus. Lauda Hieru. Cap. vt ſup. ℟. O mater noſtra. Hymn. Aue Catherina. Ad ma. aña. O inclyta Coſti regis filia ſancta Catherina amplexando caſtitatis lilia: o Alexandriæ gemma facta es cœleſtis ſponſi ſpōſa Chriſti: teſtis nati paſſi: reſurgentis non formidans pœnas mortis nec Maxentij ferictis: te precamur precibus rotas quas fregiſti: ſillogizans philoſophos multos ſuperaſti: & per palmam martyrij Chriſto tradidiſti: duc nos tuis precibus illos quo duxiſti & à nobis milites pellas Antichriſti.

¶ In vigilia ſancti Andreæ Apoſtoli inuit. añę. Pſ. omnia ferialiter. Lect i. Secundum Ioannem.



IN illo tempore. Stabat Ioan Cap. 1
nes & ex diſcipulis ei' duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantem dicit. Ecce agnus dei. Et reliqua. Homelia vene. Bedę Presbyteri.

Tanta ac talis eſt ſcripturæ

Digitized by Google

diuinæ ſublimatis: vt non ſolum verba quæ à ſanctis vel ab ipſo domino dicta referũtur: ſed etiam circunſtantia rerum quæ ſimpliciter poſita videtur ſpiritualibus ſit plena myſterijs. Ecce enim narrante Euangeliſta fratres charisſimi audiuimus: quia ſtabat Ioannes & ex diſcipulis eius duo. Et reſpiciens Ieſum ambulantem dicit. Ecce agnus Dei.

Lectio ſecunda.

Statimq́; cognouimus: immo iam notum ad memoriam reuocamus quare Ieſum præcurſor ſuus: agnum dei vocauerit: quia videlicet eum præ cæteris mortalibus ſingulariter innocentẽ: hoc eſt ab omni peccato mundũ nouit: quia nos ſuo ſanguine redempturum: & exempla viuendi nobis relicturum præuidit. Stabat enim Ioannes: & reſpiciens Ieſum ambulantẽ dicit. Ecce agnus dei.

Lectio tertia.

Ambulatio Ieſu: diſpenſationem incarnationis qua ad nos venire ac nobis exempla viuendi præbere dignatus eſt inſinuat: ſicut manſio eius æternitatem diuinitatis in qua ſemper eſt patri ęqualis: apertisſime deſignat. Reſpiciens ergo Ieſum ambulantem Ioannes dicit. Ecce agnus dei. Cap.

Eccle. ca. 44 Benedictio domini ſuper caput iuſti: ideo dedit illi hæreditatem & diuiſit ei partem in tribubus duodecim: & inuenit gratiam coram oculis domini. Deo.

Oratio.

Quæſumus omnipotens deus vt beatus Andręas Apoſtolus tuum pro nobis imploret auxilium vt à noſtris reatibus abſoluti:

luti: à cunctis etiam periculis eruamur. Per do.
Eodem die. Oratio.

BEatorum martyrum tuorum Saturni Nicriſanti: Mauri: & Darię nobis domine aſsit oratio: vt quos veneramur obſequio: pio ſemper experiamur auxilio. Per. Suffragia fiant &c.
Ad ſextam Capitulum.

MAgnificat eum dominus in timore inimicorum: & in verbis ſuis monſtra placauit: glorificauit eum in conſpectu regum & reſpondit illi gloriam ſuam: in fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne: Deo. Ad nonam Capitulum. Eccle. ca. 45.

DEdit illi dominus cor ad præcepta & legem vitæ & diſciplinæ: & excelſum fecit illum: ſtatuit illi teſtamentum ſempiternum: & circumcixit eum zona iuſtitiæ: & induit eum dominus corona gloriæ. In i. veſp. añ. Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ vidit Petrum & Andręam fratrem eius & ait illis: venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum: at illi relictis retibus & naui ſecuti ſunt eum. Pſalm. Laudate pu. Cap.

FRatres. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem: dicit enim ſcriptura: omnis qui credit in illum non confundetur. ℟. Homo dei ducebatur vt crucifigeret eũ: popul⁹ aũt clamabat voce magna dicẽs. Innocẽs hui⁹ ſanguis ſine cauſa dãmnatur. ℣. Cũq; carnifices ducerẽt eũ vt crucifigeretur: fact⁹ eſt cõcurſ⁹ populorũ clamãtiũ & dicẽtiũ. In ℣. Exul. cœl. ℣. Ro. 10

Dilexit

Dilexit Andream dominus. In odorem ſuauitatis. Ad mag. añ. Mox vt vocem domini prædicantis audiuit beatus Andreas relictis retibus quorum vſu actuq́; viuebat: æternæ vitæ ſecutus eſt præmia largientem. Oratio.

MAieſtatem tuam domine ſuppliciter exoramus vt ſicut Eccleſiæ tuæ beatus Andreas Apoſtolus tuus extitit prædicator & rector ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per. Ad matut. inuit. Adoremus victorioſum regem Chriſtum. Qui victorem per crucis trophæum coronauit beatum Andream Apoſtolũ. Pſal. Venite In i. noct. añ. Vidit dominus Petrum & Andream: & vocauit eos Pſ. Cœli enar. Añ. Venite poſt me dicit dominus faciam vos fieri piſcatores hominum Pſ. Benedicam domino. Añā. Relictis retibus ſecuti ſunt dominum redemptorem Pſal. Eructa℟. In omnem ter. Lectio prima.

PRædicante beato Andrea Apoſtolo verbum dei apud Achaiam: Proconſul Egeas Pratras ciuitatem ingreſſus cœpit compellere credentes Chriſto ad ſacrificia idolorum. Cui occurrens ſanctus Andreas dixit: oportebat vt tu qui iudex hominum eſſe meruiſti: tuum iudicem qui eſt in cœlis cognoſceres: & agnitum coleres. Cui Egeas dixit. Tu es Andreas qui deſtruis templa deorum & ſuades hominibus ſuperſticioſam ſectam colere quam nuper detectam Romani principes iuſſerunt exterminari℟. Dum deambularet dominus iuxta mare ſecus littus Galileæ: vidit

Petrum

Petrum & Andręam retia mittentes in mare: vocauit eos dicens. Venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum. ℟ Erant enim piſcatores: & ait illis. Ve.

Lectio ſecunda.

Andreas reſpondit, Romani principes nondum cognouerũt veritatem & hoc quod pro ſalute omnium veniens dei filius docuerit iſta idola non ſolum deos non eſſe ſed etiam dęmonia peſſima & inimica humano gñi. Egeas dixit. Iſta ſuperſtitioſa & vana verba dum prædicaret Ieſus veſter: Iudæi illum crucis patibulo affixerunt. Andręas reſpondit. O ſi velis ſcire myſterium crucis. Egeas dixit. Myſterium non poteſt dici ſed ſuppliciũ. Andręas reſpondit. Ipſum ſupplicium myſteriũ reſtaurationis humanæ eſſe ſi patienter audias cõprobabis. ℟. Mox vt vocem domini prædicantis audiuit beatus Andręas: relictis retibus quorum vſu actuq; viuebat æternæ vitæ ſecutus eſt præmia largientem. ℣ Ad vnius iuſſionis vocem Petrus & Andręas relictis retibus ſecuti ſunt redemptorem. Per.

Lectio quarta.

Egeas dixit. Miror te prudentem virũ velle illũ ſectari quem quoquo pacto aut ſponte aut inuitum cruci tamen confiteris affixum. Si ergo tu me obtemperan. et non audies: ipſum crucis myſterium in te ipſum retorquebo. Andręas reſpondit. Ego ſi patibulum crucis expaueſcerem: crucis gloriam non prædicarem. Egeas dixit. Inſanus ſermo tuus prædicat gloriam ſupplicij: quia per audaciam pœnam non times mortis. Andręas re-

ſpondit.

Digitized by Google

ſpondit: Non per audaciã ſed per fidem pœnam mortis non timeo. Tu. ℟. Homo dei ducebatur, vt ſup. in veſp. In ij. noctur. añ. Chriſtus me miſit ad iſtam prouinciam vbi non paruum populum acquiſiui. Pſal. Omnes gen. Añ. Ego ſi patibulum crucis expaueſcerem crucis gloriam non prædicarem Pſ. Exaudi deus depre. Añ Dignum ſibi dominus computauit martyrem: quem vocauit Apoſtolum dum eſſet in mari alle. Pſa Exaudi deus oratio. ℣. Conſtitues eos principes. Lectio iiij.

TVnc indignatus Egeas cruci eum affigere præcepit. Cunq; carnifices ducerent eum vt crucifigerent factus eſt concurſus populorum clamantium & dicentium. Iuſtus homo & amicus Dei quid fecit vt ducatur ad crucem? Cũ perueniſſet beatus Andreas ad locum vbi crux parata erat: videns eam â lõge: exclamauit voce magna dicens. Salue crux quæ in corpore Chriſti dedicata es & ex membris eius tanquam Margaritis ornata. Antequam in te aſcenderet dominus timorem terrenum habuiſti: modo vero amorẽ cœleſtem obtinens pro voto ſuſciperis. Securus igitur gaudens venio ad te: ita & tu exultans ſuſcipias me diſcipulũ eius qui pependit in te. Quia amator tuꝰ ſemper fui & deſideraui amplecti te o bona crux quæ decorem & pulchritudinẽ de mẽbris domini ſuſcepiſti: diu deſiderata: ſolicite amata: ſine intermiſsione quęſita & aliquando concupiſcenti animo pręparata Accipe me ab hominibus & redde me magiſtro meo vt per te me

reci-

recipiat qui per te me redemit. ℟. Doctor bonus & amicus dei Andreas ducitur ad crucē aſpiciēs â longe vidit crucē ſalue crux: Suſcipe diſcipulū eius qui pependit in te magiſter meus Chriſtus. ℣. Salue crux corpore Chriſti dedicata es & ex mēbris ei⁹ tanq̄ Margaritis ornata. Su. Lect. v.

Et cū oraſſet ſanctus Andreas expoliauit ſe: & tradidit veſtimēta ſua carnificibus. Qui accedētes leuauerūt eū in crucē: Aſtātes vero turbę ad viginti milia hominū inter quos erat frater Egeæ noīe Stratocles ſimul clamabāt iniuſto iudicio ſctm̄ virū hoc pati. Beat⁹ Andreas cōfortabat mētes credentiū Chriſto. ℟. Expādi manus tota die in cruce ad populū nō credētē ſed contradicentē mihi. Qui ambulāt vias non bonas: ſed poſt pctā ſua. ℣. Deus vltionum dominus: Deus vltionum libere egit: exaltare qui iudicas terram: redde retributionem ſuperbis. Qui. Lectio ſexta.

Et cum vellēt eum deponere voce magna dixit. Ne me permittas domine deſcendere viuum: ſed tēpus eſt vt cōmendes terrę corpus meū. Tandiu enim iā portaui: iam tandiu ſup cōmēdatū vigilaui laboraui: qđ vellē iā ab ipſa obediencia liberari & ipſo grauiſſimo onere ſpoliari. Recordor quantum in portando onероſum: in domando ſuperbum: in fouendo infirmum in coercēdo laſciuū laboraui. Scis domine quotiens â puritate contēplationis retrahere me tentabat: quotiēs â dulciſſimę quietis tuę ſomno me excitare optabat: quātū & quotiens dolorē ingerębat. Qui igitur tamdiu

diu vt potui pater benigniſsime pugnaturus reſti-
ti & tua ope ſuperaui à te iuſto remuneratore &
pio poſco ne mihi id vltra commendes ſed depo-
ſitum reddo. Commendat alij & non mihi ne me
vltra impediat: & reſurrecturum ſeruet & reddat:
vt & ipſum quoq; meritum laboris recipiat. Terræ
illud commenda: vt me amplius vigilare non o-
porteat: & libere ad te fontem vitæ indeficientis
gaudij tendere anxiantem iam non retrahat nec
impediat. Et hæc cum dixiſſet videntibus cunctis
ſplendor nimius ſicut fulgur de cœlo cecidit: qui
ita circundedit eum: vt penitus p̄ ipſo ſplendore
oculi eum non poſſent humani inſpicere. Cum
permanſiſſet autem ſplendor fere dimidiæ horę
ſpacio abſcedente lumine emiſit ſpiritum: ſimul
cum ipſo lumine pergens ad dominum. ℟ Salue
crux quæ in corpore Chriſti dedicata es: & ex mē-
bris eius tanquam Margaritis ornata. Suſcipe di-
ſcipulum eius qui pependit in te. ℣ O bona crux
diu deſiderata: & iam concupiſcenti animo præ-
parata. Su. In iij. noct. añ. Recipe me ab homini-
bus & redde me magiſtro meo: vt per te me reci-
piat qui per te me redemit alle. Pſalm. Confitebi-
mur. Añ. Non me permittas domine famulum
tuum à te ſeparari: tempus eſt vt commendes ter-
71 ræ corpus meum. Pſal. Dominus reg. exul. Añ. Bi-
duo viuens pendebat in cruce pro Chriſti nomi-
ne beatus Andręas: & docebat populum. Pſalm.
73 Dominus reg. iraſ. ℣ Nimis hono. Lectio vij. Se-
cundum Matthæum.

In il-

IN illo tempore. Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ: vidit duos fratres: Simonem qui vocatur Petrus & Andreã fratrem eius mittentes rete in mare. Et reliqua. Ca. 4.

Homelia beati Gregorij Papæ.

Audiſtis fratres chariſsimi quia ad vnius iuſsionis vocem Petrus & Andreas relictis retibus ſecuti ſunt redemptorem. Nulla vero hunc adhuc facere miracula viderant: nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant & tamen ad vnius domini præceptum hoc quod poſsidere videbantur obliti ſunt. Tu. ℟. O bona crux quæ decorem & pulchritudinem de membris domini ſuſcepiſti. Accipe me ab hominibus: & redde me magiſtro meo vt per te me recipiat qui per te me redemit. ℣. Salue crux quæ in corpore Chriſti dedicata es & ex mẽbris eius tanquam Margaritis ornata. Accipe.

Lectio viij.

Quanta nos eius miracula videmus: quot flagellis affligemur: quantis minarum aſperitatibus deterremur & tamen ſequi vocantem contemnimus. In cœlo iam ſedet qui de conuerſione nos admonet: iam iugo fidei colla gentium ſubdidit: iam mundi gloriam ſtrauit: iam ruinis eius crebreſcentibus diſtricti ſui iudicij propinquantem denunciat diem: & tamen ſuperba mens noſtra non vult ſponte hoc deſerere quod quotidie perdit inuita. Tu. ℟. Dilexit Andream dominus in odorem ſuauitatis: dum pẽderet in cruce dignum ſibi computauit martyrem: quem vocauit Apo-

Digitized by Google

ſtolum dum eſſet in mari. Et ideo amicus dei appellatus eſt. *Vir iſte in populo ſuo mitiſſimus apparuit. Et. Lectio nona.

Quid ergo fratres chariſsimi: quid in eius iudicio dicturi ſumus? qui ab amore pñtis ſeculi nec præceptis flectimur nec verberibus emẽdamur. Sed fortaſſe aliquis tacitis ſibi cogitationibus dicat. Ad vocem dominicã vterq; iſte piſcator quid aut quantum dimiſit qui pene nihil habuit? Sed hac in re fratres chariſsimi affectũ debemus potius penſare quam cenſum. Multum reliquit qui ſibi nil retinuit. Multum reliquit qui quantumlibet parum totum deſeruit. ℟. Vir iſte in populo ſuo mitiſsimus apparuit: ſanctitate autem & gratia plenus: iſte eſt qui aſsidue orat pro populo & pro ciuitate iſta. *Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi: ego autem orabam. Pro. Ad laud. añ.

71 Salue crux precioſa ſuſcipe diſcipulum eius qui pepẽdit in te magiſter meus Chriſtus. Ps. Dñs re. An. Beatus Andreas orabat dicens: dñe rex æternæ gloriæ ſuſcipe me pendentẽ in patibulo. Aña. Andreas Chriſti famulus dignus dei Apoſtolus: Germanus Petri & in paſsione ſocius. Añ. Maximilla Chriſto amabilis tulit corpus Apoſtoli: optimo loco cum aromatibus ſepeliuit. Añ. Qui perſequebatur iuſtũ dimerſiſti eũ dñe in infernũ: & in ligno crucis dux iuſti fuiſti. Cap. vt ſu. Hym. Salue redẽptor. *Annunciauerũt opera. Ad bñs añ. Concede nobis hoïem iuſtũ: redde nobis hominẽ ſanctũ: ne interficias hoïem deo charũ: iuſtũ mãſuetũ & piũ. Ad vi. Cap. Non

NOn eſt diſtinctio Iudęi & Gręci nam idem dominus omnium: diues in omnes qui inuocant illum: omnis enim quicunq; inuocauerit nomen domini ſaluus erit. Ad nona Cap. Ro. 10

ESaias enim dicit: domine quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti: ſed dico nunquid non audierunt? & quidem in omnem terrā exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Deo. Ad ſecundas veſp. añ. Salue crux. Pſ. Dixit dominus. Laudate pueri. Credidi pp. In cōuertendo. Dñe probaſti. Cap̄. Corde creditur. Vt ſup. ℞. Vir iſte in populo. Hymn. Exultet cœ. ℣. Dilexit Andręam dñs. In odorem. Ad mag. añ. Cū peruenifſet beatus Andręas ad locum vbi crux parata erat exclamauit & dixit: o bona crux diu deſiderata: & iā cōcupiſcenti animo pręparata: ſecurus & gaudens venio ad te: ita vt & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum eius qui pepēdit in te. ¶ In feſto ſanctę Barbarę virginis añ. Veni electa mea. Pſal. Laudate pueri. Cap̄. Domine deus meus. vel Qui gloriatur in dño glorietur. Oratio. Ro. 10 87 88

DA miſericors deus vt ſanctæ Barbarę virginis & martyris tuæ interceſsio: nos ab omnibus tueatur aduerſis. Per dominum.

Lectio prima.

BEata Barbara nobilis genere: ſed fide & religione nobilior quaſi lucifer refulgens in medio nebulæ de parentibus gentilibus proceſsit. Habuit enim patrem Dioſcorum nomi-

ne: quæ ipſam dum eſſet nobilis propter eius pulchritudinem in turri forti & eminenti recluſit vt non videretur ab hominibus. Huius famam & decorem conuicini nobiles audientes: ipſam ſibi in diuerſis literis & nuncijs à patre in matrimonium poſtulauerunt. Cui cum Dioſcorus huiuſcemodi indicaſſet rem filiæ: Barbara reſpondit. Pater noueris quod gloriam caſtitatis ſemper optaui: & animo meo firmiter ꝓpoſui: nunquā in hac mortali vita contingere viri thorum. Quod audiens Dioſcorus triſtis abijt ad conſulendum deos aliarum prouincarū: ſcire volens de reſponſione filię: & quid de ea facturus eſſet pręcipiens ſtructoribus turris: vt in cacumine arcuatas duas contra Septemtrionem ordinarent feneſtras. Tu autem.

Lectio ſecunda.

Interea virgo omni deſtituta ſolacio: quadam die per feneſtras ſolis ortum & occubitum: & aliorū planetarum curſum ſolicite conſiderans: & cum ſuper in ſeipſa inferret varias opiniones: concluſionem veritatis nullo modo poterat inuenire. Et ecce Angelus domini apparuit ei dicens. Dominus Ieſus Chriſtus origo omnium creaturarū: per quem de nihilo omnia eſſe cœperunt ipſe quaſi in ortu ſolis: & lunæ diſpoſitionem ordinauit mirabiliter: ſtellis nomina imponens & numerum. Nunc ergo Barbara crede firmiter in Chriſtum & forti animo eſto: quia oportet te pro nomine eius multa pati. Sicq; confortata ex verbis Angeli: â quodam Presbytero ſancto baptizata eſt. Tu autem.

Le-

Lectio tertia.

Post hæc Barbara deprecata dominum aſcendit in ſuperius cacumen turris: repperit idola quæ ſolebat colere pater eius: quæ diſcerpens & conculcans pedibus: ſimiles inquit veſtri fiant qui faciũt vos & omnes qui confidunt in vobis. Aſcendens vero famula Dei Barbara in cacumen turris videre opus quod fecerunt artifices: vidit contra Septentrionem duas tantum feneſtras: & dicit artificibus. Quare duas feneſtras tantum inſtituitis? Qui dixerunt ei Pater tuus hoc iuſsit. Quæ dixit eis. Facite mihi & aliam feneſtram. Ipſi dixerũt. Timemus virgo indignationem patris tui. Quæ dicit eis. Quod dixi facite. Ego enim patrẽ meũ de hoc quieſcere faciam. Illi vero aliam feneſtrã fecerunt ſicut virgo præcepit. Tu autem domine miſere noſtri.

Lectio iiij.

TAndem vero Dioſcorus reuertitur & accedens ad filiam inuenit tres feneſtras in turri: & ſua idola totaliter comminuta. Et dicit artificibus. Quare tres feneſtras inſtituiſtis? Dixerunt ei. Filia tua nobis præcepit. Ipſe vero conuocans filiam ſuam dixit ei. Quare tres feneſtras inſtituiſti? Reſpõdit ſancta Barbara. Etiam bene feci. Nam tres feneſtræ illuminant omnem hominem. Et ſcias me deos tuos confregiſſe: quia comperi quod ſurdi fuerunt & muti. Dioſcorus hæc audiens obſtupuit: & tradidit eam Marciano præſidi prouinciæ obſecrans & adiurãs per deorum potentiam: vt eam propter contemptum

tum quem diјs: & ſibi irrogauerat: diuerſis tormẽ
ris faceret conſumari. Tu autem domine miſe.

Lectio quinta

Quam præſes ſuſcipiens & ſedens pro tribunali
in ipſam viſum proiecit: eius immenſam pulchri
iudinem & formam admirans conſiderabat: & ei
loquebatur hæc verba. Barbara ſi credis diјs no-
ſtris omnipotentibus? Quæ reſpondit. Non cre-
do: quia diј tui ſunt ſurdi & muti ac expertes o-
mnis gratiæ: Præſes autem audiens: ſæuiendo mã
dauit tortoribus vt expoliaretur veſtibus tradẽſq;
eam carnificibus præcepit vncis ferreis corpus e-
ius laniari & pannis cilicinis diutius confricari
quouſq; ipſe perſcrutaretur qua morte ipſam per
deret. Tu autem.

Lectio ſexta.

Virgo igitur mitis & humilis ex hoc concuſſa nõ
fuit: ſed patienter ſuſtinuit. Et erectis in cœlum
oculis orauit. Domine Ieſu Chriſte reſpice pro-
pitius ſuper me famulam tuam: & ne ſepares me
a conſortio omnium electorum: tuæ enim proui
dentiæ me committo. Præſes itaq; videns quod
non proficeret tradidit eã patri ſuo vt capite ple-
cteretur Qui protinus eam apprehendens anne-
xit funem in collum eius trahens eam extra ciui
tatem & educens gladium vno ictu percutiens fi-
liam amputauit caput eius. Tu autem domine.
Homelia Simile eſt reg. cœlo. decem virgi. ¶ In
feſto ſancti Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. Ad
veſp. añ. Sancte Nicolae Confeſſor domini pre-
cioſe adeſto noſtris precibus pius ac propitius.
Pſal.

Digitized by Google

88

Pſal. Laudate. per omnia. Cap. Ecce ſa. mag. qui in die. ſuis. ℟. Beatus Nicolaus iam triumpho poſitus vouit ſuis famulis præbere cœleſtia commoda: q; toto corde poſcunt eius petitiones. Illi nimirum tota nos deuotione oportet committere. ℣. Vt apud Chriſtū eius patrocinijs adiuuemur ſp. H.

Hymnus.

Exultet aula cœlica: lætetur mundi machina: dum refert ſolis orbita Nicolai ſolēnia. Qui vagitus infantiæ decorauit mirifice: dās virtutum primordia inter ortus tripudia. Quarta & ſexta feria ſemel ſugebat vbera: iam in ætate tenera hac vſus continentia. Cuius tumba fert oleum matris oliuę neſcia: quod natura non pertulit marmor ſudando parturit. O venerande pontifex pius nec tardus opifex: cunctis qui corde credulo te quęrunt in periculo. Aufer mortis diſpēdia: confer vitæ ſubſidia vt: poſt carnis exilia: tecum ſimus in gloria. Præſta pater ingenite vna cum ſancto flamine: vt Nicolai precibus iungamur in cœleſtibus. Amen. Vel. Iſte Confeſſor. ℣. Amauit eum. Ad magnificat aña. O paſtor æterne: o clemens & bone cuſtos: qui dum deuoti gregis preces attenderes: voce lapſa de cœlo præſuli ſanctiſsimo dignum Epiſcopatu Nicolaū reſpondiſti famulum tuum.

Oratio.



DEus qui beatum Nicolaum pium pontificem tuum innumeris decoraſti miraculis: tribue nobis quæſumus: vt eius meritis & precibus â gehennæ incendijs liberemur. Per. Ad matut. inuit. Confeſſorum regem adoremus. Qui cœleſtis regni meritum & gloriam conceſſit ſancto ſuo Nicolao. Pſal. Venite. In i. noctur. añ. Nobiliſſimis ſiquidem natalibus ortus velut Lucifer Nicolaus emicuit. Pſal. Beatus vir. Aña. Poſtquam domi puerilem decurrit ætatem: cunctis mundi huius ſpretis oblectationibus: Chriſti ſe iugo ſubijciens: documentis
1 ſanctis ſuum præbuit auditum. Pſ. Quare frem.
Aña. Pudore bono repletus Dei famulus: ſumpti-
2 bus datis ſtrupi nephas prohibuit. Pſ. Dñe quid
mul. ℣. Amauit eum dominus. Lectio prima.

NIcolaus ex illuſtri proſapia ortus: ciuis fuit Pathere vrbis: quæ vna ex nobiliſſimis Lyciæ prouinciæ ciuitatibus tanto quondam famoſiſſima rutilabat: quanto & populoſo frequentabatur acceſſu. Modo peccatis exigentibus: paruiſſimi inſtar oppidi raro incolitur habitatore. Præfata vero vrbe adhuc multa plebium generoſitate referta: parentes eius inter cateruas potentium quanto honorificentia celebrantur: tanto ſupernæ patriæ accenſi deſiderio: magis cœleſtis quam terrenæ dignitatis gloriam appetebant. ℟. Confeſſor Domini

Nico-

Digitized by Google

Nicolaus nobilis progenie: ſed nobilior moribus. Ab ipſo puerili euo ſecutus dñm: meruit diuina reuelatione ad ſummũ puehi ſacerdotiũ. ℣. Erat enim valde compatiens & ſuper afflictos pia geſtans viſcera. Ab ipſo. Lectio ij.

Reuera enim cum eſſent nimiũ locupletati: nullius honoris inſignia nulliuſq; ſummę dignitatis diſponere moderamina voluerunt: ſed eum ſtudio continentiũ ſe lege vincientes: cœlibem vitam actitare ſatagebant. Et mirum in modũ cum in primęuo iuuentutis ſuæ flore hunc ſolum genuiſſent filium: cunctis ſe voluptatibus abdicarunt: & inter ſuas preces quas frequẽter in templo dñi fundebant: hunc ſolum ſuperſtitem non tm̃ diuitiarum quantũ & morũ flagitabant hæredem. Quorũ vota ex alto deus ſpectans: haud petitioni eorum defuit: nimirũ futurus qualis eſſet puer in ipſo: vt ita dicam: primordio natiuitatis eius dñs monſtrare dignatus eſt. Enimuero cum matris adhuc lacte aleretur cœpit bina in hebdomada die quarta ſcilicet & ſexta feria ſemel bibere mammas: & hac vice contentus tota die ſic pmanebat. Tu. ℟. Operibus ſanctis Nicolao humiliter inſiſtente reuelatione diuina puect⁹ eſt. Ad ſummum ſacerdotij gradũ. ℣. Voce quippe de cœlo lapſa cuidam: inſinuatur præſuli: dignũ epiſcopatu Nicolaum. Ad. Lectio iij.

Puerilibus igitur annis: vt patriarcha Iacob: ſimpliciter domi tranſactis: cœpit bonę indolis adoleſcens eſſe: & non: ſicut illa aſſolet ætas: laſci-

uiam complexus eſt mundi: ſed nunc parentum
comitatur veſtigia: nunc ſolus eccleſiarum tere-
bat limina. Et qui ibi de ſcripturis patulo aduer-
tebat auditu: non immemor armariolo condebat
pectoris. Vbi autem vtroq; parente orbatus eſt:
ſępius iſtud euangelicũ ante ſuę mentis ducebat
oculos. Niſi quis renunciauerit omnibus quę poſ-
ſidet: non põt meus eſſe diſcipulus. Et cum anhe-
laret ad ꝑficiendũ qđ pio verſabatur in pectore:
iuuenilem cœpit formido titillare mentem: ne
fauoris ꝑcelleret aura: quicqd pro Chriſto face-
re diſponebat. Tu. ℟. Quadã die tẽpeſtate ſe-
uiſsima quaſſati nautę cepẽrũt ſanctũ vocare Ni-
colaum. Et ſtatim ceſſauit tempeſtas. ℣. Mox il-
lis clamãtib⁹ apparuit q̃dã dicẽs eis: ecce Aſſum:
quid vocaſtis me? Et. In ij. noct. añ. Auro virgi-
num inceſtus: auro patris earum inopiam: auro
prorſus vtrorũq; deteſtabilem infamiam dei ſer-
2 uus ademit Nicolaus. Pſal. Cum inuo. Aña. In-
nocẽter puerilia iura tranſcendens euangelicę
2 inſtitutionis diſcipulus effectus eſt. Pſal. Verba
mea. Añ. Gloriam mundi ſpreuit, cum ſuis oble-
ctationibus: ideo meruit ꝓuehi ad ſummũ ſacer
4 dotij gradũ. Pſal. Dñe dñs no. ℣. Iuſtũ de. L. iij.

HIs itaq; peractis. Myrrea metropolis ciuitas
orbata eſt ſuo antiſtite. Cuius obitum non
mediocriter adiacẽtium parochiarum e-
piſcopi cõdolentes conuenerũt in vnũ cũ cleri-
cis cũctis: vt annuente dño: ꝓuiderẽt illi eccle-
ſię ſcđm ſcita canonũ idoneũ ꝓſulem. Aderat aũt

inter

Inter eos quidam magnę auctoritatis eṗs ad cuius electionem oīum ſententia dependebat: vt quē ille voce ꝓderet hunc ꝓculdubio eligerent vniuerſi. Hic cū oēs ieiunijs & orationibus inſiſtere monuiſſet: nocte de cœlo vocē ſibi dicentem audiuit: vt egrediens ante fores eccleſiæ excubaret: & quē primū matutinali hora cōſpiceret venientē: ipſum cōſecraret epm: adiungentē etiā q̄d Nicolaus vocaretur. Tu. ℟. Audiēs Chriſti cōfeſſor trium iuuenū innocentū necē: ꝓcucurrit quāto citius ad locū quo fuerāt plectendi. Et liberauit eos. ℣. Statimq̄ ſolutos vinculis vſq; ad prætoriū conſulis ſecum adduxit. Et. Lect. v.

Tunc præſul ille cæteris epis hanc inſinuans reuelationē adiecit: vobis ꝑſiſtentibus in oratione ego forinſecus excubabo. Mirū immodū matutinali hora quaſi a deo miſſus ante oēs ſe agebat Nicolaus. Quē apprehēdens eṗs dixit ei. Quod eſt nomē tibi? Ille vero vt erat columbina ſimplicitate plenus: inclinato capite inquit Nicolaus veſtrę ſctitatis ſeruus. Quē apꝓhendens & in eccleſiā ducens licet plurimū renitentē in epm cōſecrauerunt. ℟. Qui cum audiſſent ſancti Nicolai nomen: ſtatim expandunt manus vtraſq; ad cœlum. Saluatoris laudantes clementiā. ℣. Clara quippe voce coram hominibus dignum referebant illum dei famulum. Salua. Lectio vi.

Pontificali igitur cathedra Myrrenſis eccleſiæ ſublimatus eandem morum grauitatem & humilitatem q̄ prius ſectabatur. In oratione puigilabat:

labat: corp⁹ ieiunijs macerabat: mulierũ conſor-
tia fugiebat. Et poſt multa miracula cũ idem ſan-
ctus vir grauari ſe ſenſiſſet magna infirmitate &
cognouiſſet appropinquare obitũ ſuum: cœpit
pſallere & orare deũ vt mitteret ei ſanctũ angelũ
ſuum & acciperet ſpiritum eius: oratione autem
completa miſit deus angelũ ſuum qui nimio splẽ
dore ad æthera ſpiritum eius ſubleuauit: aſtante
illic Arthemãno presbytero: & archidiacono no
mine Nicolao. Finiuit autem vitam præſentem
beatus Nicolaus: octauo idus Decembris: ſub
tempore Iouiniani Imperatoris. ℟. Beatus Nico-
laus. vt ſup. in veſperis. In tertio noct. an. Ponti-
fices almi diuina reuelatione lætificati: Nicolaũ
7 præſulem deuotiſsime conſecrauerũt. Pſal. Dñe
quis habi. An. Sanctus quidẽ triticũ quod â nau-
tis poſtulauerat acceptũ: & ſagacitate diſtribue-
12 re & augeri precibus impetrauit. Pſal. Domine
in virtute. An. Muneribꝰ datis neci ſunt iuuenes
innocenter addicti: quibus dñi ſeruus fuit vitæ
15 præſidium feſtinanter. Pſal. Domini eſt terra. ℣.
Non eſt inuentus. Homelia. Homo quidã pere-
gre. ℟. vij. Laudemus dominũ in beati antiſtitis
Nicolai meritis glorioſi. Ad ſepulchrum cuius
egri veniũt & ſanãtur. ℣. Gaudeamus oẽs in dño
diem feſtũ celebrantes in honore beatiſsimi Ni-
colai. Ad. ℟. viij. Summe dei præſul Nicolae tuã
cateruam ꝓtege. Nanq; credimus tuis precibus
nos eſſe ſemꝑ ſaluãdos. ℣. Qui tres pueros morti
deditos illeſos abire feciſti tuis laudibus inſtantẽ
conſerua

Digitized by Google

conſertus plebē. Nam. ℟. ix. Ex eius tumba marmorea ſacrum reſudat oleum quo liniti ſanantur cœci: ſurdis auditus redditur. Et debilis quiſq; ſoſpes reſilijt. ℣. Cateruatim ruunt populi cernere cupientes quæ per eum fiunt mirabilia. Et. Ad lau. añ. Beatus Nicolaus pontificatus inſulis decoratus: talem ſe exibuit vt ab hominibus amaretur. Pſal. Dñs reg. Añ. Eccleſiæ ſanctę frequentans limina ſacro pectori mandata condebant ſagaciter. Añ. Infantia teneriori decurſa: corpus ieiunijs macerabat. Añ. Sancte & iuſte viuendo: ad honorem ſacerdotij meruit releuari diuinit⁹. Añ Sancte Nicolae confeſſor dñi precioſe adeſto noſtris precibus pius ac propitius. Cap. vt ſupra Hym. O venerande ponti. Ad Lrs Añ. per omia laudabilem virum: cuius meritis ab omi clade liberantur: qui ex toto corde quærunt illum. Ad veſper. Añ. Beatus Nicolaus. Pſal. Dixit domin⁹. Confitebor. Beatus vir. Credidi In conuertendo. Cap vt ſup. ℟. Ex eius tūba. Hym. Iſte cōfeſſor. ℣. Amauit eum. Ad magni. añ. O Chriſti pietas omni proſequenda laude: qui ſui famuli merita longe lateq; declarat: nam ex tumba eius oleum manat cunctosq; languidos ſanat. ¶ In octaua ſancti Andreæ Apoſtoli oratio.

Protegat nos dñe beati Andreæ apoſtoli tui ſepius repetita ſolennitas: vt cuius merita debita veneratione recolimus: perpetuam ipſius defenſionem ſentiamus. Per. Hiſtoria vt in die. Lectio prima.

De

DEmetrij primi ciuitatis Amaſeorum: erat puer Ægyptius quem amore vnico diligebat. Orta autem in ea febris ipſum exhalauit. Deniq; auditis Demetri⁹ ſignis quæ faciebat beatus Andreas apoſtolus venit ad eũ & procidit cum lachrymis ante pedes eius dicens. Nihil tibi difficile confido miniſter dei. Ecce enim puer meus quẽ vnice diligebã mortuus eſt & rogo vt adeas domũ meam & reddas eum mihi. Hæc audiens beatus Andreas apoſtolus: condolens lachrymis eius venit ad domum in qua puer iacebat: & prædicans diutiſſime ea quę ad ſalutẽ populi pertinebãt cõuerſus ad feretrũ ait. Tibi dico puer: ĩ noĩe Ieſu Chriſti filij dei: ſurge & ſta ſan⁹. Et confeſtim ſurrexit puer Ægyptius & reddidit illum domino ſuo. Tu. Lectio ij.

Puer quidã Soſtratus noĩe Chriſtianus venit ſecretius ad btũm Andream dicens. Mater mea cõcupiuit formã ſpeciei meę: & iugiter inſectatur me vt commiſcear ei. Quod ego infandum execrans refugi. At illa felle cõmota: adijt ꝓconſulẽ: vt crimen ſuũ ꝓijciat in me. Et ſcio cũ accuſat⁹ fuero quia ad hæc nihil reſpondebo. Nũc aũt tibi hæc cõfiteor vt digneris ꝑ me exorare dñm: ne innocens caream præſenti vita. Tu. Lect. iij.

Hæc enim eo dicente: venerunt miniſtri procõſulis accerſientes eum. Btũs vero apoſtolus facta oratione ſurrexit & abijt cum puero. Mater aũt inſtanter accuſabat eum dicens. Hic dñe procõſul: oblitus maternæ pietatis affectum ſtuproſe in

me conuerſus eſt. Vix potui eripi: ne ab eo violarer.

Lectio quarta.

Dixit aũt proconſul. Dic puer ſi vera ſunt iſta quæ mater tua pſequitur: At ille tacebat. Iterum atq; iterũ interrogabat: & nihil ei rñdit. Durante aũt eo in ſilentio: pconſul habebat conſiliũ cũ ſuis quid ageret. Mater autem pueri cœpit flere.

Lectio quinta.

Ad quã btũs apoſtolus ait. O infœlix quæ fletus emittis amaritudinis ob ſtuprũ quod in filiũ agere voluiſti: q̃ in tantũ concupiſcentia pcipitauit vt vnicum filium amittere libidine inflammante non metuas. Hæc eo dicente: ait mulier. Audi pconſul Poſtq̃ filius meus hæc agere voluit: homini huic adhæſit: & non diceſsit ab eo. Proconſul aũt de his ira cõmotus: iuſsit puerũ in eculeũ parricidę recludi & in flumen proijci. Andream aũt in carcerem recludi donec excogitatis ſupplicijs & ipſum perderet.

Lectio vi.

Orante aũt btõ apoſtolo terręmotus magnus cũ tonitruo graui fact' eſt: & pcõſul de ſede cecidit: & omnes terræ decubuerunt. Mater vero pueri percuſſa aruit: mortua eſt. Procõſul vero ſuſcipiens verbum dei: credidit in deum cum omni domo ſua: & baptizati ſunt ab apoſtolo dei. Tu.

¶ In cõceptione beatæ Mariæ virginis ad veſ. añ.

Gaudę mater eccleſia noua frequẽtãs gaudia: lux micat de caligine: roſa de ſpinę germine. Pſal. Laudate pue. Añ. Hæc eſt illa ſtella maris per q̃ fulſit lux ſolaris: cuius feſtum celebramus & iuua

me

88

men imploramus. Añ. O Maria clauſus hortus: naufragantum mundi portus: placa nobis qui te fecit matrem ſibi quam elegit. Añ. Adeſto iam ſupplicibus tuis ſanando precibus manum benignam porrige: vitamq́ꝫ noſtram dirige. Aña. Audi virgo clarifica poſt filium ſpes vnica: clemens & imperioſa noſtra dele maculoſa: acceptans noſtra cantica impetra regni cęlica. Capitulum.

Prou. cap. 8. DOminus poſſedit me in initio viarum ſuarum anteꝗ̄ quicꝗ̄ faceret à principio ab æterno ordinata ſum: ex antiquis anteꝗ̄ terrá fieret: nondum erant abyſsi & ego iam concepta eram. ℞. Cordis ac vocis iubilo pangamus laudes domino. Cuius matris conceptio mundū perfudit gaudio. ℣. Suſcipe deuotę ꝓconia Chriſte caterue. Hymnus. Aue maris ſtel. Quære infra in horis beatæ virginis ℣. Spetie tua. Ad mag. Aña. Aue decus virgineum: aue iubar æthereū: nobis præſens ſolennitas aſsit perpes iocunditas: tua nanq́ꝫ cōceptio ſumma eſt gratulatio alleluia.

Oratio

DEus qui beatę Mariæ ſemper virginis conceptionē angelico vaticinio parentibus ꝓdixiſti: præſta huic familiæ tuæ eius præſidijs muniri: cuius cōceptionis ſacra ſolennia congrua frequentatione veneratur. Per. Ad complet. añ. Cum iocunditate. Pſal. Cū inuo. Hym. Lux mundi. Quær. infra in horis beatæ virginis circa principium. Capit. Beatus homo qui au. Vt ſupra i ciꝰ natiuitate. ℣. Audi filia &. Ad nūc di. añ.

In tua conceptione cõgaudentes cõfoue: ꝓfuturã largiẽdo: nocitura dimoue alleluia. Ora. Adiuuet nos q̄s dñe ſctẽ Marię virginis ĩtercesſio. De⁹ q. Ad matut. inuit. Eia pugiles dño iubilate fideles, conceptũq; pie ſolẽnizate Marię. Pſ. Venite. In i. noct. añ. Gaude fœlix cõcio adeſt ei⁹ cõceptio q̄ delet Euę maculã vitæq; redonat infulã. Pſ Dñe dñs noſter. Añ. Cui Eua obediuit: hæc ſerpentis caput triuit iugum ſpernens nuptiarũ deo vouit cœlibatum. Pſalm. Cœli enar. Aña. A prophetis præcinitur & figuris oſtenditur quod mulier procederet quæ virgo deum pareret. Pſa. Domini eſt ter. ℣ Specie tua. Lectio prima. Ex epiſtola Anſelmi Chantuarienſis archiepiſcopi.

TEmpore illo quo diuinę placuit pietati: Anglorum gentem de malis ſuis corrigere: & ſuę ſeruitutis officiis arctius conſtringere glorioſiſsimo Normannorũ duci Guilermo: eandem patriã debellando ſubegit: & eius virtute & induſtria toti⁹ eccleſiaſticę dignitatis ſtatũ ĩ melius transformauit. Tu. ℟. Fulget dies hodierna digna laude ſempiterna. Qua cõcepta eſt Maria per q̄ patet vitę via. ℣. Germine regali necnõ & pontificali. Qua con. Lectio ſecunda.

Cuius pię intentionis operibus inuidens ille bonorum oĩum inimicus diabolus: tum familiariũ fraudibus: tum extraneorũ incurſibus multotiens conatus eſt eius obſiſtere ſucceſsibus: ſed dño protegente & timente ſe regem glorificante ad nihilũ deduct⁹ eſt inimicus. Audientes aũt

Daci Angliā eſſe ſubiectā Normādis grauiter indignati ſunt ſuo ſe quaſi iure hæreditario priuari: arma pparāt: claſſem aptant: vt eos educentes à data ſibi diuinit⁹ patria expellāt. ℞. Abrahę ſtirpe generoſa pdijt virgo glorioſa. Quæ nulli⁹ p exēplū ſe ſacrauit deo templū. ℣. Hęc eſt admiranda cunctis & miranda. Quæ nullius per. Lect. iij.

Hoc comperto rex prudētiſsimus Helſinū quēdam religioſum abbatē Remēſis Cœnobij accerſitum in Daciam dirigit: vt inquirat huius rei veritatem. Et ille vt vir admodū ſagacis ingenij: ſtrenue regis negocium exequitur. Quo fideliter pacto: ad Angliam reuerti cupiēs: mare ingreditur Et iā maximā partē maris pſpero curſu trāſierat Tū ſubito denſis ſurgentibus vndiq; ventis horrida tēpeſtas cœlū cōmouit & vndas. Fatigatis aūt nautis: nec vltra obniti valentib⁹ fractis remis: funibus ruptis: cadentibus velis: ſpes oīum ſalutis ammittitur: & nihil niſi miſerę ſubmerſionis indicium deniq; expectatur. ℞. Virga Ieſſe de radice genus duxit inclytū oraculū pphetarū qđ fuerat pditum. Inde virgam egreſſuram florem Chriſti pariturā. ℣. Voce prophetice ſignatur origo Mariæ. In. In ij. noctur. añ. Nāq; rubus incombuſtus Moyſen qui terruit: hæc eſt virgo q̄ pu-
31 dore ſaluo deū genuit. Pſal. Eructauit. Añ. Virga Aaron fructifera Marię typum geſſerat: quæ nobis fructum attulit: noſtramq; famem depulit.
32 Pſalm. Deus noſter refu. Añ. Eſaias ille diuus ſecretorum dei ſcius: virgę mouens mentionem

pandit

Digitized by Google

pandit hanc conceptionem. Pſal Fundamenta. Diffuſa.

Lectio quarta.

CVnc̨ de ſalute corporum iam deſperantes: aïarum curã ſolummodo creatori ſuo magnis clamoribus cõmendarẽt: & beatã Mariam dei genitricẽ miſerorum ſcilicet refugiũ & deſperantiũ ſpẽ: deuote ſupplicarent: ecce ſubito cõſpiciunt quendã reuerendę habitudinis virum pontificali infula decoratũ: quaſi inter vndas maris ſtantem naui proximum. Qui aduocans ad ſe abbatem Helſinum his verbis cœpit interpellare eum. Vis inquit periculum maris euadere? vis ad patriam ſanus redire? Tu aũt. ℟. Prophetalis nubem leuem vox dixit aſcẽdere ſaluatorem Ægyptiq̨ tenebras inuiſere. Vt in mortis caligine ſedentes illuſtret lumine. * Diffugiũt tenebræ pandunt ſecreta latebrę. Vt.

Lectio quinta.

CUũq̨ ille ſe id toto corde deſiderare: id ſolũ expetere reſpondit: ſcias inquit me ad te â dña noſtra genitrice dei Maria: quã tam dulciter inuocaſti: directũ: & ſi dictis meis obtẽperare volueris: ſanus cum comitibus omibus euades piculũ imminens maris. Spondens ille illico ſe ei in omibus obtemperaturũ ſi hoc euaderet piculũ. Promitte inqt ille deo: qa diẽ cõceptionis matris xpi ſolẽniter annuatim celebrabis & celebrandũ pdicabis. Tu. ℟. Sicut roſa inter ſpinas illis addit ſpeciem: ſic venuſtat ſuam virgo Maria progeniẽ. Germinauit enim florẽ qui vitalem dat odorẽ. *.

Digitized by Google

Cui' cunctorũ laus ꝓmitur ore piorũ: Germina.

Lectio ſexta.

Et ille vt vir prudentiſsimus: & quis mihi inquit
dies in hoc feſto erit celebrandus? Sexto ait idus
Decembris hoc feſtũ ſolennizandũ tenebis. Et
quo inquit Abbas officio vtemur in eccleſiaſtico
ſeruitio? Omne inquit officium quod dicitur in
eius natiuitate: dicetur & in conceptione:
excepto: quod nomen natiuitatis mutabitur
in nomen conceptionis. His dictis ille diſpa-
ruit. Et citius ſedata tempeſtate abbas conci-
to flatu applicuit anglica ad littora: & quę vi-
derat & audierat qb' potuit notificauit. Statimq́
in remenſi cœnobio id feſtũ ſolẽniter ꝑcepit ce-
lebrari: & ipſe quoad vixit deuotis obſequijs ce-
lebrauit. Tu. ℞. Celebris dies colitur in quo virgo
concipitur quę per obedientiam mundo refudit
gratiam. Vt quod ruit per fœminã reueletur per
virginẽ. ℣. Iſta fuit digna transgreſsis tergere ſi-
gna. Vt. In iij. noct. an. Abrahæ fit promiſsio quod
illius ſucceſsio velut arena creſceret ſtellisq́ æ-
70 qualis fieret. Pſal. Cantate. i. Añ. Hoc promiſſum
eſt impletũ caſtęq́ per Mariæ fœtũ: quæ gignen-
71 do granum ſeuit de quo ſeges tanta creuit. Pſal.
Dominus reg. exul. Añ. Vinea quondam ſterilis
deo cultore fertilis vitæ fœcundam pullulat fun-
73 dentem cunctis pocula. Pſal. Cantate. ij. ℣. Adiu-
uabit eam deus. Lectio ſeptima. Initium ſancti
euangelij ſecundum Matthæum.

Liber

Digitized by Google

Cap. 1.

LIber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid: filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Et rel.

Homelia ſancti Anſelmi epiſcopi.

HOdierna die fratres chariſsimi: ſanctę dei genitricis virginis Mariæ cõceptionẽ celebram⁹: quæ oĩum rerum nobis genuit creatorẽ. Et ideo cum ſummis præconijs & ſumma deuotione huius eſt recolenda conceptio: quæ ſalutem mũdo perdito cõtulit. Quis non tantę conceptionis obſtupeſcat miraculum? Hodie cõcepta eſt virgo Maria quæ altiſsimi patris filium ex virginali vtero ædidit nobis. Tu. ℟. Verbum patris mundo fulſit virginis per vterum: cuius mentẽ nõ grauauit onus premens ſcelerũ. Vt ſicut in vellus pluuia ſic deſcendit in Mariã. ℣. Solem iuſtitię concludunt clauſtra Mariæ. Vt ſicut. Lectio viij.

O ineffabile gaudium: ô admirabile ſacramentũ: ô inauditum miraculũ. Deus ante ſecula ex hac virgine: cuius hodiernum diem colimus carnem aſſumere dignatus eſt: lætentur igitur cœli: quia hodie concepta eſt virgo per quam reſtaurantur perdita agmina angelorũ. Exultet mundus: quia hodie concepta eſt virgo per quam diluitur oĩs culpa vulpina fraude illata Tremiſcat infernus: quia hodie cõcepta eſt virgo: ꝑ quã reddidit illos: quos tenebat crudeli carcere clauſos. Tu. ℟. Patriarcharum ſemine prophetarum origine regum atq; pontificum genus vernat magnificum. Vnde virgo cõcipitur Chriſtiq; mater eligitur. ℣. Nobilis & clara ſtirps eſt dño quoq; clara. Vnde.

Lectio nona.

Congaudeamus & nos pari cõcentu fratres chariſsimi: & cum ſuauibus hymnis dulcia cantica modulemur: qa hodie concepta eſt virgo per quã meruimus accipere dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Quiſquis aũt paruipendendũ putat huius virginis celebrare conceptionem: nec meretur eſſe cum fidelib⁹ nec poſtea cognoſcere ſaluatoris aduentũ. Tu. ℟. O Maria clauſa porta q̃ nemo apuit: princeps ille q̃ trãſiuit deus & homo fuit: nec ingreſſu nec egreſſu violauit clauſulam: ſed q̃ prius non habebat ſumpſit carnis fibulam. Sic togatus tanquam ſponſo ſuo procedit thalamo. ℣. Perfudit totam ſacram virgo theotocam: decreuitque deus filius eſſe tuus. Sic Ad lau. añ. Cõceptus hodiernus Mariæ ſemper virginis: necem tergit: nexum ſoluit vetuſtę originis: meſtis reddit læ-

69 ticiam: dat criminoſis veniam. Pſal. Dñs reg.

Añ. Glorioſa ſemper virgo Maria dulciſsima ꝓcibus te veneramur annue: mitiſsima in offenſis ne labamur á te ſemper ꝓtegamur. Añ. Maria plena gratia ſtirpe concepta regia: aſsiſtentes tuæ laudi miſerando nos exaudi. Añ. O quam larga te perfudit virgo benedictio: qua deletur quam induxit: Euę maledictio: intende noſtris laudibus btã in mulieribus. Añ. Dignare me laudare te virgo & puerpera: te laudantes ab æternis lęua ſuper æthera potẽs enim vt dña poli pandere limina. Cap. vt ſup. Hym Quẽ terra pontus. Quære in. O decus. ℣. Audi filia. Ad bñs añ. Benedi-

cta

cta es Maria la⁹ noſtra: ſpes & dña: te collaudat colit tremit trina mundi machina: in tua conceptione congaudentes confoue: profutura largiendo: nocitura dimoue alleluia. Cætera vt ſupra. Ad ij. veſper. añ. Conceptus hodiernus. Pſal. Dixit dominus. Laudate pue. Lætatus. Niſi dñs. Lauda Hieruſalem. Cap. Dñs poſſedit me. vt ſup. ℟. O Maria clauſa. Ad magni. aña. Magnifica Chriſti mater regina clara cœlorum: reparatũ ſe lætatur per te cœtus beatorũ: in die cõceptionis cõfer opem interceſsionis vt per tua ſuffragia colletemur in gloria alleluia. ¶ Incipit officium conceptionis virginis Mariæ æditum per dominum. Leonardum prothonotarium apoſtolicũ. In primis veſperis añ. Sicut Lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias Adę alleluia. Pſal. Dixit dñs. 87
Cum rel. De ſancta Maria aña. Tota pulchra es Maria: & macula originalis non eſt in te alleluia. Aña. Tu gloria Hieruſalem: tu lætitia Iſrael: tu honorificentia populi noſtri alleluia. Añ. Vox eñ tua dulcis & facies illa tua decora nimis alleluia. Añ. Quæ eſt illa quę aſcendit de deſerto: delitijs affluens innixa ſupra dilectum filiũ alleluia. Cap. Pr. 8. &

EGo diligentes me diligo & qui mane vigilauerint ad me inuenient me: in vijs iuſtitiæ ambulabo vt ditem diligentes me qui me elucidant habebunt vitam æternam. Hymnus. Aue maris ſtella. ℣. Immaculata cõceptio eſt hodie ſanctæ Mariæ virginis. Cuius innocentia inclyta cunctas illuſtrat deuotas animas alleluia. Eccle. ca. 24.

Ad mag. añ. Quam pulchri ſunt greſſus tui filia principis: collum tuum ſicut turris eburnea: oculi tui diuini: & comę capitis tui ſicut purpura regis: q̃ pulchra es: quã decora chariſsima alleluia.

Oratio.

DEus qui p̃ ĩmaculatã virginis conceptionẽ dignũ filio tuo habitaculũ p̃paraſti: cõcede quæſumus: vt ſicut ex morte eiuſdem filij ſui pręuiſa: eam ab omni labe præſeruaſti: ita nos quoq; mundos eius interceſsione ad tę peruenire concedas. Per. Ad matut. inuit. Immaculatam conceptionẽ virginis Mariæ celebremus. Chriſtum eius præſeruatorem adoremus dñm. Pſal. Venite Hym. Quem terra. In primo noct. añ. Multæ filiæ congregauerũt ſibi diuitias: tu vero

4 ſupergreſſa es vniuerſas alleluia. Pſal. Domine dominus noſter. ℣. Eo quod eſſes cũctorum viuentium mater. Iſti ℣. dicuntur ĩmediãte poſt pſal. Añ. Surrexerunt filij eius & beatiſsimam p̃

11 dicauerunt virginẽ eius & laudauit eã alleluia Pſ. Cœli enar. ℣. Os nũc de oſsibus meis & caro de carne mea. Añ. Fortitudo & decor indumentũ

15 eius: byſſus & purpura veſtis illius alleluia. Pſal. Dñi eſt ter. ℣. In ſole poſuit tabernaculũ ſuum. ℣. Liberaſti me dñe ex ore leonis alleluia. Et à cornibus vnicornium humilitatem meã alleluia.

Ex dictis Hieronymi. Lectio prima.

CAnitur ĩ cãticis de Maria hortus cõcluſus: fons ſignatus emiſsiões tuę paradiſus. Hortus deliciarũ ĩ quo ſunt cõſita vniuerſa florum

Digitized by Google

rũ genera & odoramẽta virtutũ: ſicq̃ ſignatus vt neſciat violari: neq; corrumpi vllis inſidijs fraudibuſue diaboli. Fons itaq; ſignatus ſigillo totius trinitatis. ℞. Ego ex ore altiſsimi prodij primogenita ante omnem creaturam: ego in cœlis feci vt oriretur lumen indeficiens. Et ſicut nebula texi omnem carnem. ℣. Girum cœli circuiui ſola & profundum abyſsi penetraui & in omni populo & in omni gente primatum tenui. Ex ſermonibus Auguſtini.

Lectio ſecunda.

Summa Dei ſapientia nullam in maſſa humani generis inuenit viam: per quã vt diſpoſuit in mũdum veniens eius ſubuenire luctuoſę perditioni: donec ad illam de qua loquimur virginem ventũ eſt: ſed hæc mox vt in mundum per humani generis lineam venit: tanto omnis boni virtute perfecte reſplenduit: vt eam dei ſapientia veridice iudicaret: vt per ipſam in hominem veniens: non tantum reatum primorum parentum hominum ſed totius mundi peccata deleret. ℞. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me: & generationibus meis implebimini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis: & hæreditas mea ſuper mel & fauum. ℣. Qui audit me non confundetur: & qui elucidant me vitam æternam habebunt. Spi. Ex dictis ſancti Ildephonſi Archiepiſcopi Toletani.

Lectio tertia.

Beata virgo Maria niſi in vtero matris ſanctificata fuiſſet: minime eius natiuitas colẽda eſſet. Sed quia auctoritate ſanctorum patrum digne vt no-

uit veſtra charitas veneratur: conſtat eàm ab om-
ni peccato originali fuiſſe immunem: per quam
non ſolum Euæ maledictio ſoluta eſt: verumetiã
benedictio omnibus condonata. Nullis ergo quã-
do nata eſt delictis ſubiacuit nec originale pecca-
tum in vtero ſanctificata contraxit. Reſpo. Me-
um eſt conſilium & æquitas: mea eſt prudentia:
mea eſt fortitudo: per me reges regnant. Per
me principes imperant & potentes decernunt
iuſtitiam. ℣. Ego diligentes me diligo: & qui ma-
ne vigilant ad me: inuenient me. Per. In iij. noct.
añ. Quid videris in Sunamite niſi chorus caſtro-
31 rum alle. Pſa. Eructauit. ℣. Ipſa eſt mulier quam
præparauit dominus filio domini mei. Añ. Aquæ
multæ non potuerunt extinguere charitatẽ: nec
flumina peccatorum obruent Mariam alle. Pſal.
32 Deus noſter. ℣. Non tetigit eam Abimelech ſed
ipſa conteret caput ſuum. Añ. A cuſtodia matu-
tina vſq; ad noctẽ ſperauit Maria in domino quia
64 copioſa apud eum redemptio alle. Pſal. Fundamẽ
ta. ℣. Terra in qua ſtas ſancta eſt. ℣. Eruiſti à fra-
mea Deus animam meam alle. Et de manu canis
vnicam matrem alle. Ex dictis plurimorum ſan-
ctorum. Lectio tertia. Hilarius.

O Virgo benedicta ſuper omnes fœminas q̃ Angelos vincis puritate: quæ omnes ſanctos ſuperas pietate. Cyprianus. O virgo iuſta & omni iuſtitia pleniſsima cuius conceptio eſt ſingularis. Baſilius. O Maria tu candoris & decoris forma: cuius in terris non eſt ęqualis nec in

cœli

Digitized by Google

cœli ianua. Auguſtinus. O mater domini ſicut in prima fœmina abundauit delictum: ita & in te ſu perabundauit omnis plenitudo gratiæ & ideo ſuper om̃es ignara delicti. ℟. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea: pulchrę ſunt genæ tuæ ſicut turturis. Faciamus adiutoriũ ſimile ſibi. * Eo quod poſt virum tuum alterum neſcieris ideo manus domiui confortauit te: & ideo eris benedicta in æternum. Fa. Anſelmus de exordio mundanæ ſalutis. Lectio v.

Si quid originalis peccati in propagatione matris dei extitit: illud propagantiũ non propagatæ fuit. Deus enim inquit caſtaneę confert inter ſpinas: vt à ſpinis remota cõcipiatur: alatur: & formetur. Non potuit hoc facere filius matri ſuæ? Plane põ tuit & voluit quod ſi voluit & fecit. ℟. Fac tibi archam de lignis leuigatis: ruptiq́; ſunt fontes abyſſi magnæ. Et factum eſt diluuium pctĩ ſup oẽm terram. * Archa vero deifera eleuata eſt in ſublime: & ferebatur ſuper aquas opertiq́; ſunt omnes montes excelſi ſanctorum. Et. Ex dictis ſanctorũ. Lectio. vi. Cyrillus.

Poſt filium temerarium eſt in Maria virgine ponere culpam aliquam vel peccatum. Bernardus. Caro virginis ex Adam ſumpta maculas Adę non admiſit. Thomas Maria ab omni peccato originali & actuali immunis fuit. Dominicus. Sicut primus Adam fuit ex terra virgine & nunquam maledicta formatus: ita decuit in ſecundo Adam fieri. Tu autem Domine miſerere noſtri. ℟. Fiat

℟. Fiat mihi ſanctuariũ & habitabo in medio eorum: archam de lignis Sethim compingite: & deaurabis eam auro mundiſsimo intus & foris. Et pones ſuper menſas propoſitionis in conſpectu meo ſemper. ℣. Inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. Et Gloria. Et. In iij. nocturn. añ. Quæ eſt iſta quæ aſcẽdit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe & thuris & vniuerſi pulueris pigmenta-
70 rij alle. Pſal. Cantate i. ℣. Laudabant eum in portis opera ſua. Añ. Ferculum fecit ſibi Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum: aſcenſum purpureũ media charitate conſtrauit: alle. Pſalm. Dominus
71 reg. ex. ℣. Dignum dilecto meo ad potandũ. Aña. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt ca-
73 ſtrorum acies ordinata: alle. Pſal. Cantate ij. ℣. Et ideo amauit eam Rex pluſquam omnes mulieres. ℟. Vere dominus eſt in loco ſancto: & ego ne ſciebam alle. ℟. Non eſt hic aliud niſi domus dei & porta cœli alle. Lectio vij. Lectio ſancti Euangelij. Secundum Lucam.

Cap. xi. IN illo tẽpore. Loquente Ieſu ad turbas: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit & vbera quæ ſuxiſti.

Homelia.

Legimus chariſsimi: magni Dei librum intus & foris ſcriptum eſſe: linitamq; intrinſecus: & extrinſecus archam: in qua manſiuncule & triſtega

legemq;

legemq́; Dei multiplicem auctore Iob vt multa myſtice ac omnia in figuram patribus contigiſſe ſecundum Apoſtolum vobis perſuadeatis. Tu autem. ℟. Omnes moriemini qui in Adam peccaviſtis: quid habes Heſter eleuata in populis: ego ſũ frater tuus? noli timere: non morieris. Non enim pro te ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt. ℣. Non extinguetur in nocte lucerna tua & non timebis â frigore niuis. Non. Lectio viij.

Non immerito igitur Chriſti fideles ac Mariæ deuotos (ad quos nobis hodie eſt ſermo) rogatos eſſe velim vt archana ac profunda ſilentio perſcrutari non deſinant. Audiantq́; id ſaluatoris. Scrutamini ſcripturas: quia illę ſunt quę teſtimoniũ perhibent de me. Videant etiam quid de eius matre ſcriptum ſit Virginem enim eam fuiſſe in ſacris codicibus contineri nemo noſtrum eſt qui ambigat. Tu. Hac nocte non dicitur octauum. ℟. ſed infra hebdomadam. ſed loco eius cantatur a choro. Tota pulchra. Infra vero hebdomadam ſine cantu dicitur cum lectione Tota pulchra es amica noſtra: columba noſtra: & macula originalis non eſt in te alle. ℟. viij. infra octauam. Filius meus paruulus eſt & delicatus: domus quam ędificare volo talis eſſe debet vt in cunctis nationib⁹ nominetur. Et ob hanc cauſam ante mortem ſuã omnes præparauit impenſas. ℣. Elegi & ſanctificaui locum iſtum vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum: & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Et. Gloria. Et. Lectio nona.

Digitized by Google

Videamus igitur quid ſibi noſter Euangeliſta velit. Exclamat mulier de turba. Beatus venter qui te portauit. Vere beatus venter qui neſciuit maculam: vterus puritatis: vterus innocentię: hortus omni ſuauitate repletus: domus dei ſancta: templum manu dei factum: archa ſalutis: archa fœderis inter deum & hominem. Tu. ℞. Domus quam cupio ædificare magna eſt nimis & inclyta. Quia magnus de⁹ noſter ſuper omnes deos. ℣. Quis ergo poterit præualere vt ædificet ei dignam domũ ſi cœlũ & cœli cœlorũ capere eũ nequeũt? Quia. ℞. Statim vt ſenſit Iſaac veſtimentorum illius fragrantiam: benedicens ait: ecce odor filij mei. Sicut odor agri pleni: cui benedixit dominus. ℣. Veſtimenta nõ veſtimentum conſidera quod Chriſtus & Maria ſine macula illius non illorum: quod caro vnius caro alterius. ℞. Erat autem vterq; nudus Adam & vxor eius: & nõ erubeſcebant quia ſine macula & ruga nullum motũ carnis ſentiebant. ℣. De viro ſumpta eſt q̃ â Chriſti latere præſeruata innocentiam carnis filij ſapiens virga vocata eſt. Nul. ℞. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: ꝓpterea benedixit te deus in æternum: parata ſedes Chriſti extunc. Et ideo concupiuit rex faciẽ tuã & decorẽ induit. ℣. Benedixiſti dñe terrã tuã: auertiſti captiuitatẽ Iacob: auertiſti oẽm irã tuã: auertiſti ab ira indignatiõis tuę: quia paraſti lucernã Chriſto tuo. Et. ℞. O Iſrael quã magna eſt domus & ingẽs. Locus poſſeſsinis eius magn⁹ & excelſus. ℣. Qui ſcit vniuerſa nouit eã: & inuenit eã pruden-

prudentia ſua Locus. ℟. Fecit deus duo lumina-ria magna. Luminare maius Chriſtum & luminare minus Mariam. ℣. Fecit firmamentum in medio aquarum vocauitq́; deus firmamentũ. Mariã quæ cœli feneſtra facta eſt. Lumi. ℟. Tenebræ erant ſuper faciem abyſsi dixitq́; Deus: fiat lux. Diuiſitq́; lucem â tenebris. ℣. Appellauitq́; deus Mariam diem lucidam: quæ diei eructat verbum. Di. ℟. Germinet terra inanis & vacua herbam virentem & lignum pomiferum: Anna Mariam facientem fructum. Cuius ſemen ſit in ſemetipſo. ℣. Sine viri ſemine producat Chriſtum quia egreditur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius. Cuius.

Iſta reſponſoria dicuntur ſolũ in die octauo. Et nota quod infra octauam ſp incipitur a primo reſpõſorio: & ita ſex primæ lectiones dicuntur. Ad laudes & p. ho. añ. Domum tuam decet ſanctitudo dñe in longitudine dierum alle. Pſa. Dominus regna. cum reliquo ℣. Adorate ſcabellum pedum eius qm̃ ſanctũ eſt. Añ. Hęc eſt dom⁹ dñi firmiter ædificata: bñ fundata eſt ſupra firmã petrã alle. ℣. Confortauit ſeras portarũ tuarũ: quia ſedes & virga directionis tu es. Añ. Fũdauit eã altiſsimus qui ſuper Maria mundauit eã: & ſuper flumina pręparauit illã all. ℣. Ædificabo ei domũ fidelẽ. Añ. Dñs cuſtodit te ab omni malo Maria: cuſtodit aĩam tuã: introitũ & exitũ tuũ in ſęculũ alle. ℣. Per diẽ ſol nõ vret te neq́; luna per noctẽ. Añ. Fluminis ĩpetus lætificat ciuitatẽ dei ſanctificauit tabernaculũ tuũ altiſsimus. ℣. Hic habitabo quoniã elegi eam. Capitulum. 69

Prou. cap. 9. BEatus homo qui audit me & qui vigilat ad fores meas quotidie: & obſeruat ad poſtes oſtij mei qui me inuenerit inueniet vitam & hauriet ſalutem à domino Deo. Hym. O glorioſa. Intrans vraſtra flebiles immaculata concepta es. ℣. Non accedat ad te malum alle. Neq; flagellum appropinquabit tabernaculo tuo alle. Ad bñs añ. Quam pulchra es amica mea columba mea: immaculata mea: & odor veſtimentorum tuorū ſuper omnia aromata alle ℣. Quam cum cognouiſſet pater ait. Tunica filij mei eſt. Oratio vt ſupra.

Ad tertiam Capitulum.

Aggei cap. 2. MAgna erit gloria domus iſtius nouiſſimę plusquam primæ: & in loco iſto dabo pacem dicit dominus: quia Euam matrem cunctarum gentium corpore ſuperat Maria quæ eſt mater Dei & gratiæ. ℟. Libera me ex ore leonis. Alle. alle. ℣. Et â cornibus vnicornium: humilitatem meam. Alle. Gloria. Libera. ℣. Erue â framea deus vnicam matrem meam alle. Ad ſextā Capitulum.

Ezech ca. 44. POrta hæc clauſa erit & non aperietur & vir non tranſiet per eam: quoniam dominus deus ingreſſus eſt per eam eritq; clauſa princìpi. ℟. Erue â framea Deus animam meam. Alle. ℣. Et de manu canis vnicam matrem meam. Alleluia. Gloria. Erue. ℣. Vere domin? eſt in loco ſancto iſto. Ad nonam Capitulum.

Heſai. ca. 66. LÆtamini cum Maria & exultate omnes qui diligitis illam: gaudete vniuerſi qui zelatis eam a

eam: quia hęc dicit dominus: ecce ego declinabo ſuper ipſam quaſi fluuiũ pacis & quaſi torrentem inundantem melle ſuauiſsimo. ℟. Vere dominus eſt in loco ſancto iſto: & ego neſciebam. Alle. alle. * Non eſt hic aliud niſi domus dei & porta cœli. Alle. Gloria. Vere. * Scalam vidit Iacob cuius cacumen cœlum tangebat alle. Angelos quoq; deſcendentes qui eam lumine replebãt alle. In ij. vs. Hieronymus añ. Nihil eſt candoris: nihil eſt ſplendoris: nihil eſt numinis: quod non reſplendeat in virgine glorioſa alle. Origines añ. Quæ neq; ſerpentis perſuaſione decepta nec eius venenoſis afflatibus infecta alle. Auguſtin⁹. añ. Hanc quam tu deſpicis Manichee mater mea eſt & de manu mea fabricata alle. Anſelmus. añ. Decuit virginẽ ea puritate nitere qua maior ſub deo nequit intelligi alle. Ambroſius añ. Hæc eſt virga in qua nec nodus originalis nec cortex venialis culpę fuit alle. Capitulum.

Vidi immaculatam deſcendentem de cœlo ſicut ſponſam ornatam: claritas enim dei illuminabit illam & vidi tabernaculum dei cum hominibus: & nox non erat illic: quia lucerna eius erat agnus. Hymnus vt ſup. * Domine dilexi decorem domus tuæ: alle. Et locum habitationis gloriæ tuæ. Ad mag. añ. Vnica eſt columba mea: vna eſt perfecta mea: vna eſt genitrix mea electa: viderunt eam animæ ſanctæ & immaculatæ prædicauerunt alle. Oratio vt ſup. Notandum quod ſi feſtum conceptionis in dominica venerit

fit de feſto quia ſpecialis effectus dei fuit tali die. Et ideo dominica transfertur ad diem ſequentē: & hec erit ex diſpenſatione pontificis Octaua vero erit de dominica: & feſtum transfertur ad diē ſequentem Si vero venerit infra octauam fit de dominica: cum cōmemoratione feſti. ¶ In feſto ſancti Damaſij Confeſſoris. Oratio.

MIſericordiam tuam nobis domine quæſumus interueniente beato Damaſo Confeſſore tuo atq; pontifice clementer impende: & nobis peccatoribus ipſius propitiare ſuffragijs P. ¶ In feſto ſanctæ Luciæ virginis & martyris añ. Veni electa. Pſ. Laudate pue. Cap̄ Sapientia vincit mali. ℟ Grata facta eſt domino in certamine quia apud deum & apud homines glorificata eſt in conſpectu principum loquebatur ſapientiam. Et dominus omnium dilexit eam. ℣ Adiuuabit eam deus vultu ſuo deus in medio eius non commouebitur. Et. Hym. Virginis pro. ℣ Specie tua. Ad mag. añ. In tua patientia poſſediſti animā tuam Lucia ſponſa Chriſti: odiſti quæ in mundo ſunt & corruſcas cum Angelis ſanguine proprio inimicum viciſti. Oratio.

EXaudi nos de⁹ ſalutaris noſter vt ſicut de beatæ Luciæ virginis & martyris tuę feſtiuitate gaudemus ita pię deuotionis erudiamur affectu. Inuit. Regem virginum. Cum cæteris in cōi.

Lectio prima.

CVm per vniuerſam Siciliæ prouinciam beatiſſimæ virginis Agathæ fama crebreſceret

ter: & Syracuſanus populus per miliaria quinquaginta ad vrbem Cathinenſium ſitienter pergeret ad ſepulchrum eiuſdẽ ſanctę virginis venerandũ: cõtigit venerabilẽ virginem Luciam Syracuſanorum nobiliſsimam ſimul pergere feſtiuitatis gratia: cum matre ſua Euticia quæ annis quatuor fluxum ſanguinis patiebatur: & nullo medicorum poterat remedio liberari.

Lectio ſecunda.

Igitur dum proceſsionis myſteria in feſtiuitate ſanctæ virginis agerentur: & Euangelij lectio recitatur: fimbria veſtimẽti mulier â ſanguinis fluxu ſaluata eſt: dicit ſancta Lucia marri ſuæ. Si credis mater his quæ leguntur crede Agathen paſſam ꝑ Chriſti nomine hoc meruiſſe: vt ſemper in præſenti habeat eum pro cuius nomine paſſa eſt. Cõtinge ergo ſepulchrũ eius credẽs & liberaberis.

Lectio tertia.

Igitur cum peractis omnibus populus abſceſsiſſet proſtrauerunt ſe ante ſepulchrum virginis mater & filia: & cœperunt lachrymis eius flagitare ſuffragium. Interea dum orationis prolixitas tenditur ſomnus Luciam virginem arripuit.

Lectio quarta.

ET vidit in ſomno beatam Agathen in medio Angelorum: gemmis ornatam ſtantem & dicentem. Soror mea Lucia virgo deo deuota quid â me petis? quod ipſa poteris præſtare continuo. Nã matri tuę fides tua ſubuenit & ecce ſaluata eſt. Et ſicut ꝑ me ciuitas Cathinenſiũ ſublimatur

tur à Chriſto: ita per te ciuitas Siracuſana decorabitur â domino. Quia iucundũ Chriſto in tua virginitate habitaculum præparaſti. Tu. Lectio v.

Expergefacta autem Lucia dixit matri ſuæ. Mater ecce ſalua facta es: per ipſam te deprecor quæ te ſuis ſaluauit orationibus: ne tu mihi aliquando ſponſum nomines: nec velis de corporis mei poſteritate fructum mortalitatis inquirere: ſed omnia quæ mihi datura eras eunti ad corruptionis meæ auctorem hominem mortalem: da mihi eũti ad integritatis meæ factorem dominum Ieſum Chriſtum.

Lectio vi.

Cui mater eius Euticia ait. Omnia quæ fuerunt patris tui defuncti ante nouẽ annos ampliaui potius quam minui. Tege oculos meos: & quodcũq; tibi placuerit de ipſis facultatibus facito. Lucia dixit. Audi mater conſilium meum. Moriens quod das ideo das: quia tecum ferre non præuales. Viuens ergo & ſalutem corporis tui habens: da Chriſto quæ poſsides. Et quicquid te mihi daturã ſponderas: Chriſto incipe tradere. Homelia. Smile eſt regnum cœ decem virgi. ℟. Lucia virgo quid â me petis quod ipſa poteris præſtare continuo? nam & matri tuæ fides tua ſubuenit & ecce ſalua facta eſt. Quia iucundũ deo in tua virginitate habitaculum præparaſti. ℣. Sicut per me ciuitas Cathinenſium ſublimatur à Chriſto ita & per te ciuitas Siracuſana decorabitur â domino Ieſu Chriſto. ℟. Rogaui dñm meũ Ieſum Chriſtũ vt ignis iſte non dñetur mihi. Et impetraui â domino in-

Digitized by Google

ducias martyrii mei. ℣. Pro eo vt me diligerēt de trahebant mihi ego autem orabam. Et. ℟. Grata facta. Vt ſup. in veſp. Ad lau. an. Orante ſancta Lucia apparuit ei beata Agathes: & conſolabatur ancillam Chriſti. Pſ. Dominus reg. Ana. Lucia virgo 61
quid à me petis quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ. An. Per te Lucia virgo ciuitas Siracuſana decorabitur à domino Ieſu Chriſto. Ana. Benedico te pater domini mei Ieſu Chriſti quia per filium tuum ignis extinctus eſt à latere meo. An. Tanto pondere eam fixit ſpiritus ſanctus vt virgo domini immobilis permaneret. Cap. Sapiētia vincit. Hymnus. Ieſu coro. ℣. Audi filia. Ad bns an. Columna es immobilis Lucia martyr Chriſti: quia omnis plebs te expectat vt accipias coronā regni alle. Ad ij veſp. an. Orante. Pſ. Dixit do. Lau 87
date pueri. Lætatus. Niſi dominus. Lauda Hieru. Cap. vt ſup. ℟. Lucia virgo. Hym. Virginis proles. ℣. Specie tua. Ad mag. an. Soror mea Lucia virgo deo deuota: quid à me petis quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ. ¶ In vigilia ſancti Thomæ Apoſtoli inuit. an. Pſ. ℟. ferial: vt in Pſalterio. Homelia. Hæc mādo vobis. Cap. Beatus vir qui inuentus. Oratio. Concede quæſumus. Quære in communi in vigilia Apoſtolorum. Ad primas veſp. an. Excelſus. Pſalm. Laudate pueri. cum cæ 88
teris Cap. Iam non eſtis. ℟. Hoc eſt præce. Hym. Exultet cœ. ℣. In omnem ter. Ad ma. an. O Thoma Dydime per Chriſtum quem meruiſti tangere: te precibus rogamus altiſonis ſuccurre nobis

Digitized by Google

miſeris: ne damnemur cum impijs in aduentu iudicis. Oratio.



DA nobis quæſumus domine beati Thomæ Apoſtoli tui ſolennitatibꝰ gloriari: vt eius ſemper & patrocinijs ſubleuemur: & fidem congrua deuotione ſectemur: Per.

Hiſtoria de communi. Lectio prima.

BEatum Thomam cum reliquis diſcipulis ad officium Apoſtolatus electum: ipſumq́ â domino Dydimum: quod interpretatur geminus: vocitatum: fides Euangelica narrat. Thomas Hebraicæ: Latinę abyſſus vel geminus interpretatur: & Græcę Dydimꝰ nominatur. Vtraq́ enim interpretatio: eius ſtatui congruit. Dydimus recte vocari potuit: propter dubium cor in credendo effectum dominicæ reſurrectionis. Lect. ij.

Abyſſus quia altitudinē dominicæ virtutis: in reſurrectione certa fide penetrauit & iuxta latinam linguam Chriſti geminus ſimilis ſaluatori: audiendo incredulus: videndo fidelis. Qui poſt dominicæ gloriam aſcenſionis: Thadęum vnum ex ſeptuaginta diſcipulis ad Abagarum regem Ediſſenę ciuitatis trāſmiſit vt eum ab infirmitate curaret.

Lectio tertia.

Hic ſanctus Apoſtolus Thomas Euangelium prędicauit Parthis: Medis: Perſis: Hyrcanis: ac Pragmanis. Et deſtinatus ad orientalem plagā interna gen-

Digitized by Google

gentiū penetrās ibiq; prędicationē ſuā: vſq; ad vltimū ſuæ paſsionis producēs: profectus eſt ad Indiā ſuperiorē per reuelationē. Tu. Lectio iiij.

AD opinionem eius omnes populi feſtinabant: videntes ſigna & prodigia magna quæ faciebat: & non poterant contemnere prædicatioem eius. Nam dæmones pellebat: & cæcos illuminabat: omnes dolores & calores & rigores tollebat: & etiam mortuos ſuſcitabat. Tu autem. Lectio v.

Deinde poſt multa miracula & paſsiones martyrio coronatur. Cuius corpus fideles cum honore & hymnis tranſtulerunt ad Eccleſiam: condientes aromatibus precioſis: & fiebāt ſigna magna & prodigia in loco vbi poſitum erat. Nam & dæmoniaci: liberabantur. Lectio ſexta.

Deniq; ſupplicantes Syri: ab Alexandro Imperatore Romano veniente victore de Perſidis prelio Xerſe Rege deuicto: impetrarunt hoc: vt mitteret ad regulos Indorum: vt redderent defunctum ciuibus. Sicq; factum eſt vt tranſlatum eſſet corpus Apoſtoli de India: & poſitum in ciuitate Ediſſa ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti: cui honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Lectio ſeptima. Secundum Ioannem.

IN illo tēpore. Thomas vnus de duodecim qui dicitur Dydimus non erat cum diſcipulis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo alij diſcipuli. Vidimus dominum. Et reliqua.

Apoſtoli Thomæ.

Homelia beati Gregorij Papæ.

Iſte vnus diſcipulus defuit: reuerſus quod geſtũ eſt audiuit: audita credere renuit: Venit iterum Ieſus: & non credenti diſcipulo latus palpandum præbuit: manus oſtendit: & oſtenſa ſuorum cicatrice vulnerum infidelitatis eius vulnus ſanauit. Tu autem.

Lectio octaua.

Quid fratres chariſsimi quid inter hæc animaduertitis? Nunquid caſu geſtũ creditis: vt electus ille diſcipulus tunc deeſſet? Poſt autem veniens audiret: audiens dubitaret: dubitans palparet: palpans crederet. Non hoc caſu: ſed diuina diſpenſatione geſtum eſt.

Lectio nona.

Egit namq; miro modo ſuperna clementia: vt diſcipulus dubitans dum in magiſtro ſuo vulnera palparet carnis in nobis vulnera ſanaret infidelitatis: Plus enim nobis: Thomæ infidelitas ad fidem: quam fides diſcipulorum credentiũ profuit: quia dum ille ad fidem palpando reducitur noſtra mẽs omni dubitatione poſtpoſita in fide ſolidatur. Tu autem domine.

FINIT SANctuarium.

INCI-

Digitized by Google

¶ INCIPIT COMMVNE DE SANCTIS ET PRIMO IN VIGILIA VNIVS Apoſtoli Secundum Ioannem.



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: ſcitote quia me priorem vobis odio habuit. Et reliqua. cap. 15

Homelia beati Augu. Epiſcopi.

In lectione euangelica quæ hanc antecedit dixerat dñs. Non vos me elegiſtis ſed ego elegi vos: & poſui vos vt eatis & fructum afferatis & fructus veſter maneat: vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo det vobis. De quibus verbis iam nos quod dedit diſſeruiſſe meminiſtis. Hic autẽ dicit ſequenti ſcilicet lectione (quam modo cũ recitaretur audiſtis) hæc mando vobis: vt diligatis inuicem. Ac per hoc intelligere debemus: hunc eſſe fructum noſtrum: de quo ait: Ego vos elegi vt eatis & fructum afferatis: & fructus veſter maneat: & quod adiunxit vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo det vobis. Tu aũt.

Lectio ſecunda.

Tunc itaq; dabit nobis ſi diligamus inuicem: cũ & hoc ipſum ipſe dederit nobis qui nos elegit nõ haben-

habentes fructum quia nõ eum nos elegeramus: ſed ipſe elegit nos & poſuit nos vt fructum afferamus hoc eſt: inuicem diligamus. Quem fructũ ſine illo afferre non poſſumus: ſicut palmites facere ſine vitæ nihil poſſunt. Lectio tertia.

Charitas ergo eſt fructus noſter: quam definit apoſtolus de corde puro: & cõſcientia bona & fide non ficta: hac diligimus inuicem: hac diligim⁹ deũ. Neq̃ eñ vera dilectione diligeremus inuicem: niſi diligentes deũ. Diligit enim vnuſquiſq̃ proximũ tanq̃ ſeipſum: ſi diligit deũ. Nã ſi deũ nõ diligit: nõ diligit ſeipſum. In his autem charitatis duobus præceptis tota lex pendet: & prophetæ.

Capitulum.

Ephe. 1 Benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti qui benedixit nos in omni benedictione ſpũali in cœleſtibus in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionẽ: vt eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu eius in charitate. Deo. Oratio.

Concede nobis quæſumus oẽs deus venturam beati apoſtoli tui. N. ſolennitatẽ congruo ꝑuenire honore: & venientem digna celebrare deuotione. Per. Ad vi. Capitulum.

Ephe. cap. 1. Fratres. Deus prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum: ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ: in laudem gloriæ ſuæ in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Deo. Ad nonam capitulum.

Fratres.

FRatres. In Chriſto habemus redemptionem per ſanguinem eius: in remiſsionē peccatorū ſecundum diuitias gratiæ eius: quę ſuperabundauit in nobis. Sequitur aliud capitulum. Ephe. 1.

FRatres. Bñdictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti pater miſericordiarū: & deus totius conſolationis: q̄ cōſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſsimus & ipſi conſolari eos q̄ in omi p̄ſſura ſunt: p exhortationē qua exhortamur & ipſi á deo: q̄m ſicut abūdant paſsiones Chriſti in nobis: ita & p Chriſtū abundat etiam conſolatio noſtra. Deo gratias. Ad vi. Capitulum. 2. cor. cap. 1.

FRatres. Siue tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute: ſiue conſolamur p veſtra cōſolatione & ſalute: ſiue exhortamur p veſtra exhortatione & ſalute: q̄ operatur tolerantiā earundem paſsionū quas & nos patimur: vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis. Deo gratias. Ad ix. Cap. 2. cor. cap. 1.

FRatres. Scientes q̄m ſicut ſocij paſsionum eſtis: ſic eritis & conſolationis in Chriſto Ieſu domino noſtro. Aliud capitulum. 2. cor. cap. 1.

BEatus homo qui inuenit ſapientiam & qui affluit prudentia melior eſt acquiſitio eius negociatione auri & argenti primi & puriſſimi fructus eius. Ad ſextam capitulum. Prou. cap. 3.

SApientia precioſior aſt cunctis opibus: & omnia quæ deſiderantur huic non valent cōparari longitudo dierum in dextera eius & in ſiniſtra illius diuitię & gloria vię eius vię pulchrę: & oēs ſemitę illius pacificę. Lignum vitę eſt his Prou. cap. 3.

qui

Digitized by Google

qui apprehenderint eã & qui tenuerint eam beatus. D. Ad ix. Capitulum.

Prou. cap. 3. DOminus ſapientia fundauit terram & ſtabiliuit cœlos prudentia: ſapientia illius erupuerũt abyſsi & nubes rore concreſcũt. Deo gratias. Aliud Capitulum.

Eccle. cap. 31. BEatus vir qui inuentus eſt ſine macula: & q. poſt aurum non abijt: nec ſperat in pecunia & theſauris: quis eſt hic & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in vita ſua. Deo gratias. Ad ſextam Capitulum.

Eccle. cap. 31. QVi probatus eſt in illo & perfectus inuentus eſt: erit illi gloria æterna. Deo gratias. Ad nonam Capitulum.

Eccle. cap. 31. QVi potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus: facere mala & non fecit: ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino & elemoſynas illius enarrabit oĩs eccleſia ſanctorũ. Deo gratias. Ad primas veſperas añ. Excelſus ſuper oẽs gentes

88 dominus. Pſal. Laudate pue. Añ. Laudate dñm omnes gentes. Pſal. Ipſum. Añ. Laudabo deum meum in vita mea. Pſal. Lauda anima mea do. Añ. Magnus domin⁹ noſter & magna virtus eius. Pſal. Laudate dominũ quoniam bonus. Añ. Flauit ſpiritus eius & fluent aq̃. Pſal. Lauda Hieru. Capitulum.

Ephe. 2 FRatres. Iam non eſtis hoſpites & aduenę ſed eſtis ciues ſanctorum & domeſtici dei ſuper ædificati ſupra fundamentum apoſtolorum & prophetarũ ipſo ſummo angulari lapide Chriſto

Digitized by Google

ſto Ieſu. ℟. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos: maiorem charitatem nemo habet vt animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis quæ pcipio vobis: dicit dñs. ℣. Vos autem dixi amicos: quia omnia quęcunq́; audiui à patre meo nota feci vobis. Vos.

Hymnus.

EXultet cœlũ laudibus: reſultet terra gaudijs apoſtolorũ gloriã ſacra canũt ſolennia. Vos ſęcli iuſti iudices: & vera mundi lumina: votis precamur cordium: audite preces ſupplicũ.
Qui cœlum verbo clauditis: ſeraſq́; eius ſoluitis: nos á peccatis omnibus ſoluite iuſſu quæſumus.
Quorũ præcepto ſubditur ſalus & languor oĩm: ſanate ægros moribus: nos reddentes virtutibus.
Vt cum iudex aduenerit Chriſtus in fine ſeculi: nos ſempiterni gaudij faciat eſſe compotes. Deo patri ſit gloria: eiuſq́; ſoli filio: cum ſpiritu paraclito: & nunc & in perpetuum. Amen. ℣. In omnem terrã. Ad magni. Añа. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum: eſtote ergo prudẽtes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbę.

Orationes quære in loco eorũdem apoſtolorum.

Inuit. Regẽ apoſtolorũ dñm. Venite adorem⁹. Pſ.

VEnite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem ei⁹ in confeſsione: & in Pſalmis iubilemus ei. Regem. Quoniam deus magnus dominus & rex magnus ſuper omnes deos: qm̃ non repellet dñs plebem ſuam: quia in manu eius ſunt omnes

fines

fines terræ: & altitudines montium ipſe conſpi-
cit. Venite. Quoniam ipſius eſt mare & ipſe fe-
cit illud: & aridam fundauerunt manus eius ve-
nite adoremus & procidamus ante deum: plore-
mus coram dño q̃ fecit nos quia ipſe eſt dñs deus
noſter: nos aũt populus eius & oues paſcuę eius:
Regẽ. Hodie ſi vocem eius audieritis: nolite ob-
durare corda veſtra: ſicut in exacerbatione ſe-
cundũ diem intentionis in deſerto: vbi tentaue-
runt me patres veſtri: ꝓbauerũt & viderũt opera
mea. Venite. Quadraginta annis proximus fui
generationi huic: & dixi: ſemper hi errant corde
ipſi vero nõ cognouerũt vias meas quib⁹ iuraui in
ira mea ſi introibunt in requiẽ meã. Regẽ. Glo-
ria patri & filio & ſpũiſancto. Sicut erat ĩ princi-
pio & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorũ amẽ.
Venite. Regẽ. In i. noct. añ. In omnẽ terrã exi-
uit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eo-
11 rũ. Pſal. Cœli enar. Añ. Clamauerũt iuſti: & dñs
21 exaudiuit eos. Pſal. Benedicã dñm. Añ. Conſti-
tues eos principes ſuper oẽm terram: memores
31 erunt nominis tui dñe. Pſal. Eructauit. ℣. In o-
mnem terrã. Lectio i. Ex homelia beati Grego-
rij Papæ ſuper euange. Hoc eſt præceptum meũ.

VOs inquit dominus ad diſcipulos ſuos: ami
ci mei eſtis. O quanta eſt miſericordia re-
demptoris noſtri Serui dei non ſumus &
amici vocamur. Tu. ℟. Ecce ego mitto vos ſicut
oues in medio luporum: dixit dñs. Eſtote ergo
prudentes ſicut ſerpentes: & ſimplices ſicut co-
lumbę.

Digitized by Google

lumbæ. ℣. Dum habetis: credite in lucẽ: vt filij lucis ſitis: dicit dñs. eſtote. Lectio ſecunda.

Quanta eſt dignitas hominum eſſe amicos dei: Sed iam audiſtis gloriã dignitatis: audite & laborem certaminis Si feceris q̃ ego præcipio vobis. ℟. Tollite iugum meũ ſuper vos dicit dominus: & diſcite quia mitis ſum: & humilis corde. Iugum enim meum ſuaue eſt: & onus meum leue. ℣. Et inuenietis requiem animabus veſtris.

Lectio tertia.

Amici inquit mei eſtis ſi ea quę ego ꝑcipio vobis facitis. Ac ſi aperte dicat. Gaudetis de culmine: penſate quibus laboribus venitur ad culmen. ℟. Dum ſteteritis ante reges & pręſides nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣. Non enim vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Da. In ij. noctur. añ. Principes populorum cõgregati ſunt cum deo Abraham. Pſal. Omnes gentes. Añ. Dediſti hereditatem timentibus nomen tuum domine. Pſal. Ex- 42
audi deus depre. Añ. Annunciauerunt opera dei: & facta eius intellexerunt. Pſal. Exaudi deus ora- 43
tio. ℣. Conſtitues eos.

Lectio quarta.

Certe dum filij Zebedei: interueniente matre: quærerent: vt vnus â dextris dei & alius â ſiniſtris ſedere debuiſſent: audierũt. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Reſpon. Vidi coniunctos viros habentes ſplen-

Digitized by Google

ſplendidas veſtes: & angelus domini locutus eſt ad me dicens. Iſti ſunt viri ſancti facti amici dei. ℣. Vidi angelum dei volantem per medium cœli voce magna clamantem & dicentem.

Lectio quinta.

Iam locū celſitudinis q̄rebant & ad viam illos veritas reuocat p̄ q̄ ad celſitudinē venirēt. Ac ſi apte dicatur. Iam vos locus delectat celſitudinis: ſed prius via exerceat laboris. Per calicem pertingitur ad maieſtatem. Si mens veſtra appetit qđ mulcet prius bibite qđ dolet. Sic ſic per amarū poculum confeſſionis peruenitur ad gaudium ſalutis. ℟. Iſti ſunt triumphatores & amici dei: qui contemnentes iuſſa principū meruerunt præmia æterna. Modo coronantur: & accipiunt palmam. ℣. Iſti qui venerunt ex magna tribulatione: & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Modo.

Lectio ſexta.

Iam non dicam vos ſeruos: quia ſeruus neſcit q̄d faciat dn̄s eius. Vos autem dixi amicos: quia oīa quęcumq; audiui à patre meo: nota feci vobis. Quæ ſunt oīa quę audiuit à patre: quæ nota fieri voluit ſeruis ſuis: vt eos efficeret amicos ſuos: niſi gaudia æternæ claritatis: niſi illa feſta æternæ patriæ: quæ noſtris quotidie mentibus per aſpirationem ſui amoris imprimit? Dum eīm audita ſupercœleſtia amamus amata iam nouimus: q̄a ipſe amor noticia eſt. ℟. Iſti ſunt qui viuentes in carne plantauerunt eccleſiam ſanguine ſuo: non ſunt de terra corpora eorum ſeparata. Quorum

merito

merito ſunt in cœlis animæ ſanctorum coęquales. ℣. Sancti per fidem vicerunt regna: operati ſunt iuſtitiam. Quo. In iii. noct. aña. Exaltabuntur cornua iuſti alleluia. Pſa Confitebimur. Añ. 53
Lux orta eſt iuſtis alleluia: rectis corde lætitia alleluia. Pſal Dominus regnauit exul. Añ. Cuſtodie 73
bant teſtimonia eius & præcepta eius alleluia. Pſ. 73
Dominus regnauit iraſc. ℣. Nimis hono.

Lectio ſeptima. Secundum Ioannem, cap. 15.



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Hoc eſt pręceptum meũ vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos. Et reliqua. Hom Gregorij Papæ. Cum cuncta ſacra eloquia dominicis plena ſint præceptis: quid eſt quod de dilectione: quaſi de ſingulari mandato dominus dicit: hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem: niſi quia om̃e mandatũ de ſola dilectione eſt: & omnia vnũ præceptum ſunt? Quia quicquid præcipitur in ſola charitate ſolidatur. Vt enim multi arboris rami ex vna radice prodeunt: ſic multę virtutes ex vna charitate generantur. Nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis ſi non manet in radice charitatis. Tu aũt. ℟. Iſti ſunt viri ſancti quos elegit dñs in charitate non ficta: & dedit illis gloriam ſempiternam. Quorum doctrina fulget eccleſia vt ſol & luna. ℣ In omnem terram exiuit ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum. Quorum.

Digitized by Google

Lectio octaua.

Præcepta ergo dominica & multa ſunt: & vnum: multa ſunt per diuerſitatem operis: vnum in radice dilectionis. Qualiter autem iſta dilectio ſit tenenda: ipſe inſinuat: qui in pleriſq; ſcripturæ ſuæ ſententijs & amicos iubet diligi in ſe: inimicos diligi propter ſe. Ille enim veraciter charitatem habet: qui & amicum diligit in deo: & inimicum diligit ꝓpter deū. Tu. ℞. Ciues apoſtolorū & domeſtici dei aduenerunt hodie. Portantes facē & illuminantes patriā: dare pacem gentib' & liberare populū dn̄i. ℣. Audite preces ſupplicum vitæ æternæ poſcentes præmia: qui fertis in dextris manipulos iuſtitiæ: quiq; gaudentes aduenistis hodie. Portantes facem. Lectio nona.

Proinde cū dn̄s diceret: hoc eſt ꝓceptū meum vt diligatis inuicē: ꝓtin' addidit ſicut dilexi vos. Ac ſi aperte dicat. Ad hoc amate: ad quod amaui vos. Qua in re fratres chariſsimi ſoleriter intuendum eſt quod antiquus hoſtis dum mentem noſtrā ad rerū tēporaliū delectationē trahit: infirmiorē cōtra nos ꝓximū excitat: q, ea ipſa q̄ diligimus auferre moliatur. Tu. ℞. Fuerunt ſine quærela ante dn̄m: & abinuicē non ſunt ſeparati. Calicem dn̄i biberūt & amici dei facti ſunt. ℣. Tradiderūt corpora ſua ꝓpter deū ad ſupplicia ideo coronantur & accipiūt palmā. Cali. ℞. Vos eſtis ſal terræ: vos eſtis lux mūdi. Nō poteſt ciuitas abſcōdi ſupra montem poſita. ℣. Videant opera veſtra bona: & glorificēt patrem veſtrum qui in cœlis eſt.

Non

Digitized by Google

Non. Ad laudes aña. Hoc eſt præceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Pſal. Dominus regna. Cum reliquis Aña. Maiorem charitatem nemo habet: vt animam ſuam ponat quis ꝑ amicis ſuis. Añ. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis quæ præcipio vobis: dicit dominus. Añ. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. Añ. In patientia veſtra poſsidebitis animas veſtras.

Capitulum vt ſupra. Hymnus.

AEterna Chriſti munera apoſtolorum gloriam: laudes canentes debitas: lætis canamus mentibus. Eccleſiarum principes belli triumphales duces: cœleſtis aulę milites: & vera mũdi lumina. Terrore victo ſeculi: penisq́ʒ ſpretis corporis: mortis ſacrę compendio vitam beatam poſsident. Deuota ſanctorum fides: inuicta ſpes credentium perfecta Chriſti charitas mundi triumphat principem. In his paterna gloria: in his voluntas ſpiritus: exultat in his filius: cœlum repletur gaudio. Te nunc redemptor quæſumus: vt ipſorum conſortio iungas præcantes ſeruulos in ſempiterna ſecula. Amen. ℣. Annunciauerunt opera dei. Ad bñs Aña. Dum ſteteritis ante reges & præſides nolite præmeditari qualiter reſpondeatis: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

Ad vi. Capitulum.

IN quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in domino. Deo gratias.

Ad ix. Capitulum.

Digitized by Google

IN quo & vos coędificamini ĩ habitaculum dei
in ſpiritu ſancto. Deo gratias. Ad ſecundas ve-
ſperas añ. Iurauit dominus & nõ pœnitebit eũ:
tu es ſacerdos in æternum. Pſal. Dixit dominus
cum principibus populi ſui. Pſal. Laudate pueri.
Añ. Dirupiſti domine vincula mea tibi ſacrifi-
90 cabo hoſtiam laudis. Pſal. Credidi propter. Añ.
Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua.
103 Pſal. In conuertendo. Añ Confortatus eſt prin-
cipatus eorum: & honorati ſunt amici tui deus.
Pſal. Domine probaſti. Cap. vt ſup. ℟. Fuerunt
ſine que. Hymn. Exultet cœlum. ℣. In omnem
terram. Ad magnifi. añ. Beati eritis cum vos ode-
rint homines: & cum ſeparauerint vos & expro-
brauerint & eiecerint nomen veſtrum tanquam
malum propter filium hominis: gaudete & ex-
ultate: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœ-
lis. Secundum Mathæum.

cap. 10



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Ecce ego mitto vos: ſicut oues in medio luporum. Et reliqua. Homelia bti Remigij epi. Lect. Quia dominus Ieſus Chriſtus qui de cœlis dignatus eſt deſcendere ad terras: ſemetipſum paſtorem appellauit dicens ego ſum paſtor bonus: pulchre diſcipulos ſuos ouibus aſsimilauit inquiens. Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Sancti enim apoſtoli oues dicti ſunt propter inno-

Digitized by Google

centiam & ſimplicitatem. Attamen hoc nomine non ſolum deſignantur apoſtoli ſed etiam omnes prædicatores. Tu autem domine miſe.

Lectio.

Sed domin⁹ ideo apoſtolos ſuos oues appellauit: vt oſtenderet omnes ſanctos prædicatores innocenter & ſimpliciter viuere debere: more ouium atq; ſemper paratos eſſe: non ad reſiſtendnm ſed ad docendum & ad commonendum. Sicut in libro Machabæorum: de viris iuſtis legitur qui dixerunt. Moriamur in ſimplicitate cordis noſtri: teſtes enim ſunt ſuper nos cœlum & terra: quia inique perditis nos de terra. Lectio.

Hinc eſt quod pſalmiſta cũ deſcriberet glorioſas apoſtolorum paſsiones: ſub perſona eorũ ait: Qm̃ ꝓpter te affligimur tota die æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Et Eſaias de ipſo dño dicit. Sicut ouis ad occiſionem ducetur. Lupos appellat ſcribas Phariſæos ſiue quod magis eſt ſciendum quia noïe luporũ deſignantur oẽs fidelium perſecutores. Tu autem. ¶In cõi vnius euangeliſtæ ad veſperas añ. Excelſus. Pſal. Laudate. Cum cæteris. Capitulum. 88

In diebus illis. Vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna & ignis inuoluens & ſplendor in circuitu eius: & de medio eius quaſi ſpecies electri id eſt de medio ignis Deo. ℞. Quatuor animalia ibant & reuertebantur in ſimilitudinem fulgoris coruſcantis. Et erat in medio ſplendor ignis: & de igne fulgur egrediens. Ezech. cap. 1.

Digitized by Google

diens. ℣. Erat autem quaſi viſio diſcurrens in medio quatuor animalium. Et. Hym. Exultet. ℣. In omnē terram. Ad magni. Añ. Ecce ego Ioannes vidi oſtium apertum in cœlo & ecce ſedes poſita erat in eo : & in medio ſedis & in circuitu eius quatuor animalia plena oculis : ante & retro & dabant gloriam & honorem & benedictionem ſedenti ſuper thronum viuenti in ſecula ſeculorum. Orationes quære in locis ipſorum. Ad matut. inuit. Regem euangeliſtarum dñm, Venite adoremus. Pſal. Venite. In primo noct. añ. Conuocatis Ieſus duodecim apoſtolis miſit illos prædicare regnum dei : egreſsi autem euangeliza-
11 bant & cantabant vbiq; alleluia. Pſal. Cœli enar. Aña. Mittens dñs & alios ad prædicandum dicebat illis: meſsis quidem multa operarij autē pau-
21 ci. Pſal. Benedicam dominum. Aña. Ieſu Chriſti domini gratia credentibus populis doctores & euangeliſtę ſunt in miniſterium fidei miſsi. Pſal.
31 Eructauit. ℣. In omnem terram. Lectiones propias in locis eorum require. ℟. In viſione dei vidi & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: nubesq; magna & ignis inuoluens ſplendorq; in circuitu eius Et ex medio eorum ſimilitudo quatuor animalium & aſpectus hominis erat in eis. ℣. De medio autem eius quaſi ſpeties electri id eſt de medio ignis. Et. ℟. Quatuor facies vni erant : & quatuor pennę vni : pedes eorum pedes recti : planta pedis eorum vt vituli. Et ſcintillę quaſi aſpectus æris candentis. ℣. Sub pennis eorum

Digitized by Google

rum manus hominis in quatuor partibus. Et. ℟.
Similitudo vultus animalium facies hominis &
facies leonis à dextris ipſorum quatuor facies ve-
ro vituli atque aquilę à ſiniſtris ipſorum quatuor.
Et facies & pennę extentę deſupererant. Ver.
Duę pennę ſingulorum iungebantur & duę tege
bant eorum corpora. Et. In ſecunda noctur. An.
Sapientiam domini euangelij eruperunt abyſsi:
& annunciantes fœcundati rore cœleſti mundo
intonant. Pſalmus. Omnes gentes. Aña. Labia 32
eorum ſalutarem diſſeminauerunt ſcientiam: o-
pus ſanctum dignum benedictione: plenum fe-
cerunt miniſterium ſibi traditum deuote imple-
uerunt. Pſalmus. Exaudi deus deprecatio. Aña. 42
Elegit eos ex omni carne & dedit illis præcepta 43
& legem vitæ & diſciplinæ. Pſalmus. Exaudi de⁹.
℣. Conſtitues eos. Reſpon. Facies & pennas per
quatuor partes habebant. Incedentia non reuer-
tebantur: ſed vnumquodq; ibat ante faciem ſuã.
℣. Pedes eorũ pedes recti planta pedis vt planta vi
tuli. Ince. ℟. Similitudo aſpectus animalium vt
carbonum ignis ardentium: & velut aſpectus lã-
padarũ. Vbi erat ſpiritus impet⁹ illuc gradiebãtur
cum ambularent. ℣. Vnumquodq; eorum ambu-
labat coram facie ſua. Vbi. ℟. Quatuor animalia.
vt ſup. in veſ. In iij. noct. añ. Electi ſunt in Chriſto
ante mũdi conſtitutionẽ: vt eſſent ſancti & imma
culati in cõſpectu dei in charitate. Pſal. Cõfitebi-
mur. añ. Sapientiã eorũ narrẽt oẽs populi: & lau-
dem eorũ pronunciat oĩs eccleſia ſanctorũ. Pſal.

Digitized by Google

71 Dominus reg. ex. An̄ Placētes deo facti ſunt di-
lecti: quoniam gloria & miſericordia eſt in ſan-
73 ctos eius & reſpectus in electos illius. Pſal. Dn̄s
reg. ℣. Nimis hono. Lect. vij. ſecundū Lucam.



IN illo tempore. Deſignauit
cap.10 dn̄s Ieſus & alios ſeptuagin-
ta duos diſcipulos: & miſit
illos binos ante faciem ſuam
in omnem ciuitatē & locum
quo ipſe erat vēturus. Et rel.

Homelia btī Gregorij Papæ.

Dn̄s & ſaluator noſter fratres chariſsimi aliquā-
do nos ſermonibus aliquando vero operibus ad-
monet. Ipſa etenim facta eius præcepta ſunt: quia
dum aliquid tacitus facit: quid agere debeamus
innoteſcit Ecce enim binos in prædicationem
diſcipulos mittit: quia enim duo ſunt præcepta
charitatis: dei videlicet amor: & proximi: &
minusq̄ inter duos haberi charitas non poteſt.
Nemo enim proprie ad ſemetipſum habere cha-
ritatem dicitur: ſed dilectione in alterum tendit
vt eſſe charitas poſsit. Tu. ℟. Cum aſpicerē ani-
malia apparuit rota vna iuxta ea quatuor habens
facies. Et vna ſimilitudo ipſorum quatuor. ℣. A-
ſpectus rotarum & opus erat quaſi viſio maris. Et.

Lectio quarta.

Binos ad prædicandum dominus mittit: quati-
nus hoc nobis tacitus innuat: quia qui charita-
tem erga alterum non habet prædicationis offi-
ciū nullatenꝰ ſuſcipe debet. Bn̄ aūt dicitur q̄a mi

ſit.

Digitized by Google

ſit eos ante faciem ſuam binos in omnem ciuita tem & locum quo erat ipſe venturus. Prædicatores enim ſuos dominus ſequitur: quia prædicatio præuenit: & tunc ad mentis noſtræ habitaculum domin⁹ venit: quādo verba exhortationis præcur runt atq; per hæc veritas in mente ſuſcipitur. ℟. Statura erat rotarum & altitudo horribilis totūq; corpus plenum oculis. Et aſpectus earum & opera velut ſi ſit rota in medio rotę. ℣. Per quatuor partes euntes ibant & non reuertebatur cum am bularent. Lectio nona.

Hinc namq; eiſdem prædicatoribus Eſaias dicit. Parate viam domini: rectas facite ſeminas dei noſtri Hinc illis Pſalmiſta ait. Iter facite illi qui aſcē dit ſuper occaſum. Super occaſum namq; domin⁹ aſcēdit quia vnde in paſsione occubuit: inde maiorem ſuam gloriam reſurgēdo manifeſtauit. Super occaſum videlicet aſcendit: quia mortē quā pertulit: reſurgendo calcauit. ℟. Species firmamē ti ſuper caput animalium: quaſi aſpectus Chriſtalli horribilis. Sub qua erant pennę eorum erectę alterius ad alterum. ℣. Vnumquodq; duabus alis velabat corpus ſuum & alterum ſimiliter velabatur. Sub. Ad lau. añ. Dilecti deo & hominibus ſancti Euangeliſtę: qui ordinauerunt tempora Chriſti bono odore vſq; ad conſummationem vitę Pſ. 61 Dominus reg. Añ Dederunt in celebratione operis ſancti Decus ideo memoria eorum eſt in benedictione in ſæculum ſæculi. Añ. Impleuit eos dominus ſpiritu ſapientiæ & intellectus & iucun-

Digitized by Google

ditate & exultationem theſaurizauit ſuper eos. Añ. Ex omni carne laudauerunt nomen ſanctũ domini vt amplificarent nomẽ ſanctitatis. Añ. Datum eſt opus eorum in veritate: ideo in terra ſua duplicia poſſidebunt: & lęticia ſempiterna erit eis in Chriſto. Cap̃. vt ſup. Hymnus. Vos ſecli ℣. Annunciauerunt. Ad bñ; añ. In medio & in circuitu ſedis dei quatuor animalia ſenas alas habentia: oculis vndiq; plena: non ceſſant nocte ac die dicere: ſanctus ſanctus ſanctus dominus deus omnipotens: qui erat & qui eſt & qui venturus eſt. Ad ſextam Capitulum.

Eze. i. Similitudo vultus quatuor animalium facies hominis & facies leonis à dextris ipſorũ quatuor: facies autem bouis â ſiniſtris ipſorũ quatuor & facies aquilę deſuper ipſorum quatuor & facies eorum & pennę eorum extentę deſuper. Ad nonam Capitulum.

Eze. i. HÆc erat viſio diſcurrens in medio quatuor animalium: ſplẽdor ignis: & de igne fulgur egrediens & animalia ibant & reuertebãtur in ſimilitudinem fulguris corruſcantis. Ad ĩj. veſ. añ. Iurauit dominus vt ſup cum cæter. de Apoſtolis. Cap̃. vt ſup. ℟. Species firmamenti. Hymnus. Exultet cœlum. ℣. In omnem terram. Ad ma. añ. Sapientiã antiquorũ exquiſierunt ſancti Euangeliſtæ & Prophetarum dictis narrationẽ ſuam confirmauerunt. De vno martyre ad veſp. añ. Iſte cognouit iuſtitiam & vidit mirabilia magna & exorauit altiſsimũ & inuentus eſt in numero ſanctorum. alle. Pſ. Lau. pue. Ca-

Digitized by Google

Capitulum.

BEatus vir qui in ſapientia morabitur: & in iuſtitia meditabitur: & in ſenſu cogitabit circunſpectionem dei. D. ℟. Deſiderium animæ eius tribuiſti ei domine. Et voluntate labiorum eius non fraudaſti eum. ℣. Quoniam preueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. Et voluntate. Ec. 14.

Hymnus.

DEus tuorum militum ſors & corona præmium: laudes canentes martyris: abſolue nexu criminis. Hic nempe mundi gaudia & blandimenta noxia caduca rite deputans peruenit ad cœleſtia. Pœnas cucurrit fortiter: & ſuſtulit viriliter: pro te effundens ſanguinem: æterna dona poſsidet. Ob hoc precatu ſupplici te poſcim⁹ piiſsime in hoc triumpho martyris dimitte noxam ſeruulis. Sit laus perennis gloria deo patri cum filio ſancto ſimul paraclyto in ſempiterna ſæcula. Amen. ℣. Gloria & honor. Ad mag. añ. Beatus vir qui ſuffert tentationem quia cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ: quam repromiſit deus his qui diligunt illum. Oratio.

PReſta quæſumus omnipotens Deus: vt qui beati N martyris tui natalicia colimus â cũctis malis imminentibus eius interceſsione liberemur. Per dominum noſtrum. De martyre & Pontifice. Oratio.

INfirmitatem noſtram reſpice omnipotens Deus: & quia pondus proprie actionis grauat

nat beati. N. martyris tui atq; Pontificis interceſſio glorioſa nos protegat. Ad matut. inuit. Regem martyrum dominum. Venite adoremus. Pſa. Venite. in i. noct. añ. In lege domini fuit voluntas eius die ac nocte. Pſ. Beatus vir. Añ. Prædicans prę ceptum domini conſtitutus eſt in monte ſancto eius. Pſal. Quare fremuerũt. Añ. Voce mea ad dominum clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo. Pſ. Domine qui multi. ℣. Gloria & honor. Lectio prima. Ex homel. Gregor. Papæ. Super Euange. Si quis vult poſt me ve.

SI quis vult inquit dominus poſt me venire: abneget ſemetipſum. Niſi enim quis â ſemetipſo deficiat: ad eum qui ſupra ipſum eſt non appropinquat: nec valet apprehendere quod ſupra ipſum eſt ſi neſcierit mactare quod eſt. Sic olerum plantę tranſponuntur: vt proficiant: itaq; vt ita dixerim: eradicantur vt creſcant. ℟. Iſte ſanctus pro lege dei ſui certauit vſq; ad mortem & â verbis impiorum non timuit. Fundatus enim erat ſupra firmam petram ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi. Fundatus. Lectio ſecunda.

Sic rerum ſemina in terræ admixtione deficiũt & in reparatione ſui generis vberius exurgunt. Vnde enim videntur perdidiſſe quod erant: inde incipiunt hoc apparere quod non erant. Qui ergo ſe vicijs abnegat: exquirendæ ſunt ei virtutes in quibus creſcat. Tu autem. ℟. Iuſtus germinabit ſicut lilium. Et florebit in æternum ante dominum. ℣. Plãtatus in domo domini in atrijs domus dei noſtri. Et.

Le.

Lectio tertia.

Nam cum dictũ eſt: qui vult venire poſt me ab-
neget ſemeptipſum protinus additur. Tollat cru-
cem ſuam quotidie & ſequatur me. Duobus ete-
nim modis crux tollitur: cum aut per abſtinen-
tiam afficitur corpus aut per compaſsionem pro
ximi affligitur animus. ℟ Deſiderium animæ. vt
ſup in veſp. In ſecunda noct. añ. Filij hominũ ſci-
tote quia dominus ſanctum ſuum mirificauit. Pſ. 1
Cum inuoca. Añ. Scuto bonę voluntatis tuæ coro
naſti eum domine. Pſa. Verba mea. Añ. In vniuer 2
ſa terra gloria & honore coronaſti eum. Pſ. Do-
mine dominus noſter. ℣ Poſuiſti domine. 4

Lectio iiij.

PEnſemus ergo qualiter vtroq; modo Paulus
crucem ſuã tulerat qui dicebat. Caſtigo cor-
pus meum: & in ſeruitutem redigo. ne forte
alijs prædicans ipſe reprobus efficiar. Ecce in af
flictione corporis audiuimus crucem carnis: au-
diamus nunc in compaſsione proximi crucem
mentis. Ait enim. Quis infirmatur & ego non in-
firmor? Quis ſcandalizatur & ego non vror? Tu.
℟. Iſte cognouit iuſtitiam: & vidit mirabilia ma-
gna: & exorauit altiſsimum. Et inuentus eſt in nu
mero ſanctorum. ℣ Iſte eſt qui contempſit vitam
mundi: & peruenit ad cœleſtia regna. Et.

Lectio quinta.

Perfectus itaq; prædicator vt exemplum daret ab
ſtinentiæ: crucem portabat in corpore: & quia in
ſe trahebat damna infirmitatis alienæ: crucẽ por
tabat

bat in corde. Qui voluerit inquit dominus animam ſuam ſaluam facere perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam propter me: ſaluam eam faciet. Quod taliter fideli dicitur ac ſi agricolæ dicatur. Frumentum ſi ſeruas perdis: ſi ſeminas renouas. ℞. Stola iucunditatis induit eum dominus. Et coronam pulchritudinis poſuit ſuper caput eius. ℣. Induit eum dominus lorica fidei & armauit eum. Et. Lectio ſexta.

Quis enim neſciat quod cum frumentum in ſemine mittitur: perit ab oculis: in terra deficit? Sed vnde putreſcit in puluere inde virideſcit in renouatione. Quia vero ſancta Eccleſia aliud tempus habet perſecutionis atque aliud pacis: redemptor noſter ipſa eius tempora diſtinguit in præceptis. Nam perſecutionis tempore ponenda eſt anima: pacis autem tempore ea quæ amplius dominari poſſunt: frangenda ſunt deſideria terrena. Tu autem. ℞. Corona aurea ſuper caput eius expreſſa ſigno ſanctitatis. Gloria honoris & opus fortitudinis. ℣. Quoniam præueniſti eum in benedictioni

6 bus vt ſup. In iij. noct. Añ. Iuſtus dominus & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Pſal. In domino confi. Añ. Habitabit in tabernaculo tuo re

7 quieſcit in monte ſancto tuo. Pſal. Domine quis ha. Añ. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronã

12 de lapide precioſo. Pſal. Domine in vir. ℣. Magna eſt glo. Lectio vij. Secundum Lucam.

Digitized by Google



IN illo tempore. Dixit Ieſus turbis. Si quis venit ad me & non odit patrem ſuum & matrem & vxorem & filios & fratres & ſorores: adhuc autē & animam ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et reliqua.

Homelia Gregorij.

Si conſideremus fratres chariſsimi quæ & quanta ſint quæ nobis promittuntur in cœlis: vileſcūt animo omnia quæ habentur in terris. Terrena namq; ſubſtantia ſupernę felicitati comparata: pōdus eſt: non ſubſidiū. Tēporalis vita æternæ vitæ: mors eſt potius dicenda quam vita. ℟. Hic eſt vere martyr qui pro Chriſti nomine ſanguinē ſuū fudit. Qui minas iudicum non timuit nec terrenæ dignitatis gloriam quęſiuit: ſed ad cœleſtia regna peruenit. ℣. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas: & oſtendit illi regnum dei. Qui.

Lectio octaua.

Ipſe enim quotidianus defectus corruptionis: quid eſt ad aliud quam quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere vel quis intellectus capere ſufficit illa ſupernę ciuitatis quanta ſint gaudia: Angelorum choris intereſſe cum beatiſſimis ſpiritibus gloriæ cōditoris aſsiſtere: præſentem dei vultū cernere: incircumſcriptum lumen videre: nullo metu mortis affici: incorruptionis perpetuę munere lętari. Tu. ℟. Poſuit coronam capiti meo: & circundedit me veſtimēto ſalutis.

Ad

Digitized by Google

Ad expugnandas gentes & omnes inimicos. ℣. Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me: appræhende arma & ſcutum. Ad expu.

Lectio nona.

Sed ad hæc audita inardeſcit animus: iamq́; illic cupit aſsiſtere: vbi ſe ſpat ſine fine gaudere. Sed ad magna præmia perueniri non poteſt: niſi per magnos labores. Vnde & Paulus egregius prædicator dicit. Non coronabitur quis niſi qui legitime certauerit. Delectat igitur mentem magnitudo præmiorum: ſed non deterreat certamen laborum. Tu autem. ℟. Gloria & honore: coronaſti eũ domine: & conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarũ. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. ℣. Quoniam præueniſti eum in. vt ſu. Ad lau. añ. Qui me confeſſus fuerit coram hominibus: confitebor &

61 ego eum coram patre meo. Pſal. Dominus regn. deco. Añ. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ dicit dominus. Añ. Si quis mihi miniſtrauerit honorificabit eum pater meus qui eſt in cœlis: dicit dominus. Añ. Si quis per me intrauerit: ſaluabitur & paſcua inueniet: dicit dominus. Añ. Volo pater vt vbi ego ſũ: illic ſit & miniſter meus. Cap. vt ſup. Hymnus.

MArtyr dei qui vnicum patris ſequendo filium: victis triũphans hoſtibus: victor frues cœleſtibus. Tui precatus munere noſtrũ reatum dilue: arcens mali contagium: vitæ remouens tedium. Soluta ſunt iam vincula tui ſacrati corporis: nos ſolue vinclis ſæculi amore filij Dei.

Deo

Digitized by Google

Deo patri ſit gloria. ℣. Iuſt' vt pal. Ad bñs añ. Hic vir deſpiciens mundum & terrena triumphans diuitias cœlo condidit ore & manu. Ad ſextam Capitulum

CIbabit illum pane vitæ & intellectus: & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum dominus deus noſter. Ad nonam Capitulum. Ecc. 15

ET firmabitur in illo & non flectetur: & continebit illum & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos ſuos: & nomine æterno hæreditabit illum dominus deus noſter. Ecc. 15

Ad ſecundas veſp. añ. Iucundus homo qui miſeretur domino non commouebitur in æternum. Pſ. Beatus vir. Añ. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem ſalutaris accipiam. Pſ. Credidi. Añ. Domine libera animã meã â labijs iniquis: & â lingua doloſa. Pſ. Ad dominũ cum tri. Añ. Miſerere mihi domine miſerere mihi: quia multum repletus ſum deſpectione. Pſ. Ad te leua. Añ. Suſtinuit anima mea in verbo domini: ſperauit anima mea in ipſo. Pſa. De profundis. Cap. vt ſup. ℟. Gloria & ho. Hymnus. Deus tuorum. ℣. Gloria & ho Ad mag añ. Hic eſt vere martyr qui pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit qui minas iudicum non timuit: nec terrenæ dignitatis gloriam quæſiuit: ſed ad cœleſtia: regna feliciter peruenit. Aliud Capitulum.

86
60
101
102
104

CHariſsime. Nemo militans deo: implicat ſe negocijs ſæcularibus: vt ei placeat cui ſe probauit: nam & qui certat in agone non coro- 2. Th. ca. 2.

coronabitur:niſi legitíme certauerit. Deo. Aliud Capitulum.

2. Thi. cap. 2. LAborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere: intellige quæ dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectũ.

Ad nonam Capitulum.

2. Thi. cap. 2. MEmor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe â mortuis ex ſemine Dauid: ſecundum Euangelium meum: in quo laboro vſq; ad vincula quaſi male operans: ſed verbum dei non eſt alligatum: ideo omnia ſuſtineo propter electos vt & ipſi ſalutem conſequãtur: quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro cum gloria cœleſti. Deo gratias. Aliud Capitulum.

Sap. cap. 4. IVſtus ſi morte præoccupatus fuerit: in refrigerio erit: Senectus enim venerabilis eſt: non diuturna: neq; annorum numero computata: cani enim ſunt ſenſus hominis: & ætas ſenectutis vita immaculata. Deo gratias. Ad ſextam Capitulum.

Sap. ca. 4. PLacens deo factus eſt dilectus: & viuens inter peccatores trãslatus eſt: raptus eſt enim ne malicia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animam illius. Ad nonã Capit.

Sap. ca. 4. COnſummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum: quoniam gratia dei & miſericordia eſt in ſanctos eius: & reſpectus in electos illius. Deo gratias.

Aliud Capitulum.

Fratres.

FRatres: Omnis pontifex ex hominib⁹ aſſumptus: pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad deum: vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Hebr. cap. 6.

Ad ſextam Capitulum.

QVi condolere poſsit his qui ignorant & errant: quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate: & propterea debet quemadmodum pro populo: ita etiam pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Deo gratias Hebr. cap. 6.

Ad nonam Capitulum.

NEc quiſquam ſumat ſibi honorem: ſed qui vocatur à deo tanquam Aaron: ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum: filius meus es tu ego hodie genui te: quemadmodum & in alio loco dicit: tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Deo gratias. Hebr. cap. 6.

Lectio. Secundum Lucam.



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuā & ſequatur me. Et reliqua. Cap. 9.

Hom. beati Gregorij Papæ de eadem lectione.

Quia dominus ac redemptor noſter nouus homo venit in mundum: noua pręcepta edidit mundo. Vitæ etenim noſtræ veteris in vicijs enutritę contrarietatem oppoſuit nouitatis ſuæ. Quid enim vetus: quid carnalis homo nouerat: niſi ſua

retinere: aliena rapere ſi poſſet: concupiſcere ſi non poſſet? Lectio.

Sed cœleſtis medicus ſingulis quibusque vicijs obuiantia adhibet medicamẽta. Nam ſicut arte medicinę calida frigidis: frigida calidis curantur: ita dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis: vt lubricis continentiam: tenacibus largitatem: iracundis manſuetudinem: elatis pręciperet humilitatem: Tu. Lectio.

Certe cum ſe ſequentibus noua mandata proponeret dixit Niſi quis renũciauerit omnibus quę poſsidet: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Ac ſi aperte dicat. Qui per veterem vitam aliena concupiſcitis: per nouæ conuerſationis ſtudium & veſtra largimini. Quid vero in hac lectione dicat audiamus. Qui vult poſt me venire: abneget ſemetipſum. Lectio ſecundum Ioannem.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Et reliqua. Homelia beati Auguſtini Epiſcopi.

Amen amen dico vobis: niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipſum ſolum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Seipſum granum dominus dicebat. Ipſe enim erat granum mortificandum & multiplicandum. Mortificandum in infidelitate Iudęorum: multiplicandum in fide Apoſtolorum.

Lectio.

Iam vero exhortans ad paſsionis ſuæ ſectanda ve
ſtigia: qui amat inquit animam ſuam perdet eam.
Quod duob⁹ modis intelligi poteſt. Qui amat per
det: ideſt ſi amas perdes. Si cupis vitam tenere in
Chriſto noli mortem timere pro Chriſto. Lectio.
Item alio modo. Qui amat animam ſuam perdet
eam. Noli amare in hac vita: ne perdas in æterna
vita. Hoc autem quod poſterius dixi: magis habe
re videtur ſenſus Euangelicus. Sequitur enim Et
qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitã æ-
ternam cuſtodit eam. Ergo quod ſupradictũ eſt:
qui amat ſubintelligitur: in hoc muudo: ipſe vtiq;
perdet. Qui autem odit in hoc mundo: in vitam
æternam ipſe cuſtodit eam. Tu autem. Lectio. Se
cundum Matthæum.



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Nihil opertũ quod non reueletur & occultum quod non ſciatur. Et reliqua.

Homelia beati Hieronymi Presbyteri.

Nihil opertum quod non reuelabitur: & occultũ quod non ſcietur. Et quomodo? In præſenti ſæculo multorũ vicia neſciuntur: ſed de futuro tempore ſcribitur: quando iudicabit domin⁹ occulta hominum: & illuminabit latebras tenebrarũ: & manifeſta faciet conſilia cordium. Et eſt ſenſus: Nolite timere perſecutorum ſæuiciam & blaſphemantiũ rabiem: quia veniet dies iudicij: in quo & veſtra

veſtra virtus & eorum nequitia demonſtrabitur. Tu autem. Lectio.

Quod dico vobis in tenebris: dicite in lumine: & quod in aure auditis: prędicate ſuper tecta. Quod auditis in myſterio: apertius prędicate: quod didiciſtis abſcondite: publice loquimini. Quod vos erudiui in paruulo Iudeæ loco: in vniuerſis vrbibus & in toto mundo audacter dicite. Tu au. Lectio.

Nolite timere eos qui occidũt corp⁹: animã aũt nõ pñt occidere. Siqui corpus occidunt: aĩam nõ pñt occidere: ergo aĩa inuiſibilis & incorporalis eſt. Secundũ craſſiorẽ noſtri corpis ſubſtantiã. Vel eo certo tpe punietur & ſupplicia ſentiet: quando priſtinũ corpus recepit: vt cũ quo peccauit cũ ipſo & puniatur T. De pluribus martyrib⁹ ad veſp. añ. Sanctum eſt verũ lumẽ & admirabile miniſtrãs lucẽ his qui permãſerunt in agone certaminis recipiunt ab ipſo ſplendorẽ ſempiternũ:
88 in quo aſsidue fœlices lętãtur. Pſ. Lau. pu. Cap

Sap. 7. IVſtorum animæ in manu dei ſunt & non tanget illos tormentũ maliciç: viſi ſunt oculis inſipientiũ mori: & æſtimata eſt afflictio exitus illorũ quod â nobis eſt iter exterminij: illi aũt ſunt in pace. D. ℞. Iſti ſunt ſancti qui pro teſtamento dei ſua corpora tradiderunt. Et in ſanguine agni lauerunt ſtolas ſuas.* Tradiderunt corpa ſua ꝑpter deũ ad ſupplicia & meruerũt habere coronas perpetuas. Et. Hymnus.

SAnctorũ meritis inclyta gaudia: pangamus ſocij geſtaq; fortia: nam gliſcit animus promere

mere cantibus victorum genus optimum. Hi ſunt quos retinens mund⁹ inhorruit: ipſum nam ſterili flore peraridum ſpreuere penitus: teq; ſecuti ſunt rex Chriſte bone cœlitus Hi pro te furias atq; ferocia calcarunt hominum ſeuaq; verbera ceſsit his lacerās fortiter vngula: nec carpſit penetralia. Ceduntur gladijs more bidentium: non murmur reſonat nec querimonia: ſed corde tacito mens boni conſcia conſeruat patientiā. Quæ vox quæ poterit lingua retexere quæ tu martyribus munera præparas: rubri nam fluido ſanguine laureis ditantur bene fulgidis Te ſumma deitas vnaq; poſcimus: vt culpas abluas: noxia ſubtrahas: des pacem famulis nos quoq; gloriam per cuncta pie ſecula. Amen. ℣. Lætamini in domino. Ad magni. añ. Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum: & iam non erit amplius neq; luctus neq; clamor ſed nec vllus dolor: quoniā priora tranſierunt.

Oratio.

DEus qui nos concedis ſanctorum martyrū tuorum N. & N. natalicia colere da nobis in æterna lęticia de eorum ſocietate gaudere. Per dominum. Ad matut. inuit. Regem martyrum dominum. Venite adoremus. Pſ. Venite. In i. nocturn. añ. Secus decurſus aquarum plantauit vineam iuſtorum: ſed in lege Domini fuit voluntas eorum. Pſalmus. Beatus vir qui non abijt. Aña. Prædicantes præceptum domini conſtituti ſunt in monte ſancto eius. Pſal. Quare fre-

muerunt. Añ. Filij hominum ſcitote: quia dominus ſanctos ſuos mirificauit. Pſ. Cum inuocau. ℣. Lætamini in domino. Lectio prima. Sermo beati Maximi Epiſcopi.

SVfficere nobis deberent fratres chariſsimi ad profectum ſalutis noſtræ: martyrum exempla ſanctorum: qui propter adipiſcendam cœleſtem coronam: omnibus ſe mandatis dominicis ſubdiderunt & ita cunctis deuinxerunt ſe legibus ſaluatoris: vt propter anteactam vitam mererentur ad hanc martyrij gloriam peruenire. Non enim illo in tempore tantum perferunt præceptum domini quo confeſsionis ſupplicium pertulerunt: ſed neceſſe eſt illos prius ſecundum Euangelium Chriſti vixiſſe: vt Chriſti paſsionibus potirentur. ℟. Abſterget deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum: & iam non erit amplius neq́ luctus neq́ clamor ſed nec vllus dolor. Quoniam priora tranſierunt. ℣. Iuſtorũ animæ in manu dei ſunt: & non tanget illos tormentũ maliciæ. Quoniam priora. Lectio ij.

NEceſſe eſt inquam o fratres: vt initia bona fuerint: quorum finis eſt optimus ſubſecutus & martyres eos fuiſſe non ſolum tunc cum paſsi ſunt: ſed etiam martyres Chriſti fuiſſe cum viuerent. Martyr enim Græce: latine teſtis dicitur. Quotienſcunq́ vero bonis actibus mandatum Chriſti facimus: totiens Chriſto teſtimonium perhibemus. Tu. ℟. Viri ſancti glorioſum ſanguinem fuderunt pro dño: amauerũt Chriſtũ in vita ſua: imitati

tati ſunt cum in morte ſua & ideo coronas triumphales meruerunt. ℣. Vnus ſpiritus & vna fides erat in eis. Et. Lectio tertia

Vnde & crux dñi non illa tm̃ dicitur quæ paſſionis tp̃e ligni afflictione conſtituitur: ſed illa quæ totius vitę curriculo cunctarum diſciplinarũ virtutibus coaptatur. De qua mihi videtur ſaluator dicere. Qui vult poſt me venire abneget ſemetipſum: & tollat crucẽ ſuam & ſequatur me Nunquid enim omnes martyres qui ſecuti ſunt dñm: crucifixi ſunt? Nunquid omnes virgines q̃ iuxta Apocalypſim: ſequuntur agnum dei: crucifixę ſunt vt ſequantur? Nunquid Paulus apoſtolꝰ crucifixus fuerat cum dicebat: mihi aũt abſit gloriari: niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti: ꝑ quẽ mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo? ℟. Tradiderunt corpora ſua propter deum ad ſupplicia. Et meruerũt habere coronas ꝑpetuas. ℣. Iſti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione: & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. Et. In ij. noct. añ. Scuto bonę voluntatis tuæ coronaſti eos dñe. Pſal. Verba mea. Añ. In vniuerſa terra gloria & honore coronaſti eos dñe. Pſal. Dñs. dñs. Añ. Habitabunt in tabernaculo tuo. Pſal. Domine quis habi. ℣. Exultent iuſti. Lectio quarta.

2
4
7

HOc autem dicit: vt intelligas crucem non ligni eſſe patibulũ: ſed vitæ virtutiſq́ propoſitũ. Tota igitur vita Chriſtiani hominis: ſi ſcd'm euangeliũ viuat crux eſt atq́ martyrium. Quotieſcunq́ aũt voluptatibus volutamur: crucẽ

8 Sanctis qui ſunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas inter illos. Pſal. Conſerua me.
Añ. Hæc eſt generatio quærentium dñm: quæ-
15 rentium faciem dei Iacob. Pſal Dñi eſt ter. Añ. Lætamini in dño & exultate iuſti & gloriamini
20 oẽs recti corde. Pſal. Beati quorum. ℣. Iuſti aũt.

Lectio ſeptima. Secundum Lucam.

cap. 21 

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis p̃lia & ſeditiones nolite terreri. Oportet primum hęc fieri ſed nondum ſtatim finis. Et reliqua. Homelia Gregorij Papæ.

Dñs ac redemptor noſter pituri mundi p̃currentia mala denunciat vt eo minus perturbent venientia quo fuerint p̃ſcita. Minus enim iacula feriunt quæ præuidentur: & nos tolerabilius mũdi mala ſuſcipiamus: ſi contra hæc præſcientię clypeo munimur. Ecce enim dicit. Cũ audieritis p̃lia & ſeditiones nolite terreri. Oportet: primũ hæc fieri: ſed nondum ſtatim finis. Tu. ℟. Certamen magnũ habuerũt ſancti dei: tranſierũt per ignem & aquã & ſalui facti ſunt. Et coronas acceperunt ã domino deo. ℣. Sancti per fidem vicerũt regna: operati ſnnt iuſtitiam. Lectio viij.

Penſanda ſunt verba redemptoris noſtri: per quę nos aliud interius aliud exterius paſſuros denunciat. Bella quippe ad hoſtes p̃tinent: ſeditiones ad ciues. Vt ergo nos indicet interius exteriuſq́;

turbari

turbari: aliud nos fatetur ab hoſtibus aliud â fratribus perpeti. Sed his malis ꝑuenientibus quia non ſtatim finis ſequatur: adiungit. Surget gens contra gentem: & regnum aduerſus regnũ: & terræmotus magni erũt per loca & peſtilentiæ: & fames: terroresq́; de cœlo: & ſigna magna erunt. ℞. Propter teſtamentũ dñi: & leges paternas: aſtiterunt ſancti dei in amore fraternitatis. Quia vnus fuit ſemper ſpiritus in eis & vna fides ℣. Ecce quã bonũ & q̃ iocundum. vt ſup. Le. ix. Vel ſicut in quibuſdam codicibus inuenitur terroresq́; de cœlo & tempeſtates. Atq; poſt ſubditur. Et ſigna magna erũt. Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur: & per crebra mala quæ præueniunt indicantur mala perpetua quę ſubſequuntur. Et ideo poſt bella & ſeditiones nõ ſtatim finis: quia multa debent mala præcurrere: vt malum valeant ſine fine nunciare. ℞. Sancti mei qui in iſto ſeculo certamen habuiſtis. Mercedem laborum ego redddam vobis. ℣. Venite benedicti patris mei: percipite regnũ. Merce. In lau. añ. Martyres ſancti quanta paſſi ſunt tormenta vt ſecuri peruenirẽt ad palmam martyrij. Pſal. Dominus reg. Añ. Cum palma ad regna peruenerunt ſancti: coronas decoris meruerunt de manu dei. Añ. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt & viuent nomina eorum in æternum. añ. Martyres domini dominum benedicite in æternum. Añ. Martyrum chorus laudate dominum de cœlis alleluia. Capitulum vt ſupra. Hymnus.

REx glorioſe martyrum corona cõfitentiũ: qui reſpuentes terrena perducis ad cœleſtia. Aurem benignam protinus appone noſtris vocibus trophea ſacra pangimus ignoſce quod deliquimus. Tu vincis in martyribus: parcendo confeſſoribus: tu vince noſtra crimina donando indulgentiam. Deo patri ſit gloria. ℣. Iuſtorũ animæ. Ad bñs. añ. Tradiderũt corpora ſua propter deum ad ſupplicia & meruerunt habere coronas perpetuas. Oratio vt ſup. Ad vi. capit.

Sap. 3 ET ſi coram hominibus tormenta paſsi ſunt: ſpes illorũ immortalitate plena eſt in paucis vexati: in multis bñ diſponentur: qm̃ deus tentauit illos: & inuenit illos dignos ſe. Deo gratias. Ad nonam capitulum.

Sap. 5. FVlgebũt iuſti tanq̃ ſcintillę in arundineto diſcurrent: iudicabunt nationes & dominabũtur populis: & regnabit dñs illorũ in perpetuum. Ad ij. veſp. añ. Virgam virtutis ſuę emit-
87 tet dñs in ſplendoribus ſanctorũ. Pſal. Dixit dñs.
Añ. Generatio rectorũ bñdicetur: qa exortũ eſt
88 lumen rectis. Pſal. Beatus vir. Añ. Venientes venient cũ exultatione: portantes manipulos ſuos.
103 Pſal. In cõuertendo. Añ. Iuſti confitebuntur no-
109 mini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo. Pſal. Eripe me. Añ. Lauda Hieruſalem dñm qui poſuit fines tuos pacem & bñdixit filijs tuis in te. Pſal. Ipſum. Cap. vt ſup. ℞. Sancti mei. Hym. Sanctorum meritis. ℣. Lætamini in do Ad magni. añ. Certamen magnum habuerunt ſancti dei: tranſierunt

Digitized by Google

fierunt per ignem & aquam ſalui facti ſunt & coronas acceperunt à domino deo. Aliud Capitulũ.

FRatres. Sancti per fidem vicerunt regna: operati ſunt iuſtitiam: adepti ſunt repromiſsiones: obturauerunt ora leonum extinxerunt impetum ignis effugarunt faciẽ gladij conualuerũt de infirmitate: fortes facti ſunt in bello. Deo gratias. Hebr. cap. 11.

Ad vi. Capitulum.

CAſtra verterunt exterorũ: acceperũt mulieres: de reſurrectione mortuos ſuos: alij autem diſtenti ſunt: non ſuſcipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent reſurrectionem. D. Hebr. cap. 11.

Ad nonam Capitulum.

IN ſolitudinibus errantes in mõtibus & in ſpeluncis in cauernis terræ: & hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt: in Chriſto Ieſu domino noſtro. Hebr. cap. 11.

Aliud capitulum.

REddet deus mercedem laborum ſanctorũ ſuorum & deducet illos in via mirabili: & fuit illis in velamento diei: & in luce ſtellarum nocte. Sap. cap. 10.

Ad ſextã Capitulum.

TRanſtulit illos per mare rubrum: & tranſuexit eos per aquã nimiam inimicos autẽ illorum demerſit in mare & ab altitudine inferorum eduxit illos. Deo gratias. Sap. cap. 10.

Ad nonam Capitulum.

IDeo iuſti tulerunt ſpolia impiorum: & decantauerunt domine nomen ſanctum tuum: & victricem manum tuam laudauerunt pariter domine deus noſter. Deo gratias. Sa. 10.

Aliud Capitulũ.

Iuſti

Digitized by Google

Sap. 5. IVſti in perpetuum viuent: apud dominum eſt merces eorum : & cogitatio eorum apud altiſſimum: ideo accipiēt regnum decoris & diadema ſpeciei de manu domini qnoniā dextera ſua teget eos: & brachio ſancto ſuo defendet illos.

Ad ſextā Capitulum.

Sap. 5. ACcipiet armaturam zelus illius & armabit creaturam ad vltionem inimicorū induet pro thorace iuſtitiam : accipiet pro galea iudicium certum. Ad nonam capitulum.

Sap. 5. SVmet ſcutum inexpugnabile æquitatem : ibunt directe emiſsiones: & ad certum locum deducet illos dn̄s deus noſter. Aliud capitulū

Prou. 10 EXpectatio iuſtorum lætitia: ſpes aūt impiorum peribit: fortitudo ſimplicis via dn̄i & pauor his qui opantur malū. Deo. Ad vi cap.

Prou. 10 IVſtus in æternum non commouebitur: impij aūt non habitabunt in terra: os iuſti parturit ſapientiam: lingua prauorum peribit. Ad nonam Capitulum.

Prou. 10 LAbia iuſti conſiderant placita: os impiorum peruerſa: ſimplicitas iuſtorum diriget eos: & ſupplātatio peruerſorum vaſtabit eos. Deo.

Lectio. Secundum Lucam.

Cap. 6. 

IN illo tempore. Deſcendēs Ieſus de monte ſtetit in loco campeſtri. Et reliqua.

Homelia venerabilis Bædæ presbyteri.

ET ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat. Beatī

Digitized by Google

pauperes quia veſtrũ eſt regnũ dei. Et ſi generaliter: omibus loquitur ſpecialius tamen oculos ſaluator in diſcipulos leuat: vt his qui verbũ intenta cordis aure percipiunt: latius ſaporis intimi lumen aperiat. Lectio.

Cui ſimile eſt quod Mathæus ait. Et cum ſediſſet: acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Et aperiens os ſuum docebat eos dicens. Beati pauperes ſpiritu. Nam quibus os in monte ſedens aperit vt magna ſublimiter audiant in eos oculos ſtans in campo dirigit vt audita patienter intelligant.

Lectio

Beati itaq̄ pauperes non vtiq̄ omnes: ſed illi tantummodo qui omne præſentis ſeculi tametſi altum videatur: pro nihilo culmen ducunt. Qui merito regni cœleſtis ꝑhibentur munere digni: quia delectationis humanę probantur cupiditate nudati. Tu. De vno confeſſore ad veſperas Añ. Sancte. N. Confeſſor domini precioſe: adeſto noſtris precibus pius ac propitius. Pſal. Laudate pueri dominum. 88 Capitulum.

Ecce ſacerdos magnus qui in diebus ſuis placuit deo & inuentus eſt iuſtus & in tempore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Deo gratias. ℟. Iuſtum deduxit dominus per vias rectas & oſtendit illi regnum dei & dedit illi ſcientiam ſanctorum. Honeſtauit illum in laboribus & compleuit labores illius. ℣. Immortalis eſt enĩ memoria illius quia & apud deũ nota eſt & apud homines. Hone. Hymnus. Eccle. ca. 44

Iſte

ISte confeſſor domini ſacratus feſta, plebs cuius celebrat per orbem: hodie lætus meruit ſecreta ſcandere cœli. Qui pius prudes humilis pudicus, ſobrius caſtus fuit & quietus: vita dum præſens vegetauit eius corporis artus. Ad ſacrũ cuius tumulum frequenter, membra languentum modo ſanitati quolibet morbo fuerint grauata reſtituuntur. Vnde nunc noſter chorus in honore ipſius hymnum canit hunc libenter: vt pijs eius meritis iuuemur: omne per æuum. Sit ſalus illi decus atq; virtus: qui ſupra cœli reſidens cacumen totius mundi machinam gubernat trinus & vnus. Amen. ℣. Amauit eum. Ad magni. añ. Iſte homo ab adoleſcẽtia ſua partim meruit infirmos curare: dedit illi dñs claritatem magnam cecos illuminare & dæmones effugare. Oratio.

DA quęſumus oꝑs Deus vt beati. N. confeſſoris tui atq; pontificis veneranda ſolennitas & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per. Alia oratio.

ADeſto dñe precib⁹ noſtris quas in beati. N. confeſſoris tui ſolennitate deferimus: vt q. noſtræ iuſtitię fiduciam non habemus eius qui tibi placuit: precibus & meritis adiuuemur. Per. Ad matut. inuit. Regem confeſſorum dñm. Venite adoremus. Pſal. Venite. In i. noct. aña. Beatus vir q. in lege dñi meditatur voluntas eius permanet die ac nocte: & omnia quæcunq; faciet ſemper ꝓſperabuntur. Pſal. Beatus vir. Aña. Beatus iſte ſanctus q. confiſus eſt in dño ꝑdicauit præce-

præceptum dñi: conſtitutus eſt in monte ſancto eius. Pſal. Quare fre. Aña. Tu es gloria mea: tu es ſuſceptor meus dñe: tu exaltans caput meum: & exaudiſti me de monte ſancto tuo. Pſal. Dñe quid multi. ℣. Amauit eũ dominus & ornauit eũ. Stola glorię induit eũ. Le. i. Sermo bti Maximi.

AD ſancti ac beatiſsimi iſtius patris noſtri. N. cuius hodie feſta celebramus laudes addidiſſe aliquid decerpſiſſe eſt cũ ſiquidẽ virtutum eius gratia nõ ſermonib⁹ exponenda: ſed ſanctis opibus ſit cõprobanda: Cũ eñi dicat ſcriptura: gloria patris & filius ſapiẽs: quãtę hui⁹ ſunt gloriæ qui tantorũ filiorum ſapientia & deuotione lætatur. In Chriſto enim Ieſu p euangeliũ ipe nos genuit. Tu. ℟. Euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudiũ dñi tui. ℣. Dñe quinq; talẽta tradidiſti mihi ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum. In. Lectio ij.

Quicquid igitur in hac ſancta plebe põt eſſe virtutis & gratiæ: de hoc quaſi de quodam fonte lucidiſsimo omnium riuulorũ puritas emanauit. Etenim qa caſtitatis pollebat vigore: qa abſtinentię gloriabatur anguſtijs quia blandimentis erat præditus lenitatis: omnium ciuiũ in deum ꝓuocauit affectũ: qa põtificis adminiſtratione fulgebat plures ẽ diſcipulis reliquit ſui ſacerdotij ſucceſſores. Tu. ℟. Ecce ſacerdos magn⁹ qui in diebus ſuis placuit deo. Ideo iureiurando fecit illum dominus creſcere in plebem ſuam. ℣. Benedi-

Ecce ctionem

Digitized by Google

ctionem omnium gentium dedit illi & teſtimonium ſuum confirmauit ſuper caput eius. Ideo

Lectio tertia.

Beati huius patris noſtri. N. merita iam in tuto poſita ſecuri fratres magnificemus: qui gubernaculũ fidei viriliter tenens: anchorã ſpei tranquilla iam in ſtatione cõpoſuit & plenã cœleſtib⁹ diuitijs & æternis mercib⁹ nauim in littore optato collocauit. Qui contra omnes aduerſarios ſcutũ timoris dei tandiu infatigabiliter tenuit donec ad victoriam perueniret. Tu. ℞. Iurauit dñs & non pœnitebit eũ. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem melchiſedech. ℣. Dixit dñs dño meo ſede á dextris meis. Tu. In ij. noct. añ. Inuocãtem exaudiuit dñs ſanctũ ſuum dñs: exaudiuit

1 eum & conſtituit eum in pace. Pſal. Cum inuo. Añ. Lætentur omẽs qui ſperant in te dñe: qm̃ tu

2 bñdixiſti iuſto: ſcuto bonę voluntatis coronaſti eum. Pſal. Verba mea. Añ. Dñe dñs noſter quã admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra: qa gloria & honore coronaſti ſanctũ tuum & conſtituiſti eum ſuper opera manuũ tuarũ. Pſal. Ipſum. ℣. Iuſtum deduxit. Lectio quarta.

Quid enim fuit totius vitę iſtius ſancti curſus niſi vnus cum vigili hoſte conflictus. Quãtis hic cœcis â via veritatis errantib⁹ & de ſumma iam in ꝓfundũ rupe pẽdentibus: amiſſum reddidit viſum & illum quo Chriſtus videretur reparauit intuitũ: his oĩbus in alia parte: ea q̃ aperuerat ſalubritate claudebat: ne ad cor tenebrę

membra per vias lucis intrarent. Tu. ℟. Poſui adiutoriũ ſuper potentẽ: & exaltaui electũ de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣ Inueni Dauid ſeruum meũ: oleo ſancto meo vnxi eũ.

Lectio quinta.

Iſte igitur beatus de quantorum cordibus quos iniquitas & impietas poſsidebat: fugauit luxuriã: deiecit iram: extinxit inuidiam: velut de antiqua domo barbaris hoſpitibus perturbatis reuocando illuc fidem: caſtitatem: iuſtitiam: miſericordiam: habitatores pacificos intromiſit: per quos in domicilium mentis caput horũ bonorũ Chriſtus intraret. Tu. ℟. Iſte homo ab adoleſcentia ſua partim meruit infirmos curare. Dedit illi dominus claritatem magnam cœcos illuminare & dæmones effugare. ℣ Ecce homo ſine quærela: verus dei cultor abſtinens ſe ab omni opere malo: & permanens in innocentia ſua. De.

Lectio ſexta

Hic quidem beatus pater in hac peregrinatione ſolo corpore conſtitutus: cogitatione & auiditate in illa æterna patria conuerſatus eſt: quia huic mundo crucifixus ac mortuus, quicquid laborauit totum in cœlo repoſuit. Vnde pro merito ſuo apud dominum coronam cõfeſſoris accepit. Cuius interuentio obtineat nobis veniam omniũ delictorum noſtrorũ: & perfrui gaudiis btõrum. Quod ipſe præſtare dignetur: qui viuit & regnat deus per omia ſecula ſeculorũ amẽ. Tu. ℟. Amauit eũ dñs & ornauit eũ ſtola gloriæ induit eũ. Ex

ad portas paradiſi coronauit eum. ℣. Induit eum
dñs lorica fidei & armauit eum. Et. In iij. noct.
Añ. Dñe iſte ſanct⁹ habitabit in tabernaculo tuo:
operatus eſt iuſtitiam requieſcet in monte ſcõ
7 tuo. Pſal. Dñe quis habi. Añ. Vitam petijt à te
tribuiſti ei dñe gloriam & magnũ decorẽ impo-
ſuiſti ſuper eum: poſuiſti in capite eius coronã de
12 lapide precioſo. Pſal. Dñe in virtu. Añ. Hic acci-
piet benedictionem à domino: & miſericordiã à
Deo ſalutari ſuo: q̃a hæc eſt generatio quæren-
25 tium dñm. Pſal. Dñi eſt ter. ℣. Non eſt inuen-
tus. Lectio vij. Secundum Mathæum.

cap. 25



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos & tradidit illis bona ſua: Et reliqua. Homelia beati Gregorij Papæ.

Lectio ſancti euangelij fratres chariſsimi ſolicite conſiderare nos admonet: ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur: ab auctore mundi grauius inde iudicemur: cum enim augentur dona: rationes etiam creſcunt donorũ: Tanto igitur humilior eſſe atq; ad ſeruiendum promptior quiſq; debet ex munere: quanto ſe obligatorem eſſe conſpicit in reddenda ratione. Tu autem. ℟. Iſte homo perfecit omnia quæ locutus eſt ei deus: & dixit ad eum. Ingredere in requiem meam: quia te vidi iuſtum coram me

ex

Digitized by Google

ex omnibus gentibus. Iuſtum deduxit dñs per vias rectas: & oſtendit illi regnum dei. Ingre.

Lectio octaua.

Ecce homo qui peregre ꝓficiſcitur: ſeruos ſuos vocat: eiſq; ad negociū talenta partitur. Poſt multum vero tp̄is poſiturus rationē reuertitur: bn̄ operantes pro apportato lucro remunerat: ſeruum vero a bono opere torpentem damnat. Quis itaq; iſte homo eſt qui peregre ꝓficiſcitur: niſi redemptor noſter: qui in ea carne: quam aſſumpſerat: abijt in cœlū. Carnis em̄ locus ꝓprie terra eſt q̄ quaſi ad pegrinandū ducitur. dū p redemptorem noſtrū in cœlo collocatur. V u. ℞. Iſte eſt qui ante deum magnas virtutes operatus eſt: & omnis terra doctrina eius repleta eſt. Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. Iſte eſt qui contempſit vitam mundi & peruenit ad cœleſtia regna. Ipſe in.

Lectio ix.

Sed homo iſte pegre proficiſcens: ſeruis ſuis bona ſua tradidit: q̄a fidelib⁹ ſuis ſp̄ualia dona cōceſſit. Et vni quidē quinq; talenta: alij vero duo: alij vero cōmiſit vnum. Quinq; enim ſunt corporis ſenſus videlicet viſus auditus guſtus odoratus & tactus. Quinq; igitur talentis: donum quinq; ſenſuū ideſt exteriorū ſcientia exprimitur. Duobus vero intellectus & opatio deſignatur. Vnius aūt talenti noīe. intellectus tantūmodo deſignatur. Tu. ℞. Seruus meus es tu. q̄a in te cōplacuit aīæ meæ. Ingredere iā in locū exultationis & leticiæ ſodalium tuorum. Pro eo q̄d rogaſti me exau-

Digitized by Google

diui te. In. ℟. Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominib⁹ expectantib⁹ dñm ſuũ:qñ reuertatur â nuptijs. ℣. Vigilate ergo quia neſcitis quâ hora dñs veſter venturus ſit. E:. Ad lau. añ. Ecce ſacerdos magnus:ꝗ in diebus ſuis placuit deo: & inuen-
69 tus eſt iuſtus. Pſal. Dominus reg. Añ. Nõ eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legem excelſi. Añ. Ideo iureiurãdo fecit illum dñs creſcere in plebem ſuam. Añ. Bñdictionem oium gentium dedit illi & teſtamantum ſuum confirmauit ſuper caput ei⁹. Añ. Statuit illi dñs teſtimoniũ ſempiternum & dedit illi ſacerdotium magnum Vel añ. Fidelis ſeruus & prudens quẽ conſtituit dñs ſuper familiam ſuam. Capitulum vt ſupra hymn⁹. Ad ſacrum cuius. ℣. Os iuſti meditabitur. Ad bñs añ. Euge ſerue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam dicit dominus. Ad ſextam capitulum

Eccle. ca 44 BEnedictionem oium gentiũ dedit illi: & teſtamentũ ſuũ confirmauit ſuper caput eius: cognouit eum in benedictionibus ſuis: conſeruauit illi miſericordiã ſuam & inuenit gratiã coram oculis domini. Ad ix. Capitulum.

STatuit illi teſtamentum ſempiternum & dedit illi ſacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria: fungi ſacerdotio & habere laudem in noĩe ipſius & offerre illi incenſum dignum in odorem ſuauitatis. Deo. Ad ſecundas veſpe. Aña. Ecce ſacerdos magn⁹. Pſ. Dixit dñs.

Conſi-

Digitized by Google

Confitebor tibi dñe. Beatus vir qui ti. Credidi ꝓpter. In conuertendo. Cap̄. & Hymn. vt ſup. ℞. Sint lumbi veſtri. Ad magnifi. añ. Sacerdos & põtifex & virtutum opifex bonus paſtor in populo: ſic placuiſti dño. Oratio vt ſup. de ſimplici confeſſore ad veſp. añ. Sancte. N. confeſſor dñi. Pſal. Laudate pueri dñm. Cap̄. Dedit dñs confeſsionē ſã. Quære infra inter capitula. ℞. Iuſtum deduxit. Hymnus. Iſte confeſſor dñi. ℣. Amauit eum dominus & ornauit eum. Stola. Ad magni. añ. Iſte homo. Oratio. Adeſto domine ſupplica. Vt ſup. inuit. Regem confeſſorum. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Beatus vir qui in lege do. Vt ſup. cum cæteris añ. & Pſal. Lectio prima.

GLorioſus confeſſor: cuius hodie ſolennitate lætamur in omni ſe ſanctitatis forma exhibuit. Nam ſicut aduena & peregrinus vitam iſtam pertranſijt quantūcunq; minus potuit de mundi huius rebus accepit: vtpote ſe non eſſe de hoc mūdo cognoſcēs. Nō habebat itaq; hic manentē ciuitatē: ſicut nec patres ſui: ſed extētus ad potiora ꝓperabat ad palmam vocationis. Tu aūt. ℞. Euge ſerue bone. Lectio ij.

Erat hic ſanctus confeſſor vere mitis & humilis corde: ſeq; amabilē & affabilē exhibebat. Quis vnquã ex ore eius verbū detractionis ſcurrilitatis: vel glorię inanis ſermonē aut inuidię vocem audiuit? Quis eum alios iudicantem vel iudicantibꝰ cōſentientē aliqñ dep̄hendit? Quis eum vana loquētē audire potuit? Nimirū ſolicite cuſtodiebat

vias ſuas vt non delinqueret in lingua ſua. Tu. ℞. Iuſtus germinabit. De vno martyre quære.

Lectio tertia.

Quanti aũt feruoris in ope dei diebus ac noctibus vſq; ad mortẽ fuerit: mirandũ exiſtit. Sic enĩ in ſe viſcera pietatis induerat vt omnes excuſaret: & pro omnibus etiam neſcientibus intercederet nõ acceptator vtiq; perſonarũ. Sed neceſſitatum. Tu aũt dñe. ℞. Deſiderium animæ.

Quære de vno martyre. Lectio quarta.

ERat enim dulcis ſermone: ſtrenu⁹ opere feruens charitate: in commiſſo fidelis: in conſilio circunſpectus: ſuper cæteros cõpoſitus idem omni tẽpore permanẽs. Tu. ℞. Iſte cognouit Quære de vno martyre. Lectio quinta.

Fuit vir iſte de numero virorum de quibus dicitur. Deridetur ſimplicitas iuſti. Animus quippe viri iuſti nonnunq̃ operi recto conſtanter innititur: & cum humanis ſuaſionibus vrgetur: mira agit: & opprobata accipit: quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas reputatur. Quid ſapienti⁹ iuſti ſimplicitate? ℞ Iſte homo ab adolc.

Lectio ſexta.

Sicut enim cupiẽs depingere domũ ſuam pquirit qualq; imagines quas ante pictoris ponat aſpectum: vt ille transferat in parietẽ opus alienum: ita deus noſter ad ornandas aĩas noſtras: in quædam exemplaria: viuendi viri huius geſta ſcilicet & merita demonſtrauit. Tu. ℞. Amauit eum. Vt ſup. de cõfeſſore pontifice. Hom. vt infra. ℞.

Iſte

Digitized by Google

Iſte homo perfecit ℟. Iſte eſt qui ante deum. ℟.
Sint lumbi vt ſup. laud. Ecce confeſſor magnus.
Cum cæteri vt ſup. Ad ij. veſp. añ. Ecce confeſſor
magnus vt ſup. Pſal. Dixit dominus do. Confite- 87
bor. Beatus vir. Credidi. In conuertendo. ℟. Ser- 102
uus meus es tu. Ad magn. añ. Similabo eum viro
ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſupra petrã.
Alia añ. Serue bone & fidelis: quia in pauca fuiſti
fidelis ſupra multa te conſtituam intra in gaudiũ
domini tui. Lectio. Secundum Lucam.



IN illo tẽpore. Dixit Ieſus Ca. 2.
diſcipulis ſuis. Nemo accẽdit lucernam & in abſcondito ponit neq; ſub modio: ſed ſupra candelabrũ vt qui ingrediuntur lumen videant. Et reliqua. Hom. venẽ. Bedæ. Presbyteri.

De ſeipſo dominus hæc loquitur oſtendens: & ſi ſupra dixerit: nullum generationi nequam niſi ſignum Ionæ dandum: nequaquam tamen lucis ſuę claritatem fidelibus occultandam. Tu autem domine. Lectio.

Ipſe quippe lucernam accendit qui teſtam humanæ naturę flãma ſuæ diuinitatis impleuit: quã profecto lucernam nec credentibus abſcondere nec modio ſupponere: hoc eſt ſub menſura legis includere: vel intra vnius Iudeæ gentis terminos voluit cohibere: ſed ſupra candelabrum inquit vt qui ingrediuntur lumen videant. Lectio.

Digitized by Google

Candelabrum Eccleſiam dicit: cui lucernam ſuperpoſuit: quia noſtris in frontibus fidem ſuæ incarnationis affixit: vt qui Eccleſiam fideliter ingredi voluerint: lumen veritatis palam queant intueri. Qua ſententia Iudęorũ quoq́ proceres condemnati: qui ſigna quærentes exterius: apertam lucis ianuam noluerunt intrare credendo. Tu autem.

Secundum Mathæum.

Ca. 24 IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate quia neſcitis qua hora dominus veſter vẽturus ſit. Et reliqua. Homelia beati Fulgentij.

Dominicus ſermo quem debemus omnes non ſolum ſtudioſe verumetiam ſapienter audire: cui nos oportet humiliter ac delectabiliter obedire: moderationis ſuæ tenẽs vbiq́ temperiem: vt nec ouibus deſint pabula: nec paſtoribꝰ alimenta: quædam ſpecialiter ſolis præcepit nobis: quædam vero generaliter: & nobis & vobis. Tu autem domine.

Lectio.

Nobis namq́: ideſt ſeruis quos paterfamilias rerum omnium dominus ad hoc in ſua magna domo conſtituit: vt populo eius verbum gratiæ miniſtremus: ſpecialiter iniungitur ſanctæ prædicationis offi̅ n. Generaliter vero & nobis & vobis ſalutaris indicitur obedientia mandatorum. Tu autem domine.

Lectio.

In quibus denuo mandatis tanquam ditiſsimis ferculis: ſic cœleſtium deliciarum copia ſpiritualis exuberat: vt in verbo dei abundet quod perfectus comedat: abundet etiam quod paruulus ſugat.

Digitized by Google

gat. Ibi eſt enim ſimul & lacteus potus quo tenera fidelium nutriatur infantia: & ſolidus cibus quo robuſta perfectorum iuuentus ſpiritualia ſanctæ virtutis accipiat incrementa. Tu autem domine.

Secundum Lucam.



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnum & reuerti. Et reliq. Home. vener. Bedæ Presbyteri. Ca. 19.

Homo nobilis eſt Chriſtus. Longinqua regio eſt Eccleſia ex gentibus: de qua eidem homini nobili loquenti: ego autem conſtitutus ſum rex ab eo. dicitur à patre. Poſtula à me: & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quæ videlicet hęreditas ac poſſeſſio bifaria rõne regio longinqua vocatur: vel quia à finibus terræ clamat ad dominum: vel quia longe eſt à peccatoribus ſalus. Lectio.

Et cum deus vbiq; ſit pñs: longe tamen ab eorum ſenſu qui idola colũt deus verus abeſt. Sed qui erãt lõge: facti ſunt ꝓpe in ſanguine Chriſti. Abijt enĩ Chriſt⁹ ab excæcatis Iudęis ad gẽtes illuminãdas: in fine reuerſurus qñ oĩs Iſrael ſalu⁹ erit. Vocatis autẽ decẽ ſeruis dedit illis decẽ minas. Denarius numerus ad legem pertinet: propter decalogum. Lectio.

Vocat itaq; paterfamilias decem ſeruos: quia elegit

elegit diſcipulos per literam legis imbutos. Dat illis decem minas: quia legis dicta ſpiritualiter intelligenda reuelat. Poſt paſſionem quippe reſurrectionemq́; ſuam aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. Mina namq́;: quam Græci mna vocant: centum dragmis appẽditur. Et omnis ſcripturæ ſermo: quia vitæ cœleſti ſuggerit: quaſi numeri centenarij pondere fulgeſcit. Tu autem.

Secundum Lucam.

Lu.12.



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Et reliqua. Homelia beati Gregorij Papæ.

Sancti Euãgelij fratres chariſſimi aperte nobis lectio eſt recitata: ſed ne aliquibus ipſa eius planicies alia fortaſſe videatur eam ſub breuitate tranſcurrimus quatinus eius expoſitio: ita neſcientibus fiat cognita: vt tamen ſcientibus non ſit oneroſa. Quia viris luxuria in lũbis ſit: fœminis in vmbilico: teſtatur dominus qui de diabolo ad beatum Iob loquitur dicens. Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo illius in vmbilico ventris eius. Tu.

Lectio.

A principali igitur ſexu lumborum nomine: luxuria deſignatur: cum dominus dicit Sint lumbi veſtri præcincti. Lumbos enim præcingimus: cũ carnis luxuriam per continentiã coartamus: Sed quia minus eſt mala non agere niſi etiam quiſq́; ſtu-

ſtudeat & bonis operibus inſudari: protinus addi-
tur. Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Tu
autem.

Lectio.

Lucernas quippe ardentes in manibus tenemus
cum per bona opera proximis noſtris lucis exē-
pla monſtramus: de quibus profecto operibus do
minus dicit. Luceat lux veſtra coram hominib⁹:
vt videant opera veſtra bona: & glorificent patrē
veſtrum qui in cœlis eſt. Duo enim ſunt quæ iu-
bentur: & lumbos reſtringere: & lucernas tenere:
vt & mundicia ſit caſtitatis in corpore: & lumen
veritatis in operatione. Tu autem domine.

Secundum Mathæum.

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vos
eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal euanuerit in quo ſalie
tur? Ad nihilum valet vltra niſi vt mittatur fo-
ras: & conculcetur ab hominibus. Et reliqua. Cap. 5.

Homeli .

Oſtendit dominus doctores eſſe ſanctæ Eccleſiæ
cum per eos illuminantur corda credentium: qui
tenebris ignorantiæ vel etiam mortalium crimi-
num oppreſſi lumen verum: ideſt ipſum Chriſtū
redemptorem ſuum per eorum prędicationē a-
gnoſcunt.

Lectio.

Sicut ciuitas autem in excelſo monte doctores
poſiti ſunt vbi omnis eorum conuerſatio omni-
bus innoteſcit. Neceſſe eſt igitur vt qui eminen
tiori pręſident loco exempla ſanctitatis & iuſti-
tiæ palam omnibus demonſtrent: vt prædicationi
vita concordet. Tu.

Lectio.

Docet

Digitized by Google

Docet autem dominus fiduciam prædicandi habere doctores ne abſcondantur ob metum: ſed tota ſe libertate prodãt: vt quod ſpiritualiter in ſcripturis intelligunt: & verbis & exemplis annunciare non negligant. Dominus autem & ſaluator noſter lucernam accendet: qui teſtam humanæ naturæ flamma ſuæ diuinitatis impleuit. Tu. Cap̃.

Sap. 7. OPtaui & datus eſt mihi ſenſus & inuocaui & venit in me ſpiritus ſapientiæ: & præpoſui illam regnis & ſedibus: & diuitias nihil eſſe dixi in cõparatione illius. Deo. Ad vi. Cap̃.

Sap. 7. SVper ſalutem & ſpeciem dilexi illam: & propoſui pro luce habere illam: quoniã inextinguibile eſt lumen eius: venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa: & innumerabilis honeſtas per manus illius. Ad nonam Cap̃.

Sap. 7. ET lætatus ſum in omnibus quoniam antecedebat me iſta ſapientia & ignorabam quoniã bonorum omnium mater eſt: quam ſine fictione didici: & ſine inuidia communico bonis illius: & honeſtatẽ illius non abſcondo. Aliud Ca.

Sap. 10 IVſtum deduxit dñs per vias rectas: & oſtendit illi regnum Dei: & dedit illi ſcientiam ſanctorum: honeſtauit illũ in laboribus: & compleuit labores illius. Deo. Ad ſextam Cap̃.

Sap. 10 IN fraude circumuenientium eum: illi affuit: & honeſtum fecit illum: cuſtodiuit eum ab inimicis: & à ſeductoribus tutauit illum: & certamẽ forte dedit illi: vt vinceret: & ſciret qm̃ potentior omnium eſt ſapientia. Ad nonam Capitulum.

HAEc venditum iuſtum non dereliquit: ſed á peccatoribus liberauit eum deſcenditq; cũ illo in foueam: & in vinculis nõ dereliquit eum: donec auferret illi ſceptrum regni: & potentiam aduerſus eos: qui eum deprimebant: & mendaces oſtendit qui maculauerunt illum: & dedit illi claritatem æternam dominus deus noſter. Sap. 10

Aliud Capitulum.

FRatres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundũ legẽ: icci rco quod morte prohiberentur permanere: Ieſus autem eo quod maneat in æternum ſempiternum habet ſacerdotum. Deo gratias. Heb. 7

Ad ſextam Capitulum.

VNde & ſaluare in perpetuum poteſt: accedens per ſemetipſum ad deum ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Heb. 7

Ad nonam Capitulum.

TAlis enim decebat: vt nobis eſſet pontifex ſanctus innocens: impollutus: ſegregatus á peccatoribus & excelſior cœlis factus. Deo gratias. Heb. 7

Aliud Capitulum.

DEdit dominus confeſsionem ſancto ſuo: & excelſo in verbo gloriæ: de omni corde ſuo laudauit dominum: & dilexit eum qui fecit illum Deo. Ec. 47

Ad ſextam Capitulum.

ET dedit illi contra inimicos potentiã: & ſtare fecit cantores contra altare: & in ſono eorum dulces fecit modulos: & dedit in celebrationibus decus: & ornauit tempora vſq; ad cõſummationem vitæ. Ec. 47

Ad nonam Capitulum.

Sapien-

Digitized by Google

Eccle. ca. 47. SApientia laudabit animam ſuam:& in deo honorificabitur:& in medio populi ſui gloriabitur:& in Eccleſijs altiſsimi aperiet os ſuum & in conſpectu virtutis illius gloriabitur. Deo gr.

Aliud Capitulum.

Eccle. ca. 50. ECce ſacerdos magnus qui in vita ſua ſuffulſit domum & in diebus ſuis corroborauit templum:templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt:duplex ædificatio & excelſi parietes templi.

Ad ſextam Capitulum.

Eccle. ca. 50. IN diebus ſuis emanauerunt putei aquarum & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modũ qui curauit gentem ſuam & liberauit eam â perditione:qui præualuit amplificare ciuitatem : qui adeptus eſt gloriã in conuerſatione gentis & ingreſſum domus & atrij amplificatus eſt. Ad nonam Capitulum.

Eccle. ca. 50. QVaſi ſtella matutina in medio nebulę : & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet & quaſi ſol refulgens ſic ille effulſit in tẽplo dei: & quaſi arcus refulgẽs inter nebulas gloriæ:& quaſi flos roſarum in diebus vernis : & quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ & quaſi thus redolens in diebus ęſtatis. Aliud Capitulum.

Eccle. ca. 39. IVſtus cor ſuum tradet ad vigilandũm diluculo ad dominum qui fecit illum:& in conſpectũ altiſsimi deprecabitur:aperiet os ſuum in oratione:& pro delictis ſuis deprecabitur. Ad vi. Cap.

Eccle. ca. 39. SI enim dominus magnus voluerit ſpiritu intelligentiæ replebit eum:& ipſe tanquam imbres

Digitized by Google

bres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ & in oratione confitebitur domino: & ipſe diriget conſilium eius & diſciplinam & in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ad nonam Capitulum.

COllaudabunt multi ſapientiam eius & vſque in ſęculum non delebitur non recedet memoria eius & nomen eius requiretur à generatione in generationem. Aliud Capitulum. Ec. 39.

DIlectus deo & hominibus: cuius memoria in benedictione eſt ſimilem illum fecit in gloria ſanctorum & magnificauit eum in timore inimicorum: & in verbis ſuis monſtra placauit. Ad ſextam Capitulum. Ec. 45.

GLorificauit eum in conſpectu regum; & vnxit illum coram populo ſuo & oſtendit illi gloriam ſuam. Ad nonam Cap. Ec. 45.

IN fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne: audiuit enim vocē ipſius & induxit illum in nube & dedit illi cor ad præcepta & legem vitæ & diſciplinę. Aliud Ca. Ec. 45.

Omnis Pontifex ex hominibus. Quære ſupra de vno martyre. De pluribus Confeſſoribus ad primas veſp. añ. Sanctum & verum lumen. Quære de mar. Capitulum.

FRatres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundū legem: iccirco quod morte prohiberētur permanere Ieſus autem eo quod maneat in æternum ſempiternum habet ſacerdotium. Deo. Heb. 7

℞ Sint lumbi veſtri.

Vt ſupra. Hymnus.

Ffff Deus

Eccle. ca. 47. SApientia laudabit animam ſuam:& in deo ho
norificabitur:& in medio populi ſui gloriabi-
tur:&in Eccleſijs altiſsimi aperiet os ſuum &
in conſpectu virtutis illius gloriabitur. Deo gr.

Aliud Capitulum.

Eccle. ca. 50. ECce ſacerdos magnus qui in vita ſua ſuffulſit
domum & in diebus ſuis corroborauit tem-
plum:templi etiam altitudo ab ipſo fundata
eſt:duplex ædificatio & excelſi parietes templi.

Ad ſextam Capitulum.

Eccle. ca. 50. IN diebus ſuis emanauerunt putei aquarum &
quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modū qui cu-
rauit gentem ſuam & liberauit eam à perditio
ne:qui præualuit amplificare ciuitatem : qui ade-
ptus eſt gloriā in conuerſatione gentis & ingreſ-
ſum domus & atrij amplificatus eſt. Ad nonam

Capitulum.

Eccle. ca. 50. QVaſi ſtella matutina in medio nebulę : &
quaſi luna plena in diebus ſuis lucet & qua
ſi ſol refulgens ſic ille effulſit in tēplo dei:
& quaſi arcus refulgēs inter nebulas gloriæ:& qua
ſi flos roſarum in diebus vernis : & quaſi lilia quæ
ſunt in tranſitu aquæ & quaſi thus redolens in die
bus ęſtatis. Aliud Capitulum.

Eccle. ca. 39. IVſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo
ad dominum qui fecit illum:& in conſpectu al
tiſsimi deprecabitur:aperiet os ſuum in oratio
ne:& pro delictis ſuis deprecabitur. Ad vi. Cap.

Eccle. ca. 39. SI enim dominus magnus voluerit ſpiritu in-
telligentiæ replebit eum:& ipſe tanquam im
bres

bres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ & in oratione confitebitur domino: & ipſe diriget conſilium eius & diſciplinam & in abſconditis ſuis conſiliabitur.

Ad nonam Capitulum.

COllaudabunt multi ſapientiam eius & vſq; in ſeculum non delebitur non recedet memoria eius & nomen eius requiretur à generatione in generationem. Aliud Capitulum. Ec. 39.

DIlectus deo & hominibus: cuius memoria in benedictione eſt ſimilem illum fecit in gloria ſanctorum & magnificauit eum in timore inimicorum: & in verbis ſuis monſtra placauit. Ec. 45.

Ad ſextam Capitulum.

GLorificauit eum in conſpectu regum; & vnxit illum coram populo ſuo & oſtendit illi gloriam ſuam. Ec. 45.

Ad nonam Cap.

IN fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum: & elegit eum ex omni carne: audiuit enim vocē ipſius & induxit illum in nube & dedit illi cor ad præcepta & legem vitæ & diſciplinę. Aliud Ca. Ec. 45.

Omnis Pontifex ex hominibus. Quære ſupra de vno martyre. De pluribus Confeſſoribus ad primas veſp. añ. Sanctum & verum lumen. Quære de mart. Capitulum.

FRatres. Plures facti ſunt ſacerdotes ſecundū legem: iccirco quod morte prohiberētur permanere Ieſus autem eo quod maneat in æternum ſempiternum habet ſacerdotium. Deo. Sint lumbi veſtri. Heb. 7

Vt ſupra. Hymnus.

DEus plaſmator cunctorum: thronos guber nans polorum: arce qui de ſummorũ Chaos vides infirmorum. Vt dulcores per tuorum ſeptiformium donorum ad amorem æternorum cor inflammes terrenorum. Huius boni largitate quæ prodit deus â te: confeſſorum robo ratę mentes ſunt & illuſtratę. Hi caſtigant nocitura & fatigant carnis iura: mundi bella calcant dura pro ſalutis ſpe futura. Hi viuũt & quięti prũdentes & manſueti: ſanctitatis norma freti: in aduerſis gaudent læti. Mundi luxus inimici caſti ſpernunt & pudici: ac pro curſu tam fælici dei facti ſunt amici. Horum ſtatus cum decorus dulci melo cum ſit canorus ipſorum hymnum hunc ſonorus noſter lætus pſallat chorus. Patri decus increato vnigenitoq́; nato ab vtroq́; propagato: laus ſit pneumati ſacrato. Amen. ℣. Lętamini in domino. Ad magn. aña. Abſterget deus omnem.

Collecta.

DEus qui nos ſanctorum Confeſſorum tuorum pontificum. N. & N. Confeſsionibus glorioſis circundas & protegis da nobis ex eorum imitatione proficere & interceſsione gau dere. Per. Inuitatorium. Regem Confeſſorum. Pſal. Venite. Ad noct. añ. Secus decurſus aquarũ. Cũ cæteris añis & Pſal. Require de martyribus.

Lectio prima.

ISti ſunt qui venerunt ex magna tribulatione. Duplex tribulatio legitur in ſcripturis. Vna cul parum de qua dicitur. Pauci facti ſunt & vexati

ſunt

ſunt â tribulatione malorum & dolorum. Altera pœnarum & tormentorum de qua ſcriptum eſt. Clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de neceſsitatibus eorum liberauit eos. ℟. Abſterget deus omnem. Lectio ſecunda

Tribulationem iſtam tres hoſtes infligunt: mundus caro & diabolus. Mundus propinat ſæcularia blandimenta. Caro aſſumit ſæcularia illicita deſideria. Diabolus concludit ſempiterna tormenta. Tu autem domine. ℟. Propter teſtamentum.

Lectio tertia

Primus hoſtis eſt contemnendus. Secundus cõprimendus. Tertius expugnandus. Contra mundum dicitur. Nolite diligere mundũ neq; ea quæ in mundo ſunt. Contra carnem dicitur. Deſideria carnis fugite quæ militant aduerſus animam. Contra diabolum dicitur: aſſumite ſcutum fidei vt poſsitis extinguere ignea tela nequiſsimi hoſtis. Tu. ℟. Certamen magnum. In ij. noct. añ Scuto bone. Lectio quarta

Ex hac tribulatione venerunt ſancti dei per viam trium dierum vt ſacrificarent domino in deſerto. Nam via primæ diei eſt vitatio ꝓhibitorum. Via ſecundæ diei eſt executio præceptorum. Via tertiæ diei eſt ſupererogatio conſiliorum. Tu. ℟. Corpora ſanctorum in pace ſepulta ſunt. Et viuent nomina eorum in ſæculum ſæculi. ℣. Iuſti autem in perpetuum viuent: & apud dominum eſt merces eorum. Et. Lectio v.

Per primam viam percurrunt illud mandatum.

Digitized by Google

Quod tibĩ non non vis fieri alijs non feceris. Per ſecundum viam. Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines eadem facite illis. Per tertiam viam percurrunt illud conſilium. Si vis perfectus eſſe: vade & vende omnia quæ habes: & da pauperibus. Tu. ℟. Fulgebunt iuſti ſicut lilium: & ſicut roſa in Hierico. Florebunt ante dominum. ℣. Plantati in domo domini: in atrijs domus dei noſtri. Florebunt. Lectio ſexta.

De vijs illis legitur. In mandatis tuis exercebor & conſiderabo vias tuas. Sed & in ipſa via multas & magnas tribulationes paſsi ſunt: corde ore & opere. Corde tribulati ſunt per triſtitias & dolores. Ore per contumelias & terrores. Opere per anguſtias & labores. ℟. Sancti mei qui. Home. Sint lumbi veſtri. vt ſup. ℟. Exultabunt ſancti in gloria. Lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Iuſti epulentur in exultatione in conſpectu dei: & delectentur in lætitia. Le. ℣. In circuitu tuo domine lumen eſt quod nunquam deficiet vbi conſtituiſti lucidiſsimas manſiones. Ibi requieſcunt ſanctorum animæ. ℣. Magnus dominus & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Ibi. ℟. Sint lumbi veſtri. Ad laud. añ. Super niuem dealbabũtur: ſancti tui domine. Añ. Dabo ſanctis meis locum nominatum in regno patris mei. Añ. Sancti qui ſperant in domino habebunt fortitudinem: aſſumēt pēnas vt aquilę volabunt & nō deficiēt. Añ. Corpora ſanctorũ in pace ſepulta ſunt & viuēt noĩa eorũ in æternũ. Añ. Fulgebunt iuſti ſicut

Digitized by Google

cut ſol in regno patris eorũ. Cap. vt ſup. Hymnus.

CHriſte lucis ſplendor vere nos benignus intuere ſemp nobis parcens miſerere Cõfeſſorum precibus. Hi talenta ſibi data ſolerter elaborata tibi reddunt duplicata cum laborũ fructibus. Chriſtum regem conuiuantẽ: fidos ſeruos pręmiantem. præſtolantur remeãtem lucernis ardentibus. In paucis examinati fide pollent roborati: ad maiorum ſunt vocati gaudiorum pręmia. Quorum precibus iuuemur: & exemplis informemur: Chriſte tecum vt lętemur in cœleſti patria. Amen. ℣. Iuſtorum animæ. Ad bñs añ. Sint lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardentes in manib⁹ veſtris dicit dominus. Ad horas dici añæ de lau. ℞. & ℣. de martyribus. Ad vi. Cap.

VNde & ſaluare in perpetuum poteſt: accedens per ſemetipſum ad deum: ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Ad nonam Capitulum. Heb. 7

TAlis enim decebat: vt eſſet nobis pontifex: ſanctus: innocens: & impollutus: ſegregatus â peccatoribus & excelſior cœlis factus. In ĳ. veſp. añ. Virgam virtutis. Per totum. In communi virginum. Ad primas veſp. añ. Veni electa mea: & ponam in te thronũ meũ: quia cõcupiuit rex ſpẽm tuã. Pſal. Laudate pueri dom. Cap. Heb. 7.

FRatres. Qui gloriatur: in domino glorietur: non enim qui ſeipſum cõmendat: ille probatus eſt: ſed quẽ deus commendat. ℞. Regnum mũdi & omnẽ ornatũ ſęculi contẽpſi ꝓpter amorem 2. Corin. 10.

Digitized by Google

rẽ dñi mei Ieſu Chriſti. Quem vidi: quem amaui: in quẽ credidi: quẽ dilexi. ℣. Eructauit cor meum verbũ bonũ dico ego opera mea regi. Quẽ. Hy.

VIrginis proles opifexq́ matris: virgo quem geſsit pepericq́ virgo: virginis feſtum canimus trophęum: accipe votum. Hęc tua virgo duplici beata ſorte: dum geſsit fragilem domare corporis ſexum: domuit cruentum corpore ſeclũ. Vnde nec mortẽ nec amica mortis ſęua pœnarum genera paueſcẽs ſanguine fuſo meruit ſecretum ſcandere cœlum. Huius obtentu deus alme: noſtris parce iam culpis: vicia remittens: quo tibi puri reſonemus almum pectoris hymnum. Gloria patri genitęq́ proli: & tibi compar vtriusq́ ſemper ſpiritus alme deus vnus omni tẽpore ſecli. Amen. ℣. Spẽ tua. Ad ma. añ. Simile eſt reg cœlorum decẽ virginibus: quæ accipientes lampades ſuas: exierunt obuiam ſponſo & ſponſæ: quinq́ erant fatuę & quinq́ prudentes alleluia.

Oratio.

EXaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beatæ N. virginis tuæ feſtiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Ad matut. inuit. Regem virginum dominum. Venite adoremus. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Hæc eſt virgo ſapiens & vna de numero prudentium. Pſalm. Domine domi. noſter. Añ. Hæc eſt virgo ſapiens:
11 q̃ dñs vigilãtẽ inuenit. Pſ. Cœli en. añ. Media nocte clamor fact⁹ eſt: ecce ſpõſus venit: exite obuiã
15 ei. Pſ. Dñi eſt. ℣. Spe tua. & pulchri. Lectio prima.

Ex

Ex Hom. Gregorij Papæ ſuper Euangelio. Simi-le eſt regnũ cælorum decem virginibus.

CVm irẽt fatuę virgines oleum emere: venit ſpõſus: quia cũ vitę ſuę teſtimoniũ â ꝓximis querũt Iudex venit qui nõ tm̃ opum: ſed cordiũ teſtis eſt. Quę aũt paratę erãt intraue-rũt cũ eo ad nuptias: & clauſa eſt ianua O ſi ſape-re in cordis palato poſſim⁹ qd admirationis habet qđ dicitur: venit ſpõſus quid dulcedinis: intraue-rũt cũ eo ad nuptias: quid amaritudinis: & clauſa eſt ianua. T. ℟. Veni ſpõſa Chriſti: accipe coronã quã tibi dñs præparauit. Pro cui⁹ amore ſanguinẽ tuũ fudiſti & cũ angelis in paradiſum introiſti. ℣. Veni electa mea & ponã in te tronum meũ: quia coucupiuit rex ſpeciem tuam Pro Lectio ij.

VEnit quippe ille qui aduentu ſuo clemẽta cõcu-tit: in cui⁹ cõſpectu cœlũ cũ terra contremiſcit. Vñ etiã per Prophetã dicit. Adhuc ſemel: & ego mouebo nõ ſolũ terrã: ſed etiã cœlũ. Ad cuius e-xamẽ: oẽ humanũ genus deducitur. Cui ad vindi-ctã malorũ remunerationẽq; bonorũ Angeli Ar-changeli throni principatus & dominationes ob-ſequuntur. T. ℟. Concupiuit rex ſpeciẽ tuã. Quia ipſe eſt dominus deus tuus & adorabunt eum. ℣. Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna. Quia ipſe. Lectio tertia.

PEnſate ergo fratres chariſſimi ante conſpe-ctum tanti iudicis quis in illa die terror erit quan do iam in pœna remedium non erit. Quæ illa cõ-fuſio cui reatu ſuo exigente contingit in conuen tu omnium hominum & Angelorũ erubeſcere.

Digitized by Google

Qui paſtor eum quem & tranquillum mens humana capere non valet etiam iratum videre. Tu. ℞. Media autem nocte clamor factus eſt. Ecce ſponſus venit exite obuiam ei. ✠ Prudentes autẽ virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Ecce. In ij. noct. añ. Prudẽtes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lãpadibus. Pſal.
31 Eructauit. Añ. Prudentes virgines aptate lampades veſtras: ecce ſponſus venit exite obuiam ei.
32 Pſ. Deus noſter. Añ. Tunc ſurrexerũt omnes vir-
64 gines illę: & ornauerunt lampades ſuas. Pſa. Fundamen. ✠. Diffuſa eſt gratia.

Lectio quarta

QVem diem bene intuens Propheta ait. Dies iræ dies illa: dies tribulationis: & anguſtiæ: dies calamitatis & miſeriæ: dies tenebrarũ & caliginis: dies nebulę & turbinis: dies tubę & clangoris. Pẽſate fratres chariſsimi extremi diem iudicij ſuper corda reproborum: qua aſperitate vidit propria amareſcere: quem tot appellationibus non valet explicare. Tu autem. ℞. Hæc eſt virgo ſapiens: quam dominus vigilantem inuenit quæ acceptis lampadibus ſumpſit ſecum oleum. Et veniente domino introiuit cum eo ad nuptias. ✠. Media autem nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Ecce.

Lectio quinta.

Quanta vero tunc erit electorum lęticia: qui de eius mirentur viſione gaudere: de cuius conſpectu vident & elementa cõtremiſcere: cũ eo ſimul

ad nu-

ad nuptias intrare: qui & in ſponſi nuptijs gaudent: & tamen ipſi ſunt ſponſa. Quia in illo regni ęterni thalamo viſioni noſtrę deus coniungitur: quæ ſcilicet: viſio nunꝗ iam in perpetuum ab amoris ſui amplexibus euellatur. Tu. ℟. Veni electa mea: & ponam in te thronum meũ. Quia concupiuit rex ſpeciem tuã. ✠. Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere: procede & regna.

Lectio ſexta.

Tunc regni ianua lugentib⁹ claudetur: quæ modo quotidie pœnitentibus aperitur. Erit nanq́ tunc pnĩa: ſed fructuoſa iam nõ erit: qa nequaꝗ veniã tunc inueniet q modo pnię aptũ tp̃s pdidit. Hinc etẽm Paulus dicit. Ecce nũc tp̃s acceptabile: ecce nũc dies ſalutis. Hinc ꝓpheta ait. Quærite dñm dũ inueniri põt: inuocate eũ dũ ꝓpe eſt. Tu. ℟. Audiui vocem de cœlo dicentẽ. Occurrite oẽs virgines ſapientes: oleũ recõdite in vaſis veſtris dum ſponſus aduenerit. ✠. Media nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit. In iij. noct. Añ Veni ſponſa Chriſti accipe coronã: quã tibi dñs præparauit in æternũ. Pſal. Cantate. i. Añ. 70
Quinq́ prudẽtes virgines acceperũt oleũ in vaſis ſuis cũ lampadibus: mediã aũt nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit exite obuiam Chriſto domino. Pſalm. Dominus reg exul. Añ. Veniente ſponſo prudens virgo præparata introiuit cũ eo ad nuptias. Pſal. Cantate. ij. ✠. Adiuuabit eã. 71

Lectio vij. Secundum Matthæum. cap. 25



IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc. Simile eſt regnũ cœlorum decem virginibus: q̃ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſę. Et reli. Hom. btĩ Grego. Papæ.

Sæpe vos fratres chariſsimi admoneo: praua opera fugere: mundi huius inquinamenta deuitare: ſed hodierna ſancti euangelij lectione compellor dicere vt & bona quæ agitis cum magna cautela teneatis: ne per hoc quodâ vobis rectum geritur: fauor aut gratia humana requiratur: ne appetitus laudis ſurrepat: & quod foris oſtenditur: intus â mercede vacuetur. Tu aũt. ℟. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas. Exierunt obuiam ſponſo & ſponſę. ℣. Prudentes autem virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. Et.

Lectio viij.

Ecce enim redemptoris voce decem virgines: & omnes dicuntur virgines: & tamen intra beatitudinis ianuã non oẽs receptę: quia earũ quædã dũ de virginitate ſua gloriã foris expetũt: in vaſis ſuis oleum habere noluerũt. Tu. ℟. Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem propterea vnxit te deus tuus oleo lætitiæ. ℣. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam. Vnxit te.

Lectio nona.

Sed prius quærendum nobis eſt quid ſit cœlorũ regnum:

Digitized by Google

regnum: aut cur decem virginibus comparetur: quæ etiam virgines prudentes & fatuę dicantur. Dũ enim cœlorum regnum conſtat: quia reproborũ nullus ingreditur: etiã fatuis virginibus cur ſimile eſſe phibetur. ℟. Specie tua & pulchritudine tua. Intẽde pſpere procede & regna. ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis pptera benedixit te deus in æternum. In. Ad lau. Añ. Ecce prudens virgo migrauit ad Chriſtum fulgens inter choros virginum ſicut ſol in virtute cœleſti. Pſal. Dominus regna. Añ. Pulchra facie ſed pulchrior fide beata es virgo reſpuens mundum: lætaberis cum angelis intercede p nobis. Añ. Veni electa mea: & ponam in te thronum meum quia concupiuit rex ſpeciem tuam. Añ. Inuenta vna margarita dedit omnia ſua & comparauit eam. Aña. Virginum chorus laudate dominum de cœlis alleluia.

Capitulum vt ſupra Hymnus.

IEſu corona virginum: quem mater illa concepit quę ſola virgo parturit hęc vota clemens accipe. Qui paſcis inter lilia: ſeptus choreis virginum ſponſus decorans gloria: ſponſiſq; reddẽs prēmia. Quocunq; pergis virgines ſequuntur: atq; laudibus poſt te canẽtes curſitant: hymnoſq; dulces perſonant. Te deprecamur largius: noſtris adauge mentibus neſcire prorſus om̃ia corruptionis vulnera. Deo patri ſit. ℣. Audi filia &c. Ad bñs aña. Simile eſt em̃ regnũ cœlorũ homini negociatori q̃renti bonas margaritas inuẽta vna precioſa

precioſa margarita dedit om̄ia ſua & comparauit eam. Ad vi. capitulum.

2. cor. cap. 11. Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ: ſed & ſupportate me. Ad nonã Capitulum.

2. cor. cap. 11. Aemulor enim vos dei æmulatione: deſpõdi enim vos vni viro: virginem caſtam exhibere Chriſto. Deo. Ad ij. veſp. añ. Ecce
87 prudens virgo Vt ſup. Pſal. Dixit dñs. Laudate
114 pueri. Lætatus. Niſi dñs. Lauda Hieruſalẽ. Cap. vt ſupra. ℟. Specie tua. Hymnus. Virginis proles. ℣. Specie tua. Añ. Simile eſt regnum cœlorum ſagenę miſſę in mare: & ex om̄i genere piſcium congreganti: quã cum impleta eſſet educentes & ſecus littus ſedentes: elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerunt. Lectio Secundum Mathæum.

Cap. 13 

IN illo tempore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolã hãc Simile eſt regnũ cœlorum theſauro abſcondito in agro: quẽ qui inuenit homo abſcõdit: & præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa q̃ habet: & emit agrum illũ. Et reli. Homelia Gregorij.

Cœlorũ regnũ fratres chariſsimi iccirco terrenis rebus ſimile dicitur vt ex his q̃ aĩus nouit ſurgat ad incognita q̃ non nouit: quatinus exemplo viſibilium ſe ad inuiſibilia rapiat: & per ea quę vſu didicit quaſi confricatus incaleſcat: vt per hoc quod

quod ſcit notum diligere: diſcat & incognita amare. Tu autem domine. Lectio.

Ecce enim regnum cœlorũ theſauro abſcondito in agro cõparatur quẽ qui inuenit homo abſcondit & p̃ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa quæ habet: & emit agrum illum. Qua in re hoc quoq; notandũ eſt: qđ inuentus theſaurus abſconditur vt ſeruetur: quia ſtudiũ cœleſtis deſiderij à malignis ſpiritib⁹ cuſtodire nõ ſufficit: q hoc ab humanis laudibus nõ abſcõdit. Lectio.

In p̃ñti etem̃ vita quaſi in via ſumus qua ad patriã tendimus. Maligni autẽ ſpũs iter noſtrum quaſi quidã latrunculi obſident. Dep̃dari ergo deſiderat qui theſaurũ publice in via portat. Hoc autem dico non vt proximi opa veſtra nõ videant cum ſcriptum ſit. Videant opera veſtra bona & glorificent patrem veſtrũ q in cœlis eſt: ſed vt per hoc qđ agimus laudes exterius non quæramus. Tu.

Capitulum.

Fratres de virginibus præceptum dñi non habeo: conſilium autem do tanquam miſericordiam cõſecutus à deo vt ſim fidelis. Deo. 1. cor. 7

Ad vi. Capitulum.

Hoc itaq; dico fratres: tempus breue eſt reliquum eſt vt q habent vxores tanq̃ nõ habentes ſint & qui flent tanq̃ non flentes & qui gaudent tanq̃ non gaudentes & qui emunt tanquam non poſsidentes: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi. Ad ix. Capitulum. 1. cor. 7

Volo

1. cor. 7. VOlo autem vos ſine ſollicitudine eſſe: qui ſine vxore eſt ſollicitus eſt q̄ dñi ſunt: quõ placeat deo: q aũt cũ vxore eſt ſollicit⁹ eſt quæ ſunt huius mundi: quomodo placeat vxori & diuiſus eſt. Aliud Capitulum.

Eccle. vltim. DOmine deus meus exaltaſti ſuper terram habitationẽ meam & pro morte defluenti deprecata ſum: inuocaui dñm: patrem dñi mei vt nõ derelinquat me ĩ die tribulatiõis meæ: & in tempore ſuperborum ſine adiutorio.

Ad vi. Capitulum.

Eccle. vltim. LAudabo nomen tuum aſsidue: & collaudabo illud in confeſsione: & exaudita eſt oratio mea. Ad ix. Capitulum.

Eccle. vltim. LIberaſti me à pditiõe & eripuiſti me de tp̃e iniquo: ꝓpterea confitebor & laudẽ dicã tibi: & benedicã nomini tuo dñe deus noſter. Deo. Aliud Capitulum.

Eccle. vltim. COnfitebor tibi dñe rex & collaudabo te: deum ſaluatorem meũ confitebor nomini tuo magno qm̃ adiutor & protector factus es mihi: & liberaſti corpus meum à pditione. D.

Ad vi. Capitulum.

Eccle. vltim. IN cõſpectu pſequentiũ factus es mihi adiutor & liberaſti me ſcd'm multitudinẽ miſericordię nominis tui. Ad ix Capitulum.

Eccle. vltim. MEmorata ſunt miſericordię tuę dñe: & cooperationes tuę q̃ à ſeculo ſunt: qm̃ eruis ſuſtinentes te & liberas eos de manu anguſtię domine deus noſter. Aliud Capitulum.

Sapientia

SApientia vincit maliciam: attingit ergo a fine vſq; ad finem fortiter: & diſpoſuit omnia ſuauiter. Sap. 8.

Ad vi. Capitulum.

HAnc amaui & exquiſiui a iuuentute mea & quæſiui mihi ſpōſam eam aſſumere: & amator factus ſum formę illius. Sap. 8.

Ad ix. Capit.

GEneroſitatem illius glorificat contuberniū habens dei: ſed & omnium dn̄s dilexit eā doctrix eſt em̄ diſciplinę dei: & electrix operum illius. Deo. Sap. 8.

Aliud Capitulum.

MVlierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri ſui: & ſpolijs non indigebit: reddet ei bonum & non malum omnibus diebus vitæ ſuæ. Prou. vltim.

Ad ix. Capitulum.

COnſiderauit agrum & emit eum: de fructu manuum ſuarum plantauit vineam: accinxit fortitudine lumbos ſuos & roborauit brachium ſuum: guſtauit & vidit: q͛a bona eſt negociatio eius non extinguetur in nocte lucerna eius. Prou. vltim.

Ad ix. Capitulum.

FAllax gratia & vana eſt pulchritudo: mulier timens deum ipſa laudabitur: date ei de fructu manuū ſuarū: & laudēt eam in portis opera eius. D. Prou. vltim.

De pluribus virginibus. Ad reſp. an̄. Sanctum & verum lumen. Pſal. Oīa. Laudate.

Capitulum.

FRatres de virginibus p̄ceptū dn̄i non habeo: conſilium autem tanq̄ miſericordiam conſecutus â deo vt ſim fidelis. Deo. ℟. Audiui vocem 1. cor. 7

vocem de cœlo dicentem mihi: venite omnes virgines ſapientiſsimę Oleum recondite in vaſis veſtris dum ſponſus aduenerit. ℣. Media nocte clamor factus eſt ecce ſponſus venit. Oleum. Hym. Ieſu coro. vir. Vt ſup. ℣. Lętamini in dño. Ad magni añ. Simile eſt regnum cœlorũ ſagenę miſſæ in mare & ex omni genere piſcium cõgreganti: & cum iam implętę eſſent educentes: & ſecus littus ſedentes: elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerunt. Collecta.

DEus qui nos ſanctarũ virginũ ac martyrũ tuarum. N. & N. ſolennitate lætificas: concede propitius: vt earũ ſuffragantibus meritis ab imminentibꝰ p̃iculis eruamur. P. Inuit. Regem virginũ dñm. Pſal. Venite. Añ. Inſignes
ſponſę Chriſti à puerilibus annis prudẽtiam deo
3 amabilem fideliter amauerunt. Pſal. Dñe domi-
11 nus noſter. Añ. Ipſę virgines integritatem pueri-
tię domino deo ſuo conſecrauerunt. Pſal. Cœli e-
nar. Añ. Quarum mentium habitator eſt Chri-
ſtus: qui eſt ſolatium contra tribulationem ſem-
15 per illis ingerit lætitiam. Pſal. Domini eſt terra.
℣. Lætamini in domino Lectio prima.

QVid mirum eſt fratres ſi virginitatẽ prætulerunt vitæ virgines Chriſti qñ ſimilia fecerũt virgines ſeculi. Quis enĩ valeat ſilentio p̃terire ſeptẽ milleſies virgines ſeculi bellorũ impetu vaſtante cuncta ne q̃d indecẽs ab hoĩbus ſuſtinerẽt turpitudinis mortẽ ſumpſerũt: exemplum ſui cunctis virginibus relinquentes magis pruden-

prudẽtiam curę eſſe quam vitę. Tu. ℟. Fœliciter virgines inimicum mundi vicerũt. Quæ poſt victoriam vinci non potuerunt. ℣. Has vero virgines fidei & corporis commendat virginitas. Quæ poſt.

Lectio ſecunda.

Conſideremus nos q̃ viri ſumus in harũ virginũ quarũ ſolẽnia agimus cõparatione quid æſtimabimur. Sæpe enim agenda aliqua ꝓponimus bona: ſed benigniſsimus ſermo ab ore irridẽtis irripuerit nos fracti protinus reſilimus. Has vero virgines nec tormenta frangere potuerũt. Tu. ℟. Has virgines & fidei & corporis commendat integritas. Has vitæ ſinceritas & meritorũ exaltat ſublimitas. ℣. Nomẽ ergo ſempiternũ dabit ei dñs quod non peribit. Has vitæ.

Lectio tertia.

Nos quod præcepta dñica largiri noſtra nolum⁹. Hę aũt virgines etiã ꝓpriam carnem pro domino dederũt. Cum ergo ad illud terribile examen diſtrictus iudex aduenerit. Quid nos viri dicemus cũ harũ virginũ victoriã videbimus? ℟. Innumerabilis virginum chorus ſpreta liberorũ ꝓpagine. Sponſo qui in cœlis eſt perenni mente actu atq; habitu inherẽt. ℣. Ecce florentem mundum mentis deſpectu calcando. Spon. In ij. noct. Añ. Sanctiſsima virginitas diſponente dño in ſuo gradu vſq; ad effuſionẽ ſanguinis permanſit. Pſal. 31 Eructauit. Añ. Ideo dum vnius virginitas hanc dilexit: nec ſupplicia nec gladium tyrãni furentis expauit. Pſalmus. Deus noſter refugium. Añ. 32 Vna etenim fides ſanctos dura paſsione exer-

64 cuit: & diuerſo genere merito reddet cœlo vi-
ctrices. Pſalmus. Fundamenta. ℣ Exultent iu.

Lectio quarta.

QVæ tunc viris erit excuſatio qñ virgines & fœminę oñdentur quæ ſeculũ cũ ſexu vicerunt. Erectę nanq; in virtutis culmine earũ animus tormenta deriſit: p̃mia calcauit: ante armatos p̃ſides ac duces ſtetit feriente robuſtior iudicante ſublimior. Tu. ℟. Simile eſt regnum cœlorũ. Vt ſupra. Lectio quinta.

Fœlix certe virginũ caterua quib⁹ eſt confeſsionibus ſtudiũ ſequi veſtigia Chriſti: habebũt em̃ cum dño coronã in cœlo quia ſupauerunt inimicum in mũdo. ℟. Adorauerũt viuentem in ſecula ſeculorum. Mittentes coronas ſuas ante ſedem dñi dei ſui. ℣. Venientes aũt venient cum exultatione portãtes manipulos ſuos. Mitten. Le. vi.

Igitur Chriſto ſplendidę dei filio pulcherrimę omnibus angelis archãgelis & ſanctis dei virgines gratiſsimę p̃cibus quib⁹ poſſum⁹ vt noſtri meminiſſe dignemini exoram⁹: quatinus ille tribuat nobis pctõrũ indulgentiã: qui nobis oĩm laborũ tribuit in cœlo palmã. ℟. Coronauit eas dominus corona iuſtitiæ. Quia paſſę ſunt pro dño & ſequuntur agnum. ℣. Amauerunt Chriſtum in vita ſua: imitati ſunt eum in morte ſua. Quia. In iij. noct añ. Hæ ſunt quę nõ nubent neq; nubentur: ſed ſunt ſicut angeli dei in cœl. Pſal. Cãtate. i. añ.
73 Ideo laudabilis virginitas quę & in martyribus reperitur & ipſa martyres facit. Pſal. Dñs reg. Añ.

Merito

Merito mirantur quæ angelis cõparantur: & angelorũ dño copulantur. Pſal. Cantate. ij. ℣. Iuſti au. Hom. Simile eſt reg. cœ. de virgi. vt ſupr. ℟. Quinq́ prudentes virgines acceperũt oleũ in vaſis ſuis cum lampadibus. Media aũt nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit exite obuiam ei. ℣. Tunc ſurrexerunt omes virgines illę: & ornauerunt lampades ſuas. Me. ℟. Offerentur regi virgines poſt eam: proximę eius offerentur tibi in lęticia & exultatione. ℣. Adducentur regi virgines poſt eam. ℟. Gaudeamus omnes in dño diem feſtum celebrãtes in honore ſanctarũ virginum: De quarum paſsione gaudent angeli & collaudãt filium dei. ℣. Quinq́ prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus. De. Ad lau. Añ. Prudentes virgines aptate lampades veſtras ecce ſponſus venit: exite obuiam ei. Pſal. Dñs reg. Añ. Prudẽtes virgines acceperunt oleũ in vaſis ſuis cum lampadibus. Añ. Tunc ſurrexerunt omnes virgines illę & ornauerunt lampades ſuas. Añ. Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſpõſus venit exite obuiam ei. Añ. Virginũ chorus laudate dominum de cœlis. Capitulum. Hymnus. vt ſupra ℣. Iuſtorum animæ. Ad bñ. añ. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipientes lampades ſuas exierunt obuiam ſponſo & ſponſę alleluia. Pſal. Benedictus. Ad horas diei Añæ de lau. ℟ & ℣. ſicut de martyribus. Ad vi. Capitulum.

 Hoc

1 cor. 7 HOc itaq; dico fratres: tempus breue eſt re-
liquum eſt vt qui habent vxores tanq̃ non
habentes ſint: & qui flent tanq̃ nõ flentes.

Ad ix. Capitulum.

1. cor. 7 ET qui gaudent tanq̃ non gaudentes & qui e-
munt tanq̃ non poſsidentes. In ij. veſp. Aña.
De lau. Pſal. De virginibus cap. vt ſupra. ℟.
Gaudeamus oẽs. Hym. Ieſu co. ℣. Lætamini in.
Ad magni. Aña. Iſtę prudentes virgines quæ acce
pto oleo in vaſis ſuis cum lampadibus exierunt
obuiam ſponſo & ſponſæ & intrauerunt paratę
cum eo ad nuptias. Oratio vt ſup. De vna vidua ad
veſperas Aña Dies adeſt lætitię qua carnis ſolutis
nexibus. N. rex gloriæ iunxit ſanctorum cœti-
bus cuius Ieſu pie nos cœli iunge ciuibus. Pſalm.
Omnia. Lauda. Capitulum.

Prou. vltim. MVlierem fortem quis inueniet? procul &
de vltimis finibus precium eius: confidit in
ea cor viri ſui & ſpolijs non indigebit red-
det ei bonum & non malũ oĩbus diebus vitæ ſuæ.
D. ℟. Nobis tua ſolennia deuote colentibus eſto
mater ꝓpitia Nos tuis iuuans precibus. ℣. In hac
dię læticiæ fer nobis donũ gratiæ. Nos tui. Hym.

GRatuletur eccleſia nr̃a ſummi regis filia poſt
huius vitæ triſtia ſcandit ad cœli gaudia. O
Chriſti vera famula inuctã ſine macula deũ
amauit ſedula: cum quo regnat per ſecula. Nobi-
li ſtirpe genita ſed virtutibus prędita mundi con-
tempſit gloriam adepta Chriſti gratiam. Igne fla-
grabat fidei amore ſuccenſa dei ſignis effulgens
varijs

Digitized by Google

variis: cœli potitur præmiis. Hæc de valle mi-
ſeriæ in patriam leticiæ: ad regem nimis gloriæ
læta peruenit hodie. Laus deo & trino qui nos N.
precibus peracto vitæ termino coniungat cœli ci-
uibus. Amen. ℣. Specie tua. Ad magnifi. An̄. Lau-
demus Chriſtum dn̄m in hac ſancta famula: quæ
poſt carnis terminū inuenta ſine macula gaudet
in regno luminū cum Chriſto in ſecula: ſoluat a
mole criminum nos eius prece ſedula. Collecta.

OMn̄ps ſempiterne deus qui infirma mundi
elegis vt fortia quæq; cōfundas: concede
ꝓpitius: vt qui beatæ N. ſolennia colimus
apud te eius patrocinia ſentiamꝰ. Per. Inuit. Cor-
de & voce deum cuncti laudare venite qui dedit
N. gaudia vitæ. Pſal. Venite ex. An̄. In ſctā ſua
famula deum admirabilē laudemus mente ſedu-
la ōmibus laudabilem. Pſal. Dn̄e dn̄s noſter. An̄. 4
Ancillæ Chriſti opa virtutū narrant æthera q̄ in-
trans tabernacula cœli gaudet per ſecula. Pſalm. 11
Cœli enar. An̄. N. conuerſatio extitit angelica
cuius nos oratio trahat ad regna cœlica. Pſal. Dn̄i 15
eſt ter. ℣. Specie tua & pulchritudine tua. Lc. i.

SAncta dei famula. N. cuius hodie ſolennia
cum deuotione recolit plebs fidelium quā-
uis ex ingenua proſapia ſecundū carnē duxiſ-
ſe originē nō ambigatur: incōparabiliter tn̄ nobi-
liora ipſius recenſentur natalicia dū per ſuę ſan-
ctæ vitę merita ad æternam renaſcitur vitam. Tu.
℟. Gaude ſpōſa Ieſu xp̄i ꝓ quo terrena ſpreuiſti
& ad Chriſtū peruenisti. Quę toto corde dilexiſti.

℣. De valle miſeriç tranſis ad regem gloriæ. Quē toto. Lectio ſecunda.

Hæc ſanctorum operū incremento ſummo regi primo cui complacuit ſtuduit ſe humiliter adornare. Abdicatis nanq; mundanis illecebris: ad dn̄m Ieſum Chriſtum ardenti corde cōuolans & humili greſſu conſecrās multimodis ſacrę actionis fructib⁹ meruit refulgere. ℟. Salue hoſtium triūphatrix mūdi carnis ſupatrix tu clara virtutū opatrix. Miſerorū cōſolatrix. ℣. Saluandorū imitatrix ſis noſtra pia ſuffragatrix. Miſerorū. L. iij.

Hæc fundamento inuiolabili quod eſt Chriſtus Ieſus viriliter inherēs: nec pſperis nec aduerſis potuit ab eo alaquatenus auelli. Mens enim eius in Chriſto fundata inſepabiliter: radicata fuit. T. ℟. Laus tibi Chriſte rex amabilis: per quam triumphat ſexus fragilis. Cui contra hoſtes victoriā das & virtutum gratiam. ℣. Quia gloria virtutis ſanctorum tu es Ieſu bone & merces eorū. Cui.
I. iij. noct. añ. Exaudi nos dei famula: & duc ad
vera gaudia: memor eſto te laudantium tui me-
31 mor fidelium. Pſal. Eructauit. Añ. Tu templum
ſpiritusſancti qđ illuſtrauit cœlitus nobis præcla-
32 ra domina defer Chriſti ſolennia. Pſal. Deus no-
ſter. Añ. Mors tua eſt triumphalis memoria im-
64 mortalis & gloria perennalis. Pſal. Fundamenta.
℣ Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Lectio iiij.

HÆc pietatis & miſericordię viſcerib⁹ affluens verbis cōſolatorijs & datis largifluis ſatagit egenis iugiter ſubuenire. Et ei nō immerito

Digitized by Google

merito illud propheticũ appropinquari cõgruat. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Tu. ℞. Quæ ſpretis mundi lubricis lætaris in hymnidicis choris angelorũ canticis. Audi preces plebis ſupplicis. ℣. Fruens gaudijs cœlicis & præmijs magnificis. Audi.

Lectio quinta.

O quam fœlix & beata iſta dei famula quæ in ſemitis iuſtitiæ & rectitudinis pede infatigabili incedebat. Sic nanq̧ iuſtitiæ ſedulo dedita fuit vt vnicuiq̧ tribueret qđ ſuũ eſt Proximis debitam dilectionem impendit: afflictis & tribulatis vt ſolita fuit continuam conſolationẽ exhibuit. T. ℞. Hæc dei prudens famula laudauit vſq̧ ad mortem dñm mente ſedula. Quã ſanctorũ fecit conſortẽ. Translata ab exilio regnans in cœli ſolio. Le vi.

H æc in ſexu fragili quotidie in acie ſtans contra triplicem conflictũ aduerſariorũ viriliter dimicando triũphauit. Corpus nanq̧ tenerũ abſtinentijs crebris & caſtigationibus in ſeruitutẽ Chriſti redigebat. Mundanã gloriã & delitias deuota humilitate & voluntaria paupertate propter cœleſtis regni adeptionem tanq̃ paruiſsima reſpuebat. Tu. ℞. Sancti ſpiritus vnctio te ſalutis oleo vnxit & diuino ſolatio: te ſanctis ſuis cõiunxit. ℣. In cœleſti Hierarchia decoratam æterna gloria. Te. In iij. noct. Añ. Omni deſiderio cordis ad cœleſtia omnis tua actio fulſit ſanctimonia. Pſalmus. Cantate. i. Aña. Humilium exaltatio eſt Chriſt⁹ & ſaluatio fœlici Sion angelica audit ex- 73

73 ultans cantica. Pſal. Dñs regna. Añ. Quæ dñm iugiter toto corde dilexit: hanc ipſe fœliciter ad
73 æthera preuexit. Pſal. Cantate. ỹ. ✠. Adiuuabit eam. Lectio vij. Secundum Lucam.

caq. 12 IN illo tempore. Reſpiciens Ieſus vidit eos qui mittebant munera ſua in Gazophilatium diuites. Vidit autem & quandam mulierem pauperculam viduam mittentem duo era minuta. Et reliqua. Homelia lectionis eiuſdem.

D iuites qui in Gazophilatium munera mittunt: ſunt Iudæi de iuſtitia legis elati. Vidua autem eccleſia pro qua vir ipſius pertulit mortem & in tali penetralibus oculis eſt occultus: qui quaſi in parte alterius regionis viuit. Tu autem dñe. ℞. Theſauro ſui ſanguinis margaritam comparauit hanc Chriſtus. Et in luminibus perennis throno collocauit. ✠. Gratia ſacri flaminis. N. ſanctificauit. Et in lu· Lectio viij.

H ęc pauper ſuperbias & concupiſcentias mundi abiecit quæ in Gazophilacium munera mittit: qua in conſpectu diuinę maieſtatis vbi operis noſtri oblationes quaſi certo munere cõſignata ſeruauit. Tu. ℞. O venerauda dña tu ſanctitate eximia cœli tranſcendis limina cum de merore ad gaudia. & ad laborem ad præmia tranſlata es cœleſtia. ✠. Perenni gaudes gaudio dei conregnas filio. Et ad laborem. Lectio nona.

V el dilectio dei & ꝓximi vel fidei operis ſui munera offert quæ conſiderationis ſuæ fragilitatis munera: ſed merito viæ intentionis magis ſunt

accepta

acceptæ quam cuncta ſubijcientium Iudæorum opera. Tu. ℟. Nobis tua. vt ſup. in veſp. Ad laud. añ. Induta dei famula virtutum pulchritudine regnat cum Chriſto per ſæcula in cœleſti culmine. Pſal. 61
Dominus reg. Añ. Hæc de vaſe triſtitiæ intrãs regnum læticiæ regnat cum Rege gloriæ. Añ. Hæc ad Chriſtum iugiter peruenire ſitiuit cui viuens fœliciter in ſanctitate ſeruiuit. Añ. Benedicamus domino qui N. Laudabilem poſt huius vitæ terminum exaltauit humilem. Añ. Senes cum iunioribus exaltent nomen domini: qui nos N: precibus ſanctorum iungat agminibus. Cap. vt ſu. Hy. Nobili ſtir. ℣. Audi filia. Añ. Virtutibus decorata: N Chriſto ſeruiuit charitate inflammata Ieſum ſponſum concupiuit: a quo gloria coronata cœli gaudium introiuit hæc nos iuuet prece grata quę cum Chriſto ſemper viuit. Pſ. Benedictus. Ad horas dici añ de laud. ℟. & ℣. Per totum ſicut & virginibus. Ad vi. Capitulum.

Conſiderauit agrum & emit eum de fructu manuum ſuarum plantauit vineam: accinxit fortitudine lũbos ſuos & roborauit brachium ſuum. Prou. vlt. Ad nonam Capitulum.

Guſtauit & vidit quia bona eſt negociatio eius: non extinguetur in nocte lucerna ei⁹: manum ſuam miſit ad fortia: & digiti eius apprehenderunt fuſum. Prou. vlt. Deo gratias. In ſecundis veſp. añ. Induta dei famula cum cæteris ſuper Pſ. de virginibus. Cap. vt ſup. ℟. O veneranda. Hym. & ℣. vt ſup. Ad mag. añ. Ancillam ſuam humilem

Digitized by Google

rex Christus exaltauit dum poſt vitam flebilem in cœlo hanc locauit quæ nobis placabilem deū reddat quem amauit. ❡ Sequitur de beata virgine Sabbatis diebus per æſtatem ad veſpe. añ. Sancta Maria virgo intercede pro toto mundo: quia genuiſti regem orbis. Pſal. Laudate pueri. Capitul.

88
Ec. 24 AB initio & ante ſæcula creata ſum: & vſq; ad futurum ſæculum non deſinam: & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Deo.

℟. Lampas ſuperno lumine ſplendens in dei facie quæ oleum paraclyti geſtas in corde humili. ℣. Ora pro nobis filium quem tu lactaſti paruulū. Quæ. Hymnus.

AVe maris ſtella: dei mater alma atq; ſp virgo: fœlix cœli porta. Sumens illud aue Gabrielis ore: funda nos in pace mutans nomen Euæ. Solue vincla reis profer lumen cæcis mala noſtra pelle bona cuncta poſce. Monſtra te eſſe matrem ſumat per te precem qui pro nobis natus tulit eſſe tuus. Virgo ſingularis inter omnes mitis: nos culpis ſolutos mites fac & caſtos. Vitā præſta puram: iter para tutum: vt videntes Ieſum ſemper colletur. Sit laus deo patri: ſummo Chriſto dec' ſpū ſctō tribus honor vnus. Amē. ℣. Poſt partū virgo. Ad mag. añ. O glorioſa dei genitrix virgo ſemp Maria: q̄ dn̄m omniū meruiſti portare & regē Archangelorū ſola virgo lactare: noſtri q̄s pia memorare: & pro nobis Chriſtū deprecare: vt tuis fulti patrocinijs: ad cœleſtia regna mereamur peruenire.

Ora-

Digitized by Google

Oratio.



COncede nos famulos tuos quæſum⁹ domine deus noſter perpetua mẽtis & corporis ſanitate gaudere: & glorioſę beatę Mariæ ſemp virginis interceſsionē á præſenti liberari triſtitia & æterna perfrui lęticia. Per. Añ. Veni ſancte ſpiritus. ℣. Emitte ſpiritum. Oratio. Deus qui cor. ſi. Ad completorium. Pſalm. Cum inuo. Hymnus.

LVx mundi beatiſsima Maria ſplendidiſsima cœli terræ nobilitas: ſanctorum eſt feſtiuitas. Per te mund⁹ ſaluatus eſt: per te ſurſum leuatus eſt: per te mors damnata eſt: per te vita donata eſt: Te adeſſe depoſcimus ſupplicibus nunc vocibus: iam veni dulcis dña: noſtra tolle incōmoda. Dona confer cœleſtia: vitæ beatæ præmia inſtāti prece flagita in tui nati patria Cōcedat tuus filius hoc Ieſus benigniſsimus cum patre & paraclyto qui regnat ſine ſpacio. Amen.

Alius Hymnus.

FIt porta Chriſti peruia: referta plena gratia: tranſitq́ rex & permanet clauſa vt fuit per ſæcula. Genus ſuperni luminis proceſsit aula virginis: ſponſusq́ redemptor conditor ſuę gygas Eccleſię. Honor matris & gaudiū: imēſa ſpes credentiū: per acra mortis pocula reſoluit noſtra crimina. Maria mater gratię mater miſericordię: tu nos ab hoſte ꝓtege: in hora mortis ſuſcipe. Gloria

tibi

bi domine qui natus es de virgine cũ patre & ſan
cto ſpiritu in ſempiterna ſæcula. Amen. Cap.

PAradiſi porta per Euam cunctis clauſa erat: ſed per beatiſsimam Mariam virginem iterum pateſacta eſt. Deo ℣. Gaude Maria virgo. Cunctas hæreſes ſola interemiſti in vniuerſo mundo. Ad nunc dimit. añ. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens: pulchra vt luna: electa vt ſol: terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Oratio.



FAmulorum tuorum quæſumus domine delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valem⁹: genitricis filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti interceſsione ſaluemur. Per domi. Oratio. Deus qui illuminas noctem. Ad matut inuit. In honore beatiſsimę Mariæ virginis. Iubilemus domino. Pſal. Venite. In i. noct. añ. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui.
4 Pſal. Domine dominus noſter. Añ. Sicut myrrha electa odorem dediſti ſuauitatis ſancta dei geni-
11 trix. Pſ. Cœli enarrant. Añ. Ante thorũ huius virginis frequentate nobis dulcia cantica dragmatis.
15 Pſalm. Domini eſt terra. ℣. Speciosa facta eſt.

Lectio prima.

LOquamur fratres aliquid in laudibus ſanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ. Sed quid nos tantilli in eius laudibus dicturi ſumus:

cum

cum eam laudare ſufficiat null9. Quicquid enim de ea dicere poterit lingua carnis minus eſt quã dignitas eius meretur. Tu autem domine. ℟. O decus virginitatis virgo Maria: ſola mater innupta: virgo ante partũ: virgo in partu: virgo poſt partum. Mater Chriſti templum dei domini ſponſa; mundi domina & cœli regina. ℣. Accipe quod offerimus: redona quod rogamus: excuſa quod timemus. Mater Chriſti. Lectio ij.

Hæc eſt virgo qui cœlis dedit gloriam: terris deum pacemq́ refudit: fidem gẽtibus: finem vicijs: vitæ ordinem: moribus diſciplinam. Fœlix certe & omni laude dignißima: quæ cœli in ſe opificẽ corporauit & ipſum lactare meruit: qui eſt panis cœli & precium mundi. Tu autem dc. ℟. Stirps Ieſſe virgam produxit virgaq́ florem. Et ſuper hunc florem requieſcit ſpiritus almus ℣. Virgo dei genitrix virga eſt: flos filius eius. Et ſuper.

Lectio tertia.

Merito itaq́ beata Maria ſingulari præconio a nobis attollitur: quæ ſingulare commercium mũdo præbuit. Ipſa enim primæ matris damna reſoluit: & homini perdito redemptionem adduxit. ℟. Ad nutum domini noſtrum dictantis honorẽ. Sicut ſpina roſam genuit Iudæa Mariam. ℣. Vt vicium virtus operiret: gratia culpam. In ij. noct. añ. Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere procede & regna. Pſal. Eructauit. Añ. Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in medio eius non cõmouebitur. Pſ. Deus noſter refu. Añ. Sicut læ- 31 32

lætan-

Digitized by Google

tantium omnium noſtrum habitatio eſt in te ſan
64 cta dei genitrix. Pſ. Fundamenta. ℣. Dignare me laudare te. &c. Lectio quarta.

O Beata dei genitrix virgo Maria quæſumus tibi fragilitas humani generis laudes perſoluat: quæ ſolo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe noſtras petimus quaſcunq; exiles quaſcunq; meritis tuis impares gratiarum actiones: & cum ſuſceperis vota: culpas noſtras orando excuſa. Tu. ℟. Intemerata virum circundat fœmina diuum. Edidit hunc florem ſpem vitę perditionem Serpētiſq; necem qui flauerat in mulierem. ℣. Cuius nos flatu ſacra protege virgo precatu. Edidit. Lectio quinta.

Singularis meriti ſola ſine exemplo mater & virgo Maria quam dominus ita mēte & corpore ſanctificauit ac ſua gratia repleuit: vt digna exiſteret vt ex ea ſibi noſtræ redemptionis precium corp⁹ dei filius aptaret. Sancta Maria virgo ſemper pijſſima: caſtus Chriſti thalam⁹: forma pudoris: ianua paradiſi: regina cœli: templum ſpiritus ſancti: om̄i digna pręconio Nam de tuo virgineo ventre & intacto ſumpſimus fructū qui eſt ſator om̄ium: redemptor mundi & dominus: qui legem dedit quā impleuit gratia qui paſſus & mortuus pro ſalute omniū: reſurrexit: ouemq; lapſam reportauit humeris: qui viuit & ſedet ad dexteram patris: cum immenſa maieſtate eſt affuturus iuſtus Iudex ſæculi qui donec adueniat: ſanctis nos meritis vbiq; guberna. ℟. Cœli regina regis regumq; Maria mater

ter

Digitized by Google

ter fœcũda ſed ab omni crimine munda: Ieſſe vir
ga paris dum florem virginitatis. Fac & nos vitam
poſt hanc ſeruare pudicam. ℣. Virgo tua laude ſic
nos digneris habere. Fac. Lectio vi.

Sanctiſsima mater & virgo Maria quę ſine exem
plo placuiſti domino: te petimus per eundem do-
minum quē tuis ſanctis portaſti viſceribus: atq;
ſacratis lactaſti vberibus: qui dat eſcam omni car
ni: vt apud ipſum quem cum patre colimus & ado
ramus vna cũ ſpiritu ſancto impetres nobis plenã
indulgentiam peccatorum omnium: vt præterita
dimittat: præſentia corrigat: futura pellat: & præ-
ſtet pœnitentiam vt mereamur eſſe digni: & ſecu
ri in ſuo examine. Per tua ſuffragia pijſsima dei
genitrix virgo ſemper Maria ſuccurre miſeris: iu
ua puſillanimes: refoue flebiles: ora pro populo:
interueni pro clero: intercede pro ſexu fœmineo:
ſentiant omnes tuum iuuamen: quicunq; tibi de-
uoti exiſtunt. Tu aũt. ℟. Lampas ſuperno lumi-
ne. Vt ſup. in veſp. In tertio noctur. añ. Gaude Ma
ria virgo cunctas hæreſes ſola interemiſti in vni-
uerſo mundo Pſa. Cantate. i. Añ. Dignare me lau 70
dare te virgo ſacrata: da mihi virtutem contra ho
ſtes tuos. Pſalm. Dominus regnauit exultet. Aña. 71
Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti dei ge-
nitrix intercede pro nobis. Pſ. Cantate. ij. ℣. Ele- 73
git eam deus & præelegit eam. Et in tabernaculo
ſuo habitare facit eam.

Lectio

Ca. 11.



IN illo tempore. Loquente Ieſu ad turbas extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit & vbera quæ ſuxiſti. Et reliqua. Homelia lectionis eiuſdem.

Domino prędicationem ſuam exequente: mulier quædam mulier ſancta: mulier beata: inter calumniatorum cateruas ſcribarum & Phariſeorũ: inter concurrentium multitudinem verbis domini delectatata exclamauit dicens. Beatus venter qui te portauit: & vbera quæ ſuxiſti. Tu. ℞. Integer ardorem rubus arida virgula florem. Porta ſerata viam: ſicco ros vellere ſtillam. Stella maris ſolem fert virgo Theotoca p̄lem. ℣. Candidior niue nitidior lacte: rubicundior ebore antiquo pulchrior ſaphiro.

Lectio octaua.

Sancta namq; Eccleſia quotidie deo proles in fide gignere non ceſſat: q̄s ex duorum teſtamentorum veteris ac noui auctoritate format in fide: nutrit in opere. Vnde Petrus Apoſtolus ait. Quaſimodo geniti infantes rationabiles ſine dolo lac concupiſcentiæ. Confirmans autem dominus ſñiam mulieris adiungit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei & cuſtodiunt illud: ac ſi diceret certe vt tu aſſeris ſic eſt. ℞. Floruit egreſſa Ieſſe de ſtirpe Maria ℣. Quæ Chriſtum regem genuit ceu virgula florem. Ieſſe

Lectio nona.

Beatus eſt enim ille venter qui Chriſtum portare me-

Digitized by Google

re meruit. Sed nunquid ille ſolummodo beatus? Addendum eſt & amplius. Beati qui audiunt verbum dei & cuſtodiunt illud. Quem enim beatitudo Mariæ delectat ſtudeat libenter audire verbũ dei: & opere adimplere: & beatus erit. Quiſquis enim libenter verbum dei audit Chriſtum concipit: ſi autem opere adimpleuerit: Chriſtum parit quem Maria portauit corporaliter. ℟. Salue nobis virga Ieſſe: ſalue flos campi Maria: Ex te enim ortum eſt lilium conuallium. ℣. Odoratus ſuper cuncta precioſa vnguenta: fauus diſtillans labia tua mel & lac ſub lingua tua Et Ad la. añ. Sub tuã protectionem confugimus vbi infirmi acceperũt virtutem: & propter hoc tibi pſallimus ſancta dei genitrix virgo. Pſ. Dominus regna. Añ. Sancta dei genitrix virgo ſemper Maria intercede pro nobis ad dominum Ieſum Chriſtum. Añ. Glorificamus te dei genitrix: quia ex te natus eſt Chriſtus ſalua omnes qui te glorificant. Añ. Benedicta filia tu a domino quia per te fructum vitæ communicauimus. Añ In prole mater: in partu virgo gaude & lętare virgo mater domini. Cap. vt ſup. Hymnus.

QVem terra pontus æthera colunt adorant prędicant trinam regentem machinam clauſtrum Mariæ baiulat. Cui luna ſol & omnia deſeruiunt per tempora: perfuſa cœli gratia geſtant puellæ viſcera. Mirantur ergo ſæcula quod Angelus fert ſemina: quod aure virgo cõcepit & corde credens parturit. Beata mater munere: cuius ſupernus artifex mundum pugillo

continens: ventris ſub archa clauſus eſt. R̄n̄s
cœli nuncio: fœcunda ſancto ſpiritu: deſideratus
gentibus cuius per aluum fuſus eſt. O glorioſa
domina excelſa ſuper ſydera: qui te creauit pro-
uide lactaſti ſacro vbere. Quod Eua triſtis abſtu
lit tu reddis almo germine: intrent vt aſtra flebi-
les: cœli feneſtra facta es. Tu regis alti ianua &
porta lucis fulgida vitam datã per virginem gen-
tes redemptę plaudite. Maria mater gratiæ ma-
ter miſericordiæ tu nos ab hoſte protege & in ho
ra mortis ſuſcipe. Gloria tibi domine. vt ſup. ℣.
Gaude Maria virgo. Cuncta hæreſes ſol ã inte. Ad
bñs añ. Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut aurora con
ſurgens: pulchra vt luna electa vt ſol: terribilis vt
caſtrorum acies ordinata. Alia añã. Extollens quę
dam mulier vocem de turba dixit: beatus venter
qui te portauit & vbera quæ ſuxiſti: at Ieſus dixit
ei: quinimmo: beati qui audiunt verbum dei & cu
ſtodiunt illud. Ad primam. Hymnus. Iã lucis Ma-
ria mater. Gloria tibi domine qui natus es. Añã.
38 Sub tuam protect. Pſ. Deus in nomine. Beati im-
93 maculati. Retribue ſer. Quicunq̃. Laudate domĩ
nũ. Cap̃. Paradiſi porta. ℟. Chriſte fili dei. ℣. Quĩ
natus es. ℣. Gaude Maria. Oratio. Famulorũ tuo-
rum. Domine ſancte pater. Exultabunt ſancti.
Quære hic infra Ad iij. añ. Sancta dei genitrix. Pſ.
95 Legem po. Cap̃. Ab initio & ante ſæcula. ℟. Spe-
cioſa facta es. Et ſuauis. ℣. In delitijs tuis ſancta dei
genitrix. ℣. Dignare me laudare te. Ad ſextam añ.
97 In odorem. Pſalm. Defecit.

Ad

Ad ſextam Capitulum.

ET ſic in Siō firmata ſum: & in ciuitate ſancti-ficata ſimiliter requieui: & in Hieruſalem po-teſtas mea. D. ℟. Dignare me laudare te. Vir-go ſacrata. ℣. Da mihi virtutem cōtra hoſtes tuos. ℣. Elegit eam deus. Ad nonam añ. In prole. Pſalm. Mirabilia. Capitulum. Ec. 24 99

ET radicaui in populo honorificato: & in par-tes dei mei hæreditas illis: & in plenitudine ſanctorum detentio mea. ℟. Elegit eam de᷒. Et præelegit eam. ℣. Et in tabernaculo ſuo habi-tare fecit eam. ℣. Gaude Maria virgo. Cunctas hæ-reſes. Ad ſecund. veſp. añ. Sancta Maria virgo Pſ. Dixit dominus. Laudate puer. Lætatus ſum. Niſi dominus. Lauda Hieruſalem. Capitulum. Ab ini-tio. ℟. Salue nobilis. Hymn. Aue maris ſtella. ℣. Poſt partum. Ad mag. añ. Beata dei genitrix Ma-ria virgo perpetua: templũ dñi: ſacrarium ſpiritus ſancti: ſola ſine exemplo placuiſti dño Ieſu Chri-ſto: ora pro populo: interueni pro clero: interce-de pro deuoto fœmineo ſexu. Cōpl. Vt ſu. In quo tidianis horis beatæ virginis ad veſ. añ. Sancta Ma ria vir. Vt ſup. Cap. Ab initio & ante ſecula. vt ſu. ℟. Fœlix namq; es ſacra virgo Maria & omni lau-de digniſsima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo: in-terueni pro clero: intercede pro deuoto fœmi-neo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen qui-cunq; celebrant tuam ſanctiſsimam commemo-rationem. Quia. Hymnus. Aue maris ſtella. ℣. Ec. 24

Digitized by Google

Poſt partum virgo. Ad mag añ. Beatã me dicent omnes generationes: quia ancillam humilem re ſpexit deus. Oratio. Concede nos famu.vt ſup.añ. Loquebantur varijs linguis Apoſtoli magnalia dei. ℣.Emitte ſpiritum tuum & cre. Oratio Deus qui corda fide. Ad matut.inuit.Aue Maria: gratia plena. Dominus tecum. Pſal. Venite. Ad noctur.
4 Añ.Benedicta tu. Pſal. Domine dominus noſter.
11 Añ.Sicut myrrha electa. Pſa.Cœli enar. Añ.Ante
15 thorum. Pſal. Domini eſt terra. ℣.Specioſa ſa.

Lectio prima:

SAncta Maria virgo virginum mater & filia re gis regum omnium: tuum nobis impende ſolacium: vt cœleſtis regni per te mereamur habere pręmium & cum electis Dei regnare in perpetuum. Tu. ℟.Sancta & immaculata virginitas quibus te laudibus efferam neſcio. Quia quẽ cœli capere non poterant tuo gremio contuliſti. ℣.Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus &c.

Lectio ſecunda.

Sancta Maria piarum pijſsima intercede pro nobis ſanctarum ſanctiſsima: vt per te virgo glorioſa ſumat noſtra pręcamina qui pro nobis ex te natus regnat ſuper æthera: vt ſua pietate & charitate deleãtur omnia noſtra peccamina. Tu. ℟.Beata es virgo Maria quæ omnium portaſti creatorẽ ſęculorum. Genuiſti eum qui te fecit & in æternum permanes virgo. ℣.Aue Maria gratia plena. Genui.

Lectio tertia.

O ſanctiſsima dei genitrix virgo Maria quę digne

merui

meruiſti concipere & parere dei filium: quē tot⁹ orbis nequit compræhendere:tu tuo pio interuē tu culpas noſtras ablue vt perennis ſedem gloriæ per te redempti valeamus ſcandere:vbi manes cū eodē dilecto filio tuo ſine tpe. ℟. Fœlix nāq;. Ad la. añ. Sub tuā protectionem. vt ſu. cū ſola añ. Ca.
TE laudant omnes Angeli atq; Archāgeli ſancta dei genitrix: quæ virum non cognouiſti:& in tuo vtero dominum deum baiulaſti. Hymnus. O glorioſa domi. ℣. Gaude Maria virgo. Ad mag. añ. Maria virgo ſemper lætare:quę meruiſti Chriſtum portare:cœli & terræ conditorem:quia de tuo vtero protuliſti mundi ſaluatorem. Oratio. Concede nos. Añа. Loquebantur variis. Oratio. Deus qui corda. Ad primam Hym.
MEmēto ſalutis author quod noſtri quondā corporis ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſeris. Maria mater gratiæ. Gloria tibi. vt ſup. añ. Sub tuam protectionē. Pſalm. 101
Ad dominum cum tribu. Leuaui. Lætatus ſum. 88
Laudate dominum omnes gentes. Cap. Paradiſi porta. ℟. Aue Maria gratia plena dominus tecū. ℣. Benedicta tu in mulieribus. ℣. Gaude Maria virgo. Oratio. Famulorum tuorum quęſumus. vt ſup. Oratio.
SAncti ſpiritus quæſumus domine corda noſtra mundet infuſio & ſui roris intima aſperſione fœcundet Per. Oratio.
PErpetuum nobis domine tuæ miſerationis præſta ſubſidium quibus & Angelica volui-

 ſti

Digitized by Google

ſti ſuffragia non deeſſe. Per. Preces. ℣. Exultabunt ſancti in gloria. ℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis. ℣. Precioſa eſt in conſpectu domini. ℟. Mors ſanctorum eius. Oratio.

SAncta Maria mater domini noſtri Ieſu Chriſti: virgo perpetua atq; omnes ſancti & electi dei intercedere dignemini pro nobis peccatoribus ad dominum deum noſtrum patrem omnipotententem: vt nos mereamur ab eo adiuuari: ſanari ſaluari: ac protegi. Qui in trinitate perfecta viuit & regnat deus Per omnia ſęcula ſæculorum: Amen. ℣. Deus in adiutorium meū intende. ℟. Domine ad adiuuandum me feſtina. ℣. De' in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum. Opijſsime: fortiſsime clementiſsime pater: Deus in adiutorium meum intēde. ℟. Domine ad adiuua ℣. Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Sicut. k. x. k. Pater noſter. Et ne nos īducas ℣. domine reſpice in ſeruos tuos & in opera tua & dirige filios eorum. ℟. Et ſit ſplendor dn̄i dei ſuper nos: & opera manuum noſtrarū dirige. ſup nos: & opus manuū noſtrarū dirige. Ora.

DIrigere & ſanctificare & euſtodire digneris domine ſancte pater omnipotens æterne deus rex creator cœli & terræ hodię q̄s quotidie corda & corpora noſtra ſenſus quoq; ſermones: & omnes actus noſtros in lege tua & in operibus mandatorum tuorum: vt bene poſsimus placere in conſpectu diuinæ maieſtatis tuę: & Angelus tuus bonus comitetur nobiſcum ad diri-

dirigendos pedes noſtros in viam pacis & veritatis: vt hic & in æternum te auxiliante ſemper ſani & ſalui ac liberi eſſe mereamur. Qui viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℣. Sit nomen domini benedictum. ℟: Ex hoc nunc & vſq; in ſæculum. ℣. Pone domine cuſtodiam ori meo. ℟. Et oſtiũ circunſtantiæ labijs meis. ℣. Non declines cor meum in verba. ℟. Ad excuſandas. ℣. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. ℟. Vt. ℣. Ab occultis meis munda me. ℟ Et ab alienis. ℣. Domine exaudi ora. ℟. Et cla. ℣. Dñs vobiſcum. ℟. Et cũ ſpi. Ora.

OMnipotens ſempiterne deus dirige actus noſtros in beneplacito tuo: vt in nomine dilecti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti mereamur bonis operibus abundare. Oratio.

ACtiones & orationes noſtras quæſumus domine aſpirando præueni & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra operatio & omnis oratio à te incipiat: & per te incepta finiatur.

Oratio.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros & cor noſtrum: vt tibi caſto corpore ſeruiamus & mũdo corde placeam⁹. Alia Ora.

OMnipotens ſempiterne de⁹ te humiliter imploramus vt nos indignos famulos tuos non permittas perire ꝓpter nimia peccata noſtra: licet peccauimus & per te redẽpti ſum⁹: & cõcede nobis ſpaciũ viuẽdi: vt ante diẽ exitus noſtri per puram confeſsionem & per veram pñiam tibi domino deo viuo: & vero placere mereamur.

Digitized by Google

Qui viuis &c. Ad iij. Hymnus. Memento ſalu. Añ.
101 Sancta dei genitrix. Pſal. Ad te leua. Cap. Ab initio. vt ſup ℞. Specioſa facta. vt ſup. Et ſic ad alias horas. Oratio. Concede nobis fa. Oratio. Deus qui corde. Añæ ad magn. de beata virgine. Alma redẽptoris mater quæ puia cœli Porta manens & ſtella maris ſuccurre cadenti ſurgere qui curat populo: tu quæ genuiſti natura mirante tuum ſanctum genitorem Virgo prius ac poſterius Gabrielis ab ore ſumens illud aue peccatorum miſerere. Alia Aña. Quam pulchra es & quam decora chariſsima in delitijs: ſtatura tua aſsimilata eſt palmæ: & vbera tua botris: caput tuum vt carmelus: & collum tuum ſicut turris eburnea: veni dilecte mi egrediamur in agrum: & videamus ſi flores fructus parturiuut ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. Alia aña. Gaude dei genitrix virgo immaculata: gaude quæ gaudium ab Angelo ſuſcepiſti gaude quæ genuiſti æterni luminis claritatem: gaude mater: gaude ſanctiſsima dei genitrix virgo: tu ſola mater innupta: te laudat oĩs factura genitricẽ lucis: ſis pro nobis quæſumus pia interuentrix. Alia añ. O inclyta Dauid regis filia ſancta Maria: tu mundi â conſtitutione varijs figuris diuinitus præfigurata: â Patriarchis expectata: â Prophetis pnũciata: ab Angelo ſalutata: â ſpũſctõ fœcũdata: deũ verũ & hoiem cõcepiſti & pepiſti: & poſt ptũ virgo violata pmãſiſti: ppitionẽ p tuã ſupplicationẽ obtineas nobis apud deũ noſtrũ vnicum tuũ filiũ. alia. añ. Veni dilecte mi

egre-

egrediamur in agrum: commoremur in vallibus: mane ſurgamus ad vineam: & videamus ſi floruit vinea ſi flores fructus parturiũt: ſi floruerũt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. De beata virgine. Feria iiij. in mat. Añã. Specie tua. Pſalm. 31
Eructauit. Deus noſter refugium. Fundamenta. 32
Lectio prima. Ex ſermone Auguſtini. 64



O Beata Maria q̄s digne valeat tibi iura gratiarum & laudum præconia impendere. Quæ ſingulari tuo aſſenſu mundo ſuccurriſti perdito. Quas tibi laudes fragilitas humani generis perſoluat quæ ſola tuo commertio recuperandi aditum inuenit. Accipe itaq; quaſcunq; exiles quaſcunq; meritis tuis impares gratiarũ actiões & cũ ſuſceperis vota culpas noſtras orando excuſa.

Lectio.

O beata dei genitrix admitte p̄ces noſtras intra ſacrarium tuæ exauditionis: & reporta nobis antidotum tuę reconciliationis. Sit per te excuſabile quod per te ingerimus: fiat impetrabile quod offerimus: redona quod rogamus excuſa quod timemus.

Lectio.

Sancta Maria ſuccurre miſeris: iuua puſillanimes: refoue flebiles: ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant oēs tuum iuuamen: quicunq; celebrant tuũ nomen. Aſsiſte parata vocibus poſcentium: & re-

pende nobis optatũ effectũ. Sit tibi ſtudium ora-
re pro populo dei: quæ ferre meruiſti benedictã
prolem p̃cium mundi. Qui viuit & regnat in ſe-
cula ſeculorum Amen. ¶ Feria iiij. Ana. Gaude
71 Maria. Pſalm. Cantate. i. Dominus regna. Can-
73 tate. Secundum Lectio.

O Beata dei genitrix virgo Maria templum dei viui: aula regis æterni. Sacrarium ſpiritusſcti tu virga de radice Ieſſe: tu cedrus in Libano: tu Cypreſſus in monte Sion: tu roſa purpurea in agro Iacob: q̃ ſingulari priuilegio meritorũ: ſicut neſcis in hoie cõparẽ: ita nihilominꝰ & angelicã ſupas dignitatẽ. Cui nouo & inaudito miraculo datũ eſt: vt verbũ quod ante ſecula deus genuit fieret filius tuus: & homo quem in fine ſeculorũ genuiſti: verus atq; perfectus eſſet dei filiꝰ: gemina q̄dem natura: ſed vna ꝑſona: deus & homo vnus Emanuel. Tu. Lectio.

O glorioſa puerpera in qua ſola reperitur fœcunda virginitas. Quæ ſic ex intemeratis viſceribus filiũ ꝓtuliſti: vt illibatę pudicitię integritas creſceret: non libido virginalis clauſulę ſignaculum violaret. Tibi ſpũſſctũs cum conciperes obumbrauit: non vt ipſe quod abſit in ſacratiſsimo vtero tuo fieret ꝓ ſemine ſodalis: ſed vſus eſt potentia ſummi cõditoris. De te ſummus pontifex noſter hoſtiã ſui corꝑs ſumpſit: q̃ in ara crucis ꝓ totius mundi ſalute ſacrificiũ obtulit. Tu lux oriens Nazareth. Tu gloria Hieruſalem: tu læticia Iſrael: tu decus mundi: tu nobilitas populi Chriſtiani. Tu. Lectio

Digitized by Google

Lectio.

O regina mundi: ſcala cœli: thronus dei: ianua paradiſi: audi p̄ces pauperū: ne deſpicias gemitus miſerorū. Interātur â te vota noſtora atq; ſuſpiria ante conſpectū noſtri redēptoris: vt quæ noſtris excluduntur demeritis: per te locum obtiueant apud aures diuinæ pietatis: dele peccata: relaxa facinora: erige lapſos: ſolue compeditos: per te ſuccidantur vepres & germina viciorū. Præbeantur flores & ornamenta virtutum: placa precibus iudicem: quæ ſingulari puerperio genuiſti ſaluatorem vt qui fxctus eſt humanitatis noſtræ particeps: per te quoq; nos conſortes efficiat diuinitatis ſuæ. ¶ Feria ſexta in veſper. an. Sancta Maria. Cap̄. Ab initio. ℞ Lampas ſuper. Hymnus. Aue maris ſtel. ℣. Poſt partū. Ad magni an̄. O glorioſa dei ge. vt ſup. In matut. inuit. In honore beatiſsimę. An̄. Gaude Maria. Pſal. Cantate. i. Dn̄s reg. Cantate. ℟ ℣. Spedioſa ſacta. Homelia. 17
Loquente Ieſu. Capitulum. Ab initio. Ad bn̄s an̄. Quæ eſt iſta Vt ſupra. In ſecundis veſperis ℟. Salue nobilis. Ad magnifi. An̄. Beata dei genitrix Maria virgo perpetua: templum domini: ſacrari um ſpiritusſancti ſola ſine exemplo placuiſti domino Ieſu Chriſto: ora pro populo: interueni pro clero intercede pro deuoto fœmineo ſexu. Hora in aduentu dn̄i de btā virgine ad mat. inuit. Aue Maria gratia plena. Dn̄s tecū. Pſal. Venite. Ad noctur. An̄a. Miſſus eſt Gabriel angelus a deo in ciuitatem Nazareth ad virginē peſponſatā viro

4 viro cui nomen erat Ioſeph Pſal. Dñe dñs noſter.
18 Cœli enar. Dñi eſt terra. ❡Feria iij. & vi. Añа.
Rñdens angelus dixit ad Mariam: ne timeas Ma-
ria inueniſti gratiam apud dñm. Pſal. Eructauit.
Deus noſter re. Fundamenta. ❡Feria iiij. & Sab-
batho Añ. Dixit aũt Maria ad angelum: quõ fiet
iſtud qm̃ virum non cognoſco: & rñdens angelꝰ
dixit ei: ſpũſſctũs ſupueniet in te & virtus altiſ-
71 ſimi obumbrabit tibi. Pſal. Cantate. i. Dñs reg.
73 exul. Cantate. ij. ℣. Specie tua. Lectio i.

PRoferam vobis fratres chariſsimi de hiſtoria veteris teſtamenti neceſſarium exemplum contra perfidiã Iudæorũ quõ inſonuit auribus noſtris. Dñs ſancto Moyſi p̃cepit de ſingulis tribubus filiorum Iſrael virgas afferri. Allatę ergo ſunt duodecim virgę inter quas vna eſt quæ Aarõ fuerat ſacerdotis. Poſitæq; ſunt á ſancto Moyſe in tabernaculo teſtimonij virga quoq; Aaron poſt alterum diem inuenitur produxiſſe flores & frondes ac peperiſſe nuces. Tu. ℟. Miſſus eſt Gabriel angelus ad Mariam virginē deſponſatã Ioſeph nuncians ei verbũ: & expaueſcit virgo de lumine: ne timeas Maria: inueniſti em̃ gratia apud dñm ecce concipies & paries: & vocabitur altiſsimi filius. ℣. Aue Maria. &c. Lectio ij.

Virga illa Aaron vnde agebamꝰ virgo Maria fuit quę nobis Chriſtũ verũ ſacerdotē cõcepit & peperit De quo Dauid cecinit dicens. Tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinē Melchiſedech. In ſuperiori nãq; verſu dixerat. Virgam virtutis

tuæ emittet dñs ex Sion. Et Eſaias ꝓpheta aptius ſanctam Mariam deſignat dicens. Exiet virga de radice Ieſſe: & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus dñi: ſpiritus ſapientiæ & intellectus: ſpiritus conſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ & pietatis: & replebit eum ſpiritus timoris dñi. ℞. Aue Maria gratia plena dñs tecum. Spiritusſctũs ſuperueniet in te virtus altiſsimi obumbrabit tibi: quod enim ex te naſcetur ſanctum: vocabitur filius dei. ℣. Quomodo fiet iſtud qm̃ virum non cognoſco? & rñdens angelus dixit ei. Lectio iij.

Quod autem hęc virga nuces ꝓduxit: imago dominici corporis fuit. Nux enim in ſuo corpore trinam habet ſubſtantiæ vnionẽ Coriũ: teſtam & nucleum. In corio caro: in teſta oſſa: in nucleo interior anima cõparatur. In corio nucis: caro ſignificatur ſaluatoris: quæ habuit in ſe aſperitatẽ vel amaritudinem paſsionis. In nucleo interior declaratur dulcedo deitatis: quæ tribuit nobis & paſtum & luminis ſubminiſtrat officiũ. In teſta lignum interſerens crucis quod non diſcreuit id quod foris & intus fuit ſed quę cœleſtia & terrena fuerant mediatoris ligni interpoſitione ſociauit dicente apoſtolo. Quoniam ipſe per paſsionem crucis ſuę pacificauit omnia quæ in cœlis & quæ in terris ſunt Ieſus Chriſtus dominus noſter. ℞. Suſcipe verbum virgo Maria quod tibi à dño per angelũ tranſmiſſum eſt: concipies per aurẽ deũ paries & hominẽ. Vt benedicta dicaris inter oẽs mulie-

Digitized by Google

mulieres. ℣. Paries quidẽ filiũ & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris grauida & eris mater ſemper intacta. Vt. Ad lau. Aña. Angelus ergo dixit Mariæ: ecce concipies & paries filium
72 cuius nomen erit Ieſus. Pſalmus. Dominus reg.

Cum cæteris Capitulum.

Hei. HÆc dicit dñs deus. Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eũ ſpũs dñi: ſpiritus ſapientiæ & intellectus ſpiritus conſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcientiæ & pietatis & replebit eum ſpiritus timoris domini. Hymnus.

BEata mater munere cuius ſupernus artifex: mundum pugillo continens ventris ſub archa clauſus eſt. Benedicta cœli nuncio: fœcunda ſancto ſpiritu: deſideratus gentibus cuius per aluum fuſus eſt. O glorioſa domina.

℣. Audi filia &. Ad bñs Añ. Spirituſſanctus in te deſcendet Maria: ne timeas: habebis in vtero filium dei: alleluia. Oratio.

DEus qui de beatæ Mariæ virginis vtero: verbum tuũ angelo annunciante carnẽ ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis: vt q̇ vere eam dei genitricem credimus eius apud te intercceſsionibus adiuuemur. Per. Añ. Ecce dominus veniet & omnes ſancti eius cum eo. Et erit in die illa lux magna alleluia. ℣. Ibunt ſancti de virtute in virtutem. Et. Oratio.

COnſcientias noſtras q̄ſumus domine viſitando purifica: vt veniens vnigenitus filius tuus

Digitized by Google

tuus dominus noſter Ieſus Chriſtus cum omnib⁹ ſanctis ſuis: paratam ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum. Ad i. Añ. Angelus ergo. Pſ. Ad dominum. Capitulum.

ECce virgo concipiet: & pariet filium: & vocabitur nomen eius Emanuel: butirum & mel comedet: vt ſciat reprobare malum & eligere bonum. ℟. Aue Maria gratia plena. Dn̄s tecum. ℣. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui Dn̄s. ℣. Audi ſi. Ora. Eſai. cap. 7.

GRatiam tuam q̄s dn̄e mentibus noſtris infunde: vt qui angelo annunciante Chriſti filij tui incarnationem cognouim⁹: p paſſionem eius & cruc̄e ad reſurrectionis gloriā per ducamur. Oratio. Sancti ſpiritus q̄s do. Oratio. Perpetuū nobis dn̄e: vt ſup. Preces. Exultabunt ſancti. vt ſup. Ad tertiā. Hymnus. Mem̄eto ſalu. vt ſup. An. Hic erit magnus & filius altiſsimi vocabitur. Pſalmus. Ad te leuaui. Capitulum. Hæc dicit dominus deus egredietur virga. ℟. Specie tua & pulch. ℣. Diffuſa eſt. Orationes vt ſup. Ad ſextam. Añ. Dabit illi dominus deus ſedem Dauid patris ſui: & regnabit in domo Iacob in æternum. Pſalmus. In conuertendo. Capitulum. 103

NOn ſecundū viſionem oculorū iudicabit: neq; ſecundū auditū auriū arguet: ſed iudicabit in iuſtitia pauperes: & arguet in æquitate p manſuetis terrę ℟. Diffuſa eſt gra. ℣. Adiuabit eā. Ad ix. añ. Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſecundū verbū tuum. Pſal. Sæpe expugna. Ca- Eſai. cap. II.

Eſai. cap. 11. ET percutiet terram virga oris ſui: & ſpiritu labiorum ſuorũ interficiet impiũ: & erit iuſtitia cingulum lumborũ eius: & fides cinctorium renum eius. ℟. Adiuuabit eam. vt ſupr. ℣. Audi fi. Ad ij. veſp. ſola Añ. Angelus ergo. Pſal. Dixit dñs. Cum cæteris Cap̃. Hæc dicit dñs deus: egredietur. ℟. Suſcipe verbũ Hym. Aue maris ſtella. ℣. Specie tua. Ad mag. Añ. Ne timeas Maria inueniſti gratiam apud dñm ecce virgo cõcipies & paries filium alleluia. Oratio Deus qui de beatæ. Añ. Ecce dñs veni. ℣. Ibunt ſancti. Ora. Conſcientias noſtras. Vt ſup. Ad complet. Pſalm. Memento dñe. Hym. Fit porta. vt ſup. Capitulũ. Ecce concipiet. vt ſupra ℣. Audi filia. Ad nũc dimittis Añ Ecce concipies & paries filiũ & vocabis nomen eius Ieſum hic erit magnꝰ & filius altiſsimi vocabitur. Oratio. Gratiam tuam. Vt ſupra. Cætera vt ſupra. In aduentu dñi. Lectio Secũdum Lucam.

cap. 1 

IN illo tempore. Miſſus eſt angelus Gabriel à deo in ciuitatẽ Galileę cui nomen Nazareth: ad virginẽ deſponſatam viro cui nomẽ erat Ioſeph de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et reliq.

Homelia venerabilis Bedę presbyteri.

Exordium noſtræ redemptionis fratres chariſsimi hodierna nobis lectio commendat: quæ angelum de cœlis à deo miſſum narrat ad virginem vt

nouam

Digitized by Google

nouam in carne natiuitatem filij dei p̄dicaret: p quam nos abiecta vetuſtate noxia renouari: atq̄ inter filios dei computari poſsimus. Lectio.

Vt ergo promiſſę ſalutis mereamur dona pertingere: primordium eius intenta curemus aure percipere. Miſſus eſt (inquit) angelus Gabriel á deo in ciuitatem Galilęę cui nomen Nazareth. Aptū profecto humanæ reſtaurationis eſt principium vt angelus á deo mitteretur ad virginem partui conſecrandam diuino. Lectio.

Quia prima perditionis humanæ cauſa fuit: cum ſerpens á diabolo mittebatur ad mulierem ſpiritu ſuperbię decipiendam: immo ipſe diabolus in ſerpente veniebat: qui genus humanum deceptis parentibus primis immortalitatis gloria nudaret. Quia ergo mors intrauit per fœminam: aperte redijt & vita per fœminam. Tu. Poſt natiuitatem Chriſti de beata virgine ad matut. Inuit. Chriſtus natus eſt nobis. Venite adoremus. Pſal. Venite. Ad noct. Añ. Dñs dixit ad me filius me9 es tu: ego hodie genui te. Pſalm. Quare fremue. 2
Añ. In ſole poſuit tabernaculū ſuum & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. Pſalm.
Cœli enar. Añ. Eleuamini portę æternales: & 18
introibit rex gloriæ. Pſal. Domini eſt terra. ℣. 23
Speciosus for. Lectio prima.

Natus eſt nobis fratres chariſsimi ex Maria virgine dei filius: ex germanę carnis noſtrę cōceptione p̄ductus vt creato á ſe homini & pietatē paternā: & fraternū largiretur effectū: & natus

& nat⁹ ſane ab intacta eſt fœmina vt deum pariter & hominē teſtaretur partus humanus: & deū ꝓbaret æterna virginitas. Tu. ℣. Sancta & immacula. Vt ſup. in hora quotidiana. Lectio ij.

Quod autem myſtico hoc conceptu mundū viſitare dignatus eſt dei filius: noſtræ hoc ſalutis neceſsitas flagitabat: nimirū vt cœleſtis tandem generatio repararet: quod natiuitas terrena perdiderat. Tu. ℟. Btā es virgo Maria q̄ oim vt ſu. L. iij.

Cum ergo Chriſtus natus ꝑdicatur de fœmina: dum iacere cōtentus eſt in ꝑſepio: dū lacrimoſis cōcrepat vagitibus: dū maternis lactatur vberib⁹: per hæc fratres aduertite eum vt hoīem infirma ꝓ infirmis ꝑtuliſſe & vt deum potentiā exercuiſſe cœleſtem: ℟. Neſciens mater virgo virū peperit ſine dolore ſaluatorē ſeculorū: Ipſum regē angelorū ſola virgo lactabat vbere de cœlo pleno. ℣. Domus pudici pectoris tēplū repētę fit dei intacta neſciēs virū verbo cōcepit filiū. Ipſum. Te deum. Ad lau. Añ. O admirabile cōmertiū creator generis humani aīatū corpus ſumens de virgine naſci dignatus eſt: & ꝓcedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuam deitatem. Pſal. Dominus reg. Capitulum.

Titū. 3

CHariſsime appuit benignitas & humanitas ſaluatoris dei noſtri: nō opib⁹ iuſtitię q̄ fecim⁹ nos: ſed ſcd'm ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Hy. Corde na. q̄re ſu. in nat. dñi ℣. Bñdictus q venit in no. Ad bñ. añ. Glorificamus te dei genitrix: q̄a ex te natus eſt xp̄s: ſalua oēs q te glorificant. Oratio. Deus

Digitized by Google

DEus qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcũda humano generi pmia pſtitiſti: tribue qs: vt ipſam p nobis intercedere ſentiamus p q̃ meruimus auctorẽ vitæ ſuſcipe. An. Nato dño angelorũ chori canebant dicentes ſalus deo noſtro ſedenti ſuper thronum & agno. ℣. Verbum caro factum. Oratio.

COncede qs ops deus vt nos vnigeniti noua p carnem natiuitas liberet quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenet. Per eundẽ. Ad primam Hymnus. Enixa eſt puerp. Cum ceteris ℣. vt ſup. in natiui. dñi. An. O admirabile cõ. Pſalm. Ad dominum cum tribula. Capitulum.

VIrgo verbo cõcepit virgo pmanſit: virgo peperit regẽ oim regũ. Deo. ℟. Adiuua nos quæſumus tuis piis precib⁹ & meritis. Sanctiſsima mater Chriſti virgo Maria. ℣. Oraculum vitæ æternæ claritaſq; regni cœlorum. ℣. Benedictus qui venit. San. Oratio.

PRæſta quæſumus omnipotens deus vt natus ſaluator mundi ſicut diuinæ nobis generationis eſt auctor: ita & immortalitatis ſit ipſe largitor. Oratio ſancti ſpiritus. Oratio. Perpetuum nobis. Preces. Exultabunt. Vt ſupra. Ad tertiam Hymnus. Enixa eſt puerpera. An. Quando natus es ineffabiliter ex virgine tunc impletę ſunt ſcripturæ: ſicut pluuia in vellus deſcendiſti vt ſaluum faceres genus humanum te laudamus deus noſter. Pſalmus. Ad te leuaui. Capitulum. Chariſsime apparuit benigni. vt ſup. ℟.

Specioſus forma præ filijs. ℣. **Notū fecit.** vt ſup.
in Natiuitate domini. Oratio. **Deus qui ſalutis.**
Oratio. **Concede quęſumus.** vt ſup. Ad vi. Hym.
Enixa eſt. Añ. Rubum quem viderat Moyſes
incombuſtum conſeruatam agnouimus tuam
laudabilem virginitatem: dei genitrix interce-
de pro nobis. Pſ. In conuertendo. Cap.

Titū. 3 PEr lauacrum regenerationis & renouationis
ſpiritus ſancti: quem effudit in nobis abun-
de: per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrū.
Deo gratias. ℟. Notum fecit. ℣. Benedictus qui
venit. Vt ſupra. Ad nonam Hymnus. **Enixa eſt.**
Añ. Ecce Maria genuit nobis ſaluatorem quem
Ioannes videns exclamabat dicens ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi alleluia. Pſalm.
Sæpe expugnauerunt me â. Cap.

Titū. 3 VT iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſe-
cundum ſpem vitæ æternæ: in Chriſto Ie-
ſu domino noſtro. Deo gratias. Reſpon.
Benedictus qui venit. ℣. Verbum caro. Vt ſupr.
Ad ſecundas veſperas. Añ. O admirabile com.
87 Pſalmus. **Dixit dominus domino.** Cum cæteris
de beata virgine. Capitulum **Chariſsime appa-
ruit.** ℟. Neſciens mater virgo. Hymnus. **A ſolis
ortu.** ℣. Specioſus forma. Ad magnifi. Añ Ma-
ria intacta virgo deum nobis genuit teneris in-
dutum membris: quem lactare meruit: omnes
Chriſtum adoremus qui venit ſaluare nos. Ora-
tiones vt ſupra ad completorium. Pſalmus. **Me-
mento domine.** Hymnus. **Corde natus.** Vt ſup.

Digitized by Google

in Natiuitate domini. &c. Capit. **Virgo verbo cō cepit.** ℣. **Verbū caro.** Ad nunc dimittis. Añ. **Virgo dei genitrix quem totus non capit orbis. In tua ſe clauſit viſcera factus homo. Vera fides geniti purgauit crimina mundi. Et tibi virginitas inuiolata manet.** Oratio. **Praeſta quaeſumus omnipotens deus natus.** Oratio. **Sancti ſpiritus.** Oratio. **Perpetuum nobis domine.** Vt ſup. Poſt Natiuitatem domini vſq; ad Purificationem Mariae. Lectio Secundum Lucam.



IN illo tempore. Paſtores loquebantur ad inuicem: Trāſeamus vſq; Bethleē: & videamus hoc verbum quod factum eſt quod dominus fecit & oſtendit nobis. Et reliqua. Cap. 2

Homelia venerabilis Bedae presbyteri.

Nato in Bethleem domino ſaluatore ſicut ſacra euangelij teſtatur hiſtoria Paſtoribus qui in eadem regione erant vigilantes vigilias ſuas ſuper gregem ſuum: angelus domini magna cum luce apparuit: exortumq; mundo ſolem iuſtitiae: non ſolum coeleſtis voce ſermonis: verumetiam diuinae lucis claritate aſtruxit. Tu autem domine miſerere no. Lectio.

Nuſquam enim in tota veteris teſtamenti ſerie reperimus angelos qui tam ſedulo apparuere patribus cum luce apparuiſſe. Sed hoc priuilegium recte hodierno tempori ſeruatum eſt: quando

exortum eſt lumẽ rectis corde miſericors & miſerator dominus. Tu autem domine miſerere.

Lectio.

Verum ne parua vnius angeli videretur auctoritas: poſtq̃ vnius ſacramentum nouę natiuitatis edocuit: ſtatim multitudo cœleſtium agminum quæ gloriam deo caneret: pacemq́ ſimul hominibus prædicaret: affuit: aperte demonſtrans: q̃ a per hanc nouitatem hominem ad pacem vnius ſi dei eſſent conuertendi. Tu autem domine miſe.

Sequuntur Inueſtigabiles. De beata virgine poſt octauas epiphaniæ domini. Sabbatis diebus vſque ad purificationem eiuſdem. Ad primas veſperas. Aña. O admirabile commerti. Capitulum. Chariſsime apparuit be. Quære hic ſupra in horis die virginis de Natiuitate ℞. Confirmatum eſt cor virginis in quo diuina myſteria angelo narrantẽ concepit: & formam præ filiȷs hominum caſtis concepit viſceribus. Et benedicta in æternum deum nobis protulit hominem. ℣. Domus pudici pectoris templum repente fit dei intacta neſciens virum verbo concepit filium. Et. Hymnus. A ſolis ortus cardi. ℣. Poſt partum virgo. Ad magni. Aña. Maria intacta virgo. Hic ſupra. Oratio. Deus qui ſalutis æternæ. Aña. Nato domino. ℣. Verbum caro factum eſt. Oratio Concede quæſumus. Vt ſupra. Ad completorium. Pſalm Cum inuocarem. Cũ cæteris. Hymnus. Corde natus. Capitulum. Virgo verbo concepit. ℣. Benedictus qui venit. Ad nunc dimittis. Aña.

Virgo

Virgo dei genitrix. Vt ſupra Oratio. Præſta quę-
ſumus omnipotens deus: vt natus ſaluator. vt ſu.
Oratio. Deus qui illuminas noctem. Ad matut.
inuit. Chriſtus natus eſt nobis. Venite adorem⁹.
Pſalmus. Venite exultem⁹. In primo noctur. Añ.
Dominus dixit ad me filius es tu: ego hodie ge-
nui te. Pſalmus. Quare fremuerunt gentes. Añ. I
In ſole poſuit tabernaculum ſuum & ipſe tanquã
ſponſus præcedens de thalamo ſuo. Pſalm. Cœli II
enar. Añ. Eleuamini portæ æternales & introibit
rex glorię. Pſalm. Domini eſt terra. ℣. Specioſa 15
facta es. Lectio prima.

INueſtigabiles humanis ſenſibus diſpoſitiones eſſe diuinas: ipſa operum dei altitudo teſtatur. Sed eo magis nobis ſunt veneranda myſteria quo magnitudine ſui capacitatem ingenij mortalis excedunt: & ideo fratres chariſſimi: cum annunciatur nobis ſempiternus ille vnigenitus dei patris: cui ſubiacent oĩa & per quem creata ſunt vniuerſa ſub fine temporum naſci voluiſſe de fœmina infantiam perpeti noſtræ carnis ſubire conſortium tantæ dignationis gratiã non debemus examinare ſed credere nec diſcutere ſed mirari. Quid eſt enim æquius: quidue tam congruum: quam vt in rebus diuinis: omnipotentiam magis ſequamur dei quam ſapientiam mundi? Tu autem. ℟. Deſcendit de cœlis miſſus ab arce patris: introiuit per aurem virginis in regionem noſtram: indutus ſtola purpurea. Et exiuit per auream portam lux & decus vni-

uerſę fabricę mundi. ℣. Tanquam ſponſus domi‑
nus procedens de thalamo ſuo. Et exiuit p. Lc. ij.
Quod deus de deo patre proceſsit: ineffabilis ac
permanentis eſt ſecretum virtutis. Quia homo
eſt natus ex fœmina: noſtræ ſalutis eſt gratia: il‑
lic gloria naturæ: hic myſteriũ voluntatis. Quis
ergo fratres profundum hoc cœleſtis conſilij va‑
leat æſtimare: quod immortalitatis dominus
incorruptæque ſubſtantiæ vt cõditione carnis mor
tem ſuſcipere pro mortalibus poſsit de fœmineo
vtero nulla corporeę generationis lege conce‑
ptus: humana voluit ſub lege prodire: atque ita
vt eum beata mater quæ intacta conceperat: in‑
uiolata proferret? Tu autem domine miſerere
nobis. ℟. O magnum myſterium & admirabile
Sacramentũ vt animalia viderent dñm natum, ia‑
centẽ in præſepio: beata virgo cuius viſcera me‑
ruerunt portare dñm Chriſtũ. ℣. Dñe audiui au‑
ditum tuum & timui: cõſideraui opera tua & ex‑
paui in medio duum animalium. Lect. iij.
O buoluitur præterea pannis: & ponitur in præſe‑
pio. Vitalis iſta in ſanctis preciosum dei eſt ſacra‑
mentũ. In pannis eñi noſtras infirmitates noſtra
ſe indicat ſuſcepiſſe pctã. Qđ vero in præſepio vbi
paſtus eſt animalium: ſua collocari membra p‑
mittit: interiori refectione veſcendũ à mortalibꝰ
ſuum corpus oſtendit. Tu autem. ℟. Sancta &
immaculata virginitas quibus te laudibus effe‑
ram neſcio Quia quem cœli capere non pote‑
rãt tuo gremio cõtuliſti. ℣. Bñdicta tu in mulie‑
ribus

ribus & benedictus fructus ventris tui. Qui. In ij. noct. añ. Specioſus forma præ filijs hominum: diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Pſa. Eructau Añ. Rex omnis terræ deus venit: pſallite ſapienter. Pſ. Omnes gentes. 31
Aña. Suſcepimus deus miſericordiam tuam in medio templi tui. Pſ. Magnus dominus. ℣. Dignare me lau. 32 33

Lectio quarta.

Quid illud dicam quod in terras Angelica multitudo deſcendens vagientem paruulum glorioſa laude proſequitur? Stupet enim omnis creatura tam grande miraculum qd vnus idemq; & deus regnat in cœlo & homo nutritur in terra. Cuius myſterij beatus Dauid annuncians nouitatem: omne hominum genus ad concentum cantici ſpiritualis inuitat dicens. Cãtate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra. Tu autem domine. ℟. Beata & venerabilis es virgo Maria quæ ſine tactu pudoris inuẽta es mater ſaluatoris. Iacebat in præſepio qui fulgebat in cœlo. ℣. Domine audiui auditum tuũ & timui. vt ſup.

Lectio quinta.

Quid tam nouum chariſsimi: quam quod deus omnipotens maieſtatis immenſę patri coeternus: & perpetui regni dominus ad infirmitates corporeas: ad humilitatem ſe inclinauit humanã? Quid tam nouum: quam quod in concipiente & parturiente fœmina illeſa virginitas permaneret. Et talis reuera ſaluatorem mundi decebat ingreſſus: vt qui humani generis veniebat peccata mundare: præ cæteris mundius naſceretur. Bene etiam

Propheta ſubiunxit. Cantate domino omnis terra. Tu autem ℟. Cōgratulamini mihi omnes qui diligitis dominum. Quia cum eſſem paruula placui altiſsimo: & de meis viſceribus genui deū & hominem. ℣. Beatam me dicent omnes generationes. Quia. Lectio ſexta.

Qui enim alij omnis debet cantare terra: niſi qui vniuerſo terrarum orbi delictorum veniam & ſpem ſempiternæ ſalutis inuexit? Magnificemus ergo fratres chariſsimi dominum ac deum noſtrum: pſallemus ei atq; cantemus. Dignum eſt enim vt eorum pręcipue laudib' honoretur: quos proprij corporis paſsione & ſui ſanguinis effuſione ſaluauit. Tu autem domine. ℟. Cōtinet in gremio cœlum terramq; regentem. Virgo dei genitrix: proceres comitantur heriles. Per quos orbis ouans Chriſto ſub principe pollet. ℣. Maternis vehitur qui matrem vexerat vlnis Angelici proceres quem ſtipant agmine fido. Per. In iij. noct. an. Homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam al-
64 tiſsimus. Pſ. Fundamenta. An. Exultabunt omnia ligna ſyluarum à facie domini quoniam venit. Pſ.
70 Cantate. i. An. Notum fecit dominus alleluia ſa-
73 lutare ſuum alleluia. Pſ. Cantate. ℣. Elegit eam. Euangelium. Paſtores loquebantur ad inuicem. Cum homelia ſuo. Quære ſupra immediate ℟. vij. Confirmatum eſt cor. vt ſupr. in veſpe. ℟. viij. Beata es virgo Maria quæ omnium portaſti creatorem ſæculorum Genuiſti eum qui te fecit: & in æternum permanes virgo. ℣. Aue Maria gratia

plena

plena dominus tecum. Genuiſti. ℞. ix Neſciens mater vir. Vt ſupra in horis beatæ virginis de natiuitate. Ad laudes añ. O admirabile. Pſalmus. Dominus regnauit. Cum cæteris Añs ℞ & Pſal. Vt ſupr. in horis beatę virginis de natiuitate. Capitulum. Chariſsime apparuit benignitas. Vt ſupra. Hymnus O beatus partus il. Vt ſupra in laudibus natiuita domini. ℣ Gaude Maria virgo. Ad benedictus aña Glorificamus te dei genitrix: quia ex te natus eſt Chriſtus: ſalua omnes qui te glorificant. Oratio. Deus qui ſalutis æternę hum. Vt ſupra. Añ Nato domino. ℣. Verbum caro factum. Oratio Concede quæſumus Omnipotens Deus: vt natus ſalua. Vt ſupra. Ad ſecundas veſpe. añ O admirabile com. Tantum. Ad magni. Añ. Maria intacta virgo deum. Vt ſupra. Ad horas poſt Paſca nihil variatur. Sed eodem modo vt in æſtate præter ad magnificat dicitur Aña Regina cœli lætare alleluia quia quem meruiſti portare alleluia: reſurrexit ſicut dixit alleluia: ora pro nobis deum alleluia.

Oratio.

DEus qui per reſurrectionem vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti familiam tuam lætificare dignatus es: concede propitius: vt per eius venerabilem genitricem virginem Mariam reſurrectionis gloriam: & æternę capiamus gaudia vitæ. Per eundem. Dicitur etiam ad matutinas & omnes horas præter primam & Completorium vbi dicitur ſicut in æſtate.

Digitized by Google

te. Homelia de beata virgine tempore Paſcali.
Sabbatinis diebus. Secundum Ioannem.



Ca. 10. IN illo tempore. Stabãt iuxta crucem domini Ieſu mater eius: & ſoror matris eius Maria Cleophę: & Maria Magdalenę. Et reliqua. Homelia lectionis eiuſdem.

Hęc nimirum eſt iſta hora de qua icius aquam conuerſurus in vinum dixexerat matri: quid mihi & tibi eſt mulier? nondum venit hora mea: prædixerat quia tunc nondum venerat: in qua deberet agnoſcere moriturum: de qua fuerat mortaliter natus. ℟. O decus virginitatis. Vt ſup. Lectio.

Tunc enim diuina facturus; non diuinitatis: ſed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat nunc autem humana iam patiens ex qua fuerat factus homo affectu cõmendabat humano. Tunc enim quod Mariam creauerat innoteſcebat virtute: nunc vero quem Maria pepererat pendebat in cruce. Tu autem domine miſerere noſtri. ℟. Cœli regina.

Lectio.

Moralis igitur inſinuatur locus: facit quod faciẽdum ammonet & exemplo ſuo ſuos inſtruit præceptor bonus: vt à filijs pijs impartiatur cura parentibus: tanquam lignum illud vbi fixa membra morientis erant: cathedra fuerit magiſtri docentis. ℟. Salue nobilis. Laudes. Sub tuam protectio-

ctio-

ctionem confidi. Cum cæteris vt ſup.in O decus. Sequuntur benedictiones ad matut. In i.nocturn.

Benedictione perpetua benedicat nos pater æternus. Amen. Vnigenitus dei filius nos benedicere & adiuuare dignetur. Amen. Spiritus sancti gratia cōfirmet ſenſus & corda noſtra. Amē. In ſecundo nocturno.

Deus pater omnipotens ſit nobis propitius & clemens. Amen. Chriſtus perpetuæ det nobis gaudia vitæ. Amen. Ad gaudia paradiſi perducat nos miſericordia Ieſu Chriſti. Amen. Ante homeliam dicatur.

Exaudi domine Ieſu Chriſte preces ſeruorū tuorum ad te deuote clamantium & miſerere nobis. Qui in trinitate perfecta viuis & regnas deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Sancti Euangelij lectio ſit nobis ſempiterna ſal⁹ & protectio. Amen Intellectum ſancti Euangelij: adaperiat nobis gratia ſpiritus ſancti. Amen. Per Euangelica dicta deleantur omnia noſtra delicta. Amē. Sequuntur benedictiones de beata virgine.

Precibus & meritis ſanctiſsimę dei genitricis virginis Mariæ: & omnium ſanctorum ſuorum; perducat nos dominus noſter Ieſus Chriſtus ad regna cœlorum. Amen. Alma virga virginum: intercedat pro nobis ad ſuum filium. Amen. Nos cum prole pia benedicat virgo Maria. Sancta dei genitrix ſit nobis auxiliatrix. Amen. Oret voce pia ꝓ nobis virgo Maria. Amen. Ab hoſte maligno defendat nos ſancta dei genitrix virgo. Amen. Stella

ſa Maria matris defendat nos ab omnibus malis. Amen. Sequuntur preces in quadrageſima: primo ad matutinas.

EGo dixi domine miſerere mei. Sana animã meam: quia peccaui tibi.

Conuertere domine vſq; quo. Et deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.

Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. Quemadmodum ſperauimus in te.

Oculi domini ſuper iuſtos. Et aures eius in preces eorum.

Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Et ſancti tui benedicant tibi.

Oremus pro Eccleſia ſancta dei. Exurgat deus & diſsipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum â facie eius.

Oremus pro paſtore noſtro. Dominus conſeruet eum & omnes ſibi commiſſos.

Sacerdotes tui induantur iuſtitia. Et ſancti tui exultent.

Protector noſter aſpice deus. Et reſpice in faciẽ Chriſti tui.

Domine ſaluum fac Regem. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

Saluos fac ſeruos tuos & ancillas tuas. Domine deus meus ſperantes in te.

Mitte eis domine auxilium de ſancto. Et de Siõ tuere eos.

Saluam populum tuum domine & benedic hereditati tuæ. Et rege eos & extolle illos vſq; in æternum.

Fiat

Fiat pax in virtute tua. Et abundantia in turrib⁹ tuis.
Oremus pro omnibus nobis bona facientibus.
Retributor bonorum deus retribuere dignare omnibus: nobis bona facientibus propter nomen ſanctum tuum in vitam æternam: Amen.
Pro iter agentibus. Vias tuas domine demonſtra eis: Et ſemitas tuas edoce eos.
Pro nauigantibus. Exaudi nos deus ſalutaris noſter. Spes omnium finium terræ & in mari longe.
Pro pœnitentibus. Delicta iuuentutis eorum & ignorantias eorum ne memineris domine.
Pro infirmis: Mitte eis domine verbum tuum & ſanabuntur ab infirmitatibus eorum.
Pro afflictis & captiuis. Libera eos deus Iſrael ex omnibus tribulationibus ſuis.
Pro fructibus terræ. Dominus dabit benignitatem & terra noſtra dabit fructum ſuum.
Pro fidelibus defunctis. Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis.
Requieſcant in pace. Amen.
Oremus pro peccatis & negligentijs noſtris. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum cito anticipitēt nos miſericordiæ quia pauperes facti ſumus nimis.
Adiuua nos deus ſalutaris noſter. Et propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Pſal. Miſerere mei deus ſcd̄m magnam.

magnam. vſque ad finem. Laus tibi domine. Exurge Chriſte adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuum.
Domine deus virtutum conuerte nos. Et oſtende faciem tuam & ſalui erimus.
Eſto nobis domine turris fortitudinis. A facie inimici.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad. Dominus nobiſcum. Tunc dicatur oratio. Et poſt. Benedicamus domino. dicatur. Oremus pro fidelibus defunctis. Requiem æternam. Et tunc dicatur Pſalm. Domine ne in furore. &
Preces ad primam.
Viuet anima mea & laudabit te. Et iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui ſicut ouis quæ periјt. Quære ſeruũ tuum quia mandata tua non ſum oblitus.
Credo in deum patrem. &c.
Carnis reſurrectionem. Et vitam æternam amẽ.
Et ego ad te domine clamaui. Et mane oratio mea præueniet te.
Repleatur os meum laude. Vt cantem gloriam tuam tota die magnitudinem tuam.
Domine auerte faciem tuam à peccatis meis. Et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus. Et ſpiritum rectũ innoua in viſceribus meis.
Ne proiјcias me à facie tua. Et ſpiritum ſanctum tuum ne auferas â me.
Redde mihi lætitiã ſalutaris tui. Et ſpiritu principali confirma me.
Eripe

E ripe me domine ab homine malo. A viro iniquo eripe me.

E ripe me de inimicis meis deus meus. Et ab inſurgentibus in me libera me.

E ripe me de operantibus iniquitatem. Et de viris ſanguinum ſalua me.

S ic pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi. Vt reddam vota mea de die in diem.

E xaudi nos deus ſalutaris noſter. Spes omnium finium terræ & in mari longe.

D eus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina.

S anctus deus: ſanctus fortis: ſanctus & immortalis. Miſerere nobis.

A gnus dei qui tollis peccata mundi miſerere nobis.

B enedic anima mea domino. Et omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.

B enedic anima mea domino. Et noli obliuiſci omnes retributiones eius

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. Qui ſanat omnes infirmitates tuas.

Qui redemit de interitu vitam tuam. Qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.

Qui replet in bonis deſiderium tuum. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua

C onfirmet nos virtus Chriſti. Amen.

C onfitemini domino: quoniam bonus. Quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Confiteor deo omnipotenti. &c. Miſereatur tui omnipotens. &c.

Digitized by Google

Per ſanctum ieiunium tuum.

Dignare domine die iſto. Sine peccato nos cu-
ſtodire.

Miſerere noſtri domine. Miſerere noſtri. Fiat
miſericordia. Vt ſup. per totum Pſalm. Ad te leua
ui. Gloria patri. Laus ſibi domine rex æternæ glo
riæ. Exurge Chriſte adiuua nos. vt ſupra. Oratio.
Domine ſancte pater. Pro fidelibus defunctis. Pſ.
20 Beati quorum. Ad tertiam Hymnus. Nunc ſan-
cte nobis. Aña. Deduc me domine. Pſal. Legē po-
95 ne. Ca Quære de die in loco ſuo. Preces vt in ma-
tut. Pſ. Miſerere mei deus quoniam conculcauit
37 me homo. Laus tibi domine. Vt ſup. Per totum.
Pro fidelibus defunctis Pſal. Domine ne in furo-
re. ſecundo. Ad ſextam Preces vt in matut. Pſal.
39 Miſerere mei deus miſerere mei quoniam in te
confidit. Laus tibi domine. Pro fidelibus defun-
37 ctis. Pſal Miſerere mei deus ſecundum magnam.
Ad nonam preces vt in matut. Pſalm. Inclina do-
mine aurem tuam. Laus tibi domine. vt ſupr. Pro
74 fidelibus defunctis Pſ. Domine exaudi orationē
meam. primum. Ad veſp. preces vt in matut. Pſa.
37 Miſerere mei deus ſecundum magnam. Pro fide
libus defunctis. Pſal. De profundis clamaui. Se-
104 quuntur preces ad Completorium.

IN pace in idipſum. Dormiam & requieſcam

Credo in deum patrem.

Carnis reſurrectionem. Et vitam æternam.
Amen.

Benedicamus patrem & filium cum ſancto ſpiri-
tu.

tu. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.
Benedictus es domine in firmamento cœli. Laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſæcula.
Benedicat nos pater æternus. Amen.
Confitemini domino quoniam bonus. Quoniam in ſeculum miſericordia eius.
Confiteor deo omnipotenti. &c.
Dignare dn̄e nocte iſta. ſine peccato nos cuſtodire. vt ſup. Pſal. Domine quid multipli. Laus tibi domine. vt ſup. Pro fidelibus Pſ. Domine exaudi orationem meam auribus percipe obſecra. &c.

Sequuntur ſuffragia Sabbatis diebus per æſtatem

An̄. Spes noſtra: ſalus noſtra: honor noſter o beata trinitas. ℣. Benedicamus patrem & filium cū̄ ſancto ſpiritu. Laudemus &. Oratio.



Omnipotens ſempiterne deus qui dediſti nobis famulis tuis in cōfeſsione veræ fidei æternæ trinitatis gloriam agnoſcere: & in potentia maieſtatis adorare vnitatem: quæſumus: vt eiuſdem fidei firmitate: ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per. An̄. Gloriandum nobis eſt dilectiſsime in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti: cuius venerandam celebrantes memoriam: ſupplices exoramus: vt in eiuſdem ſanctæ crucis virtute ſuper aram cordis ſacrificium laudis offerre queamus. ℣. Hoc ſignum crucis erit in cœlo.

Oratio.

DEus qui vnigeniti filij tui domini noſtri Ieſu Chriſti precioſo ſanguine: viuificę crucis vexillum ſanctificare voluiſti: concede quæſumus: vt qui eiuſdem ſanctæ crucis gaudẽt honore tua facias vbiq; protectione gaudere. Per. Añ Aue mater miſericordiæ: pietatis & iuſtitiæ: miſerorũ miſerere: aue ſacrarium ſpiritus ſancti: aue porta ſalutis æternę: lux & vita animæ peccatorum miſerere. ℣. Poſt partum virgo inuiolata permanſiſti. Oratio.

COncede quæſumus omnipotens & miſericors deus fragilitati noſtræ pręſidiũ: vt qui ſanctę dei genitricis & virginis Mariæ memoriam agimus: interceſsionis eius auxilio â noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per. Añ. Glorioſi principes terræ quomodo in vita ſua dilexerunt ſe: ita & in morte non ſunt ſeparati. ℣. In omnem terram exiuit. Oratio.

DEus cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit: & coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo Pelagi liberauit: exaudi nos propitius & concede: vt amborum meritis æternitatis gloriam conſequamur. Añ. Aue beate Rex Stephane inclyta ſpes gentis tuæ: aue Doctor & Apoſtole credulitatis noſtræ: aue ſpeculum ſanctitatis & iuſtitiæ: per te Chriſto credidimus: per te in Chriſto ſaluemur: ora pro populo: interueni pro clero: vt nullus de tuis præda fiat hoſtis alleluia

Digitized by Google

alleluia. ℣. Iuſtum deduxit. Oratio.

DEus qui beatum Stephanum Regem noſtrum & confeſſorem tuum: terreni Imperij gloria & honore coronaſti: & ſanctorũ tuorum ſocietate ſublimaſti: præſta quæſumus: vt quem Pannonia habuit diuinę religionis doctorem in terris: eum modo Eccleſia tua mereatur habere defenſorem in cœlis. Añ. Aue flos nobiliũ ſacrę ſtirpis virgula: ſpeculum ſublimium: ſanctitatis regula: ſalue ſpes humilium: ſydus ſinemacula: lucerna fidelium: rubens mundi roſula: valde candens lilium: pigmentorum cellula: ſolamẽ flebiliũ: prece nobis ſedula fer Emerice pręmiũ: repelle pericula. ℣. Os iuſti. Oratio.

DEus qui beatum Emericum iuuenili flore nitentem in ſanctorum Confeſſorum tuorum conſortium ſublimaſti: præſta quæſumus: vt quem tibi feciſti eſſe deuotum: eius apud te perpetuum ſentiamus auxiliũ. Añ. Fons æternę pietatis: lex ſupernę veritatis: tibi Chriſte cõplacente: Ladislao nos tuente fac conſortes æternorum te laudantes gaudiorum. ℣. Ora pro nobis beate Rex Ladislae. Oratio.

DEus qui beatum Ladislaum Regem noſtrum & Confeſſorem tuum diuerſis decoraſti miraculis: tribue quæſumus: vt eius ſuffragantibus meritis ab omnibus ſemper muniamur aduerſis: & gaudijs perfruamur ęternis. Añ. Gloria Chriſto domino qui beatum Adalbertum Epiſcopum ſuæ paſsionis teſtem fecit: de cuius

Digitized by Google

meritis & miraculis benedictus dominus alle. Añ. quotidiana. Beatus vir Adalbertus claris ortus natalibus piorum parentum fili⁹ virtute micuit clarus. ℣. Gloria & hono. Oratio.



Deus qui beatum Adalbertũ martyrem tuum atq̃ pontificem gloria & honorẽ coronaſti: cõcede nobis famulis tuis eius intercesſione & meritis veniam conſequi delictorum: & perfrui gaudijs beatorum. Añ. Omnes electi dei noſtri memoramini ante deum vt veſtris precibus adiuti: mereamur vobis adiungi. Añ. quotidiana. Omnes ſancti dei orate pro nobis ſemper. ℣. Mirabilis deus in ſanctis ſuis. Oratio.

Deus qui nos omnium ſanctorum commemoratione lętificas: eorum quæſumus precibus & meritis fac nos æternæ ſaluationis prçſidijs muniri: & concede vt eorum beatę ſocietati mereamur coniungi. Per. Añ. Da pacem domine in diebus noſtris: quia non eſt alius qui pugnet pro nobis niſi tu deus noſter. ℣. Fiat pax in vir. Oratio.

Deus á quo ſancta deſideria: recta conſilia & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem: vt corda noſtra mandatis tuis dedita: & hoſtium ſublata formidine: tempora ſint tua protectione tranquilla. Per domi. Suffra: in matut. añ. Te inuocamus:

te adoramus: te laudamus o beata Trinitas. ℣. Benedicamus patrem. Oratio vt ſup. Addatur añ. ſi placet. Adoremus crucis ſignaculum per quod ſalutis ſumpſimus ſacramentum. ℣. & Oratio. vt ſup. Añ. Petrus Apoſtolus & Paulus Doctor gentium ipſi nos docuerunt legem tuam domine. ℣. & Oratio. vt ſup. Añ. Angelicis manibus ſuſceptus eſt Chriſti martyr Adalbertus: & ideo cum Angelis & Archangelis dat laudem domino in excelſis. ℣. & Oratio. vt ſup. Añ. Omnes ſancti dei orate pro nobis ſemper. ℣. Mirabilis deus in ſanctis ſuis.

Oratio.



Da quæſumus domine fidelibus populis tuis omnium ſanctorum tuorum ſemper pia veneratione lętari: & eorum perpetua ſupplicatione muniri. Añ. Da pacem domine. ℣. vt ſup. Pſalmus qui dicitur. Ad nutit. in matutinis. Venite exultemus. Quęre ſupra. in communi ſanctorum de Apoſtolis. fol. iij. In matutinis.

Patris ſapientia veritas diuina. Chriſtus homo captꝰ eſt hora matutina. A ſuis diſcipulis & notis derelictus. Iudęis eſt venditus traditus & afflictus.

Ad primam.

Hora prima dominum ducunt ad Pilatum. Falſis teſtimonijs multum accuſatum. In collo percutiunt manibus ligatum. Conſpuentes faciem vt eſt Prophetatum.

Ad tertiam.

Cru-

Crucifige clamitant hora tertiarum. Illuſus induitur veſte purpurarum. Caput eius plectitur corona ſpinarum. Fert trabem in hũeris ad locum pœnarum.

Ad ſextam.

Hora ſexta eſt dominus cruci conclauatus. Præ tormentis ſitiens felle ſaturatus. Pendens cum latronibus cum eis deputatus Siniſter cum reprobat latro ſceleratus.

Ad nonam.

Hora nona dominus Ieſus expirauit. Heli clamãs animam patri commendauit. Latus eius lancea miles perforauit. Tunc terra tremuit & ſol ſe obſcurauit.

Ad veſperas.

De cruce deponitur hora veſpertina. Fortitudo latuit in mente diuina Talem mortem ſubijt vitæ medicina. Heu corona gloriæ iacet hic ſupina.

Ad Completorium.

Hora Completorij datur ſepulturę. Corpus Chriſti nobile ſpes vitæ futuræ. Conditur aromate cõplentur ſcripturæ. Iugi ſit memoriæ mors hæc tuæ curę:

Has horas canonicas cum deuotione. Vt ſicut tu paſſus es pœnas in agone. Sic labori conſonãs conſors ſim coronæ. ℣. Proprio filio ſuo non pepercit deus. ℟. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

Oratio

Domi-



DOmine Ieſu Chriſte fili dei viui miſerere nobis: pone amariſſimam mortē & paſſionem tuā inter aīas noſtras: & tuū tremendum iudiciū: ne damnemur īęternū: & largire digneris viuis gratiam: defunctis miſericordiā: eccleſięq; tuę & regno pacem: nobiſq; vitam æternam. Amen. Abſolutio excommunicati. Iuramento recepto per abſoluentem ab excōmmunicato de parendo mandatis ecccleſię: virgam ſeu baculū in manu tenēs ſuper eum genu flexo cum aliquibus virgæ percuſſionibus dicat. Pſalm. Miſerere mei deus. Deus miſereatur. cū Gloria patri. &c. Pater noſter. ℣. Saluum fac ſeruū tuū. Dn̄e deus ſperantē in te. ℟ Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non nocebit ei. verſus. Eſto domine turris fortitudinis. A facie inimici. Dominus vobiſcum.

Oremus.

DEus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere ſuſcipe deprecationem noſtram vt hunc famulum tuum quem excommunicationis cathena cōſtringit miſeratio tuæ pietatis abſoluat. Per dominum noſtrum.

Auctoritate dei omnipotentis ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius qua fungor & eccleſiæ ſuæ ſanctę abſoluo te ab excōmunicatiōis vinculo quo ex tali caſu ligatus eras: & reſtituo te cōmunicationi fideliū ac eccleſiaſticis ſacramētis in nōie patris & filij & ſpiritus ſancti amen. Et pręcipio q' de cæetero talia nō committas.

Digitized by Google

ERrata, ſi quæ forte apparebunt, ea leuia ſunt. Sæpe enim accidit, Vt vna litera cognata preſertim, pro alia ponatur: Quod ſi hic quoq; euenit, Veniam dabit pius Lector.

Digitized by Google



VIENNÆ AVSTRIÆ EXCV-
DEBAT RAPHAEL
HOFHALTER.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google